Italy

CODEX
DIPLOMATICUS CAVENSIS

TOMUS QUARTUS

CODEX
DIPLOMATICUS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIRUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA O. S. B.

TOMUS QUARTUS

MEDIOLANI PISIS NEAPOLI
HULRICUS HOEPLI
EDITOR BIBLIOPOLA

MDCCCLXXVII

Rec. June 6, 1902.

NEAPOLI — EXCUDEBAT ACHILLEUS MORELLI MDCCCLXXVII.

INDEX CHRONOLOGICUS

MEMBRANARUM QUAE IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DXXXVII	1001	Aprili	XIV	13. GUAIMARII	Maio abbas s. Maximi Salerni praedium intra fines eiusdem urbis per viginti et novem annos locat Petro presbytero filio Stephani, pro annuo censu parvulae candelae olei.	V	37	1
DXXXVIII	1001	Maio	XIV	13. GUAIMARII	Nandus filius quondam Romani praediolum cum querceto de loco Capaczano, ubi *Sabuculus* dicitur, venumdat consobrinis suis Bisantio filio quondam Ioannis et Alphano filio Petri, pro tarenis auri decem, atque venditionem praedictam confirmat.	V	38	2
DXXXIX	1002	Martio	XV	14. GUAIMARII	Maio abbas s. Maximi Salerni sex annis utendum concedit agros et arbustas vites in agro nucerino de loco *Acqua de la Forma* Iaquinto clerico filio Gaudiosi, qui se obligat eidem dare quotannis duas solarii partes.	V	39	4
DXL	1002	Martio	XV	14. GUAIMARII	Constantinus filius q. Mauri, consentiente Maione abbate ecclesiae s. Maximi, Petro presbytero locat ad annos octo praedium cum vinea de loco Novara (Nuceriae), pro medietate vini, de solario iuxta morem, nec non duobus pullis.	V	40	5
DXLI	1002	Aprili	XV	14. GUAIMARII	* *Istiusmodi locationis aliud exemplar.*	V	41	7
DXLII	1002	Iulio	XV	14. GUAIMARII	Dumnellus presbyter et abbas ecclesiae s. Mariae *de Domno*, quae Salerni constructa est *intra murum et muricinum*, duos agros de loco Vespanico ultra flumen Pecentinum ad excolendos tradit Ademario filio Guisonis; eo tamen pacto, ut primis decem annis tertiam frugum portionem, coeparum vero decimam, et exinde, ad sexdecim annos usque, tertiam det vini partem.	V	42	7
DXLIII	1002	Iulio	XV	14. GUAIMARII	Desigius filius Leonis praedium prope flumen Tuscianum,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ubi *Pinus* appellatur, conducit, et de recollectis tribus messibus tertiam partem frugum daturum promittit.	V	43	9
DXLIV	1002	Iulio	XV	14. GUAIMARII	Musandus venerabilis abbas s. Sophiae, quod fuit Guaiferii filii Guaiferii comitis, utendum in perpetuum concedit praedium de loco Campiliano Cicero filio q. Ciceri, qui et *Mauritese* vocatur, pro medietate vini et pomorum, et tertia parte solarii.	V	44	10
DXLV	1002	Augusto	XV	14. GUAIMARII	Inielaita filia Maiorini et Arechisii vidua, cum alterius viri sui Risandi consensu, quartam partem bonorum, quam per *Morgencab* ab Arechisio acceperat, dono dat Ioanni filio Ioannis et consobrino suo.	V	45	12
DXLVI	1002	Octobri	I	14. GUAIMARII	Ursus et Grimus filii Maghenolfi pro sex tarenis auri quaedam bona sua prope Pecentinum flumen, ubi *Campilianus* dicitur, vendunt .... filiis q. Ursi.	V	46	13
DXLVII	1002	Decembri	I	14. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Maio archidiaconus et abbas s. Maximi declarat, nomine dictae ecclesiae, per decem annos se tradidisse Petro filio Ursi et Benedicto filio Symeonis praedia et arbustas vites Nuceriae, ubi *Barbacianus* vulgo appellatur, et prope ecclesiam s. Polixisti; Petrus vero et Benedictus eidem ecclesiae quotannis daturos promittunt vini medietatem et de solario iuxta consuetudinem.	V	47	14
DXLVIII	1002	Decembri	I	14. GUAIMARII	* *Memoratorii supradicti aliud exemplar.*	V	48	16
DXLIX	1003	Januario	I	14. GUAIMARII	Adelferius et Guaiferius infantuli filii q. Roderisii, quum a patre haereditatem aere alieno gravatam acceperint, Ligorio filio Leonis terram incultam de loco Olearia extra Salernum, ubi *Lopa* dicitur,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					vendunt, Guaimario prinicipe annuente.	V	49	16
DL	1003	Februario	I	14. Guaimarii	Constantinus et Petrus filii q. Ioannis *Sparano*, Maurus filius q. Ciceri et nepos eius, Amatus filius Petri, ex conventione inter se inita, terram ad Salernum de loco *Fellina in monte Vetrano* partiuntur.	V	50	18
DLI	1003	Martio	I	15. Guaimarii	Ioannes *de Rosa* presbyter, praecipiente Maione abbate s. Maximi, locat Landoni et Rocho et Disigio germanis filiis Sandi praedium et vineam, sibi in beneficium collata, in agro nucerino in loco *Terme* posita.	V	51	21
DLII	1003	Martio	I	15. Guaimarii	* *Eiusmodi locationis exemplar aliud.*	V	52	23
DLIII	1003	Aprili	I	15. Guaimarii	Ioannes *de Rosa* presbyter ecclesiae s. Maximi, ex mandato Maionis abbatis et archidiaconi, beneficii sui bona de loco *Terme* apud Nuceriam in perpetuum locat, iuxta consuetudines, Adelferio presbytero filio Sadiperti; quod si ipse Adelferius alibi inhabitare statuerit et post tres annos minime reversus fuerit, bona eidem Ioanni restituat.	V	53	23
DLIV	1003	Aprili	I	15. Guaimarii	Ioannes abbas monasterii s. Salvatoris, quod situm est ultra flumen Draguntium, arbustas vites et praedia eiusdem monasterii ad Nuceriam, ubi *Salara* dicitur, fundis permutat, quos Petrus clericus, Ioannes, Sanda et Deocdedus germani filii Petri possident in loco *Tabellaria.*	V	54	25
DLV	1003	Iulio	I	15. Guaimarii	Locatio bonorum ecclesiae s. Maximi, ad Nuceriam prope ecclesiam s. Viti, pro solario consueto et medietate frugum et vini, facta Urso filio Audoaldi a Ioanne presbytero,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					annuente Maione abbate praedictae ecclesiae.	V	55	28
DLVI	1003	Iulio	I	15. GUAIMARII	* *De eadem locatione aliud exemplar.*	V	56	30
DLVII	1003	Octobri	II	15. GUAIMARII	Dumnellus presbyter et abbas ecclesiae s. Mariae *de Domno* per annos octo locat Madelmo presbytero filis Gaudecisi terram cum vinea de loco *Liciniano* apud Salernum, medietate vini.	V	57	30
DLVIII	1004	Ianuario	II	15. GUAIMARII	Divisio bonorum de loco *Veteri* et *Sepi* extra Salernum, inter Leonem et Iannacium germanos filios Ioannis.	V	58	31
DLIX	1004	Februario	II	15. GUAIMARII	Annuente Maione presbytero et abbate ecclesiae s. Maximi, Maghenolfus filius Granati locat Domnando filio Amandi agrum incultum cum castaneto in loco *Muntoru*, ubi *Cirione* dicitur, tertia vini et castanearum parte; solarium vero inter se iuxta consuetudines partiuntur.	V	59	33
DLX	1004	Februario	II	15. GUAIMARII	* *De eadem locatione agit, ut in praecedenti.*	V	60	35
DLXI	1004	Martio	II	16. GUAIMARII	Sandus filius Benedicti et Radolfus filius Ursi bona sua cum castaneto et querceto de loco Rota, ubi *Silva plana* dicitur, per duos annos ad excolenda tradunt Iaquinto filio Radoaldi *da piru*, qui se obbligat illis reddere solarium iuxta loci consuetudines.	V	61	35
DLXII	1004	Martio	II	16. GUAIMARII	Divisio terrarum et domorum Salerni et de loco *Sepi* inter Constantinum atrianensem filium q. Ioannis curialis et Ioannacium germanum suum.	V	62	36
DLXIII	1004	Martio	II	16. GUAIMARII	Divisio bonorum de loco Veteri inter Ioannacium filium Ioannis curialis et Leonem germanum suum.	V	63	39

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DLXIV	1004	Martio	II	23. PALDOLFI	Maria filia Sparani, et uxor Adelferii, et Doferada et Ageltruda sorores, filiae Mauri, vendunt tarenis aureis viginti sex domum, quam possident Abellini, Deodedo presbytero filio Petri et Ioanni filio Ioannis, uterinis fratribus.	V	64	40
DLXV	1004	Aprili	II	16. GUAIMARII	Ioannes filius Adelperti conducit terras ecclesiae s. Maximi Forini sitas, de loco *Arcelle*, ac dare tenetur quotannis Maioni presbytero et abbati eiusdem ecclesiae consuetum solarium ac tertiam vini et pomorum partem.	V	65	43
DLXVI	1004	Iunio	II	16. GUAIMARII	Maio abbas s. Maximi Salerni terram et arbustas vites ad Angrum, ubi *Casale* dicitur, Sparano filio Urseprandi et Ioanni filio Ioannis locat medietate vini et consueto solario.	V	66	45
DLXVII	1004	Iunio	II	16. GUAIMARII	Conventio inter Dumnellum abbatem s. Mariae *de Domno* et Iudam hebraeum filium Iudae medici, de restitutione terrae in *Iudaica* positae Salerni, ad ipsam ecclesiam pertinentis, eo quod minime construere fecerat domum, quam in ipsa terra se aedificaturum promiserat.	V	67	46
DLXVIII	1004	Iulio	II	16. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Maio abbas s. Maximi Salerni declarat coram Petro iudice, Lienam liberam foeminam filiam Basilii Graeci, modo nuptam Martino famulo dictae ecclesiae residere posse una cum filiis, quos procreasset, in terris eiusdem ecclesiae, absque ulla serviendi obbligatione; atque adeo si laboraverint, de perceptis fructibus unam sibi partem retineant coniuges, duas autem dent ecclesiae s. Maximi.	V	68	47
DLXIX	1004	Septembri	III	16. GUAIMARII	Sententia Petri iudicis in favorem Maghenolfi presbyteri			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ecclesiae s. Maximi Salerni, qui Marancium presbyterum filium Petri in iudicium adducit, eo quod res et iura dictae ecclesiae invasisset.	V	69	48
DLXX	1004	Octobri	III	16. GUAIMARII	* Summarium chartae penitus abrosae, quae continet instrumentum locationis terrarum ecclesiae s. Maximi, ad Nuceriam abi *Agella* dicitur.	V	70	49
DLXXI	1005	Ianuario	III	16. GUAIMARII	Maraldus clericus filius Romualdi clerici, coram Maione abbate ecclesiae s. Maximi, eoque consentiente, per quatuor annos pro medietate vini locat fundum cum vinea de loco *Felline* apud Salernum, quae in beneficium habet a dicta ecclesia, Ioanni filio Amici.	V	71	49
DLXXII	1005	Ianuario	III	16. GUAIMARII	Concessio duarum terrarum de loco *Mairano* ultra flumen Forinum facta decem annis a Maione abbate ecclesiae s. Maximi Salerni Grimoaldo filio Meroaldi, et Petro et Ioanni germanis filiis q. Boniczi, qui se obligant plantare vineam in una ex his duabus terris, et in alia arundines et salices, ac annua vice reddere medietatem vini et fructuum, tertiam arundinum partem consuetumque solarium.	V	72	51
DLXXIII	1005	Februario	III	16. GUAIMARII	De mandato Maionis abbatis ecclesiae s. Maximi ac nomine ipsius ecclesiae Iaquintus filius Gauiosi fundum ac arbustas vites Nuceriae, ubi *Barbaciano* dicitur, medietate vini et solario, prout est loci consuetudo, Amori filio Martini locat.	V	73	54
DLXXIV	1005	Martio	III	17. GUAIMARII	Ioannes filius Amandi Nucerinus quaedam bona ecclesiae s. Maximi intra Nuceriae fines, et proprie ubi *Agella* dicitur, statutis conditionibus consuetis, conducit a Petro beneficiario dictae ecclesiae.	V	74	55

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DLXXV	1005	Aprili	III		*Membrana Graeca*: Instrumentum, quo Constantinus presbyter ecclesiae s. Nicolai praedium infra monasterium s. Nicolai situm, quodque emerat a Dorotheo, Boromiti filio, vendit Theodoro, Cenapiari filio, tarenis aureis duobus.	aa	1	57
DLXXVI	1005	Maio	III	17. GUAIMARII	Maio presbyter et abbas s. Maximi locat per viginti et novem annos praedium, positum in platea desuper ipsam ecclesiam, Ioanni libero homini filio Alfani, qui pro *seditu*, seu pro mansione in ipsa terra, tenetur in annum offerre *candelam mediocris olei*.	V	75	58
DLXXVII	1005	Augusto	III	17. GUAIMARII	Sellictus abbas monasterii s. Mariae et s. Benedicti Salerni, et Maio abbas s. Maximi commutant quaedam bona monasterii s. Mariae et s. Benedicti Cavae, de loco Mitiliano, sita ubi *Aquabia*, *Cornu* et *Cassiano* dicitur, *curte* quae est ecclesiae s. Maximi et *Viridiarium* nuncupatur, et *Aqua rivulorum Faustini* et *Palombara*, ad ecclesiam s. Maximi pertinentia.	V	76	59
DLXXVIII	1005	Novembri	IV	17. GUAIMARII	Petrus presbyter et primicerius ecclesiae s. Maximi Salerni pro medietate vini et consueto solario quaedam praedia in agro Nucerino, ubi *Catacansulu* dicitur, locat Ioanni Sirrentino filio Petri a Nuceria.	V	77	64
DLXXIX	1005	Novembri	IV	17. GUAIMARII	* *De eadem locatione, ut in praecedenti.*	V	78	66
DLXXX	1006	Ianuario	IV	17. GUAIMARII	Adstante Grimoaldo Archiepiscopo Salernitanae Sedis , Truppoaldus presbyter et abbas ecclesiae s. Mariae *plevis Nuceriae* terram incultam Nuceriae subtus molendinum, ad praedictum Archiepiscopium pertinentem, duodecim annis ad excolendam dat et concedit Mario filio q. Ciceri, qui red-			

***

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					dere quotannis tenetur tertiam partem vini et consuetam solarii partem.	V	79	66
DLXXXI	1006	Martio	IV	18. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Gizzus filius q. Ioannis declarat, de mandato principis Guaimarii, Petrum clericum et notarium, ac Ioannem ministeriarium sibi tradere agrum eiusdem principis *de loco Balnearia* in Metelliano territorio situm, nonnullis oneribus adimplendis.	V	80	69
DLXXXII	1006	Martio	IV	18. GUAIMARII	Iannacius castaldeus filius q. Ursi et Grusa eius mater totam portionem, quam habent in ecclesia s. Mariae et s. Ioannis apostoli de loco Veteri , cum omnibus *mobilibus et stabilibus* concedunt Leoni presbytero filio Ioannis, ut in ea sacra faciat quotidie, et quotannis reddat *in pascha resurrectionis et in nativitate domini duo oblata et unum cereum.*	V	81	71
DLXXXIII	1006	Maio	IV	18. GUAIMARII	Andreas presbyter et Garofalus germani fratres et filii q. Ursi , annuente Abbate s. Maximi Salerni, res ipsius ecclesiae Nuceriae positas, ubi *Caminatella* dicitur, per duodecim annos conducunt a Iaquinto diacono; eo tamen pacto, ut post decem reddant quotannis tertiam vini partem consuetumque solarium.	V	82	73
DLXXXIV	1006	Maio	IV	18. GUAIMARII	Conventio ante iudicem inita de bonis q. Leti in locis *Copercle Pelleczano*, et alibi, apud Salernum, inter Dumnellum abbatem ecclesiae s. Mariae, Maraldum filium Genci, Alfanum et Pepinum filios Petri.	V	83	75
DLXXXV	1006	Maio	IV	18. GUAIMARII	* *Agitur de eadem locatione, quae describitur in charta sub N. DLXXXIII.*	V	84	77
DLXXXVI	1006	Iunio	IV	3. SERGII et MANSONIS	Ursus filius domni Lupini de domno Erino concedit bo-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					na in *casali Fonte* domno Mastalo filio q. Leonis Roiboli.	V	85	79
DLXXXVII	1006	Iulio	IV	18. GUAIMARII	Disius a Metelliano, filius Ignelgardi presbyteri, licentiam dat Petro ab Amalphia filio Ursi lignandi in nemoribus suis et fratris sui Landi, quae sunt in Falerzi, Cetariae et Carbonariae montaneis; ita tamen, ut possit reficere navem unam, et solvat duos auri tarenos.	V	86	80
DLXXXVIII	1006	Iulio	IV	18. GUAIMARII	Maio abbas s. Maximi Salerni dat Sergio filio Ioannis presbyteri septem annis terram colendam ad Metellianum de loco *Cornu*, pro medietate vini et solario consueto.	V	87	81
DLXXXIX	1006	Septembri	V	18. GUAIMARII	* Concessio in perpetuum facta a subdiacono Canforato medietatis bonorum, quae sunt Nuceriae, ubi *Barbaciano* vocatur, Costantino amalphitano, salva sibi vini et fructuum medietate.	V	88	82
DXC	1006	Septembri	V	18. GUAIMARII	Petrus, Sellicti filius *e Pandola*, coram testibus promittit Iaquinto et Riso, filiis Nandi, Imelaitam, filiam Maiorini ac eorum nepotem, uxorem ducturum, eidemque quartam suarum rerum partem per *Morgencab* dono daturum. Quod si promissis minime satisfecerit, quibusdam mulctis se subiacere declarat.	V	89	83
DXCI	1006	Octobri	V	18. GUAIMARII	Vigurita, filia Baroni et vidua quondam Marii, eiusque filius Desius, quartam agri partem cum vinea et terra inculta de loco Campiliano apud Salernum, Petro filio Mauronti vendunt tribus auri tarenis.	V	90	84
DXCII	1006	Decembri	V	18. GUAIMARII	Iudicium inter Petrum presbyterum et primicerium ecclesiae s. Maximi, et Petrum presbyterum filium Emengardi de terris, quas ipsa ecclesia possidet Nuceriae, ubi *Catacansulo* dicitur.	V	91	86

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DXCIII	1007	Ianuario	V	18. GUAIMARII	Maio presbyter et abbas s. Maximi Salerni terras in Montorii territorio sitas, ubi *Trocclati* ed *Intenza* vocatur, per duos annos locat Petro, Ioanni, Urso et Amato, germanis filiis Garufali, et aliis, medietate vini, fructuum, et consueto solario.	V	92	87
DXCIV	1007	Februario	V	18. GUAIMARII	Ioannes clericus, filius Amoris presbyteri, in emphyteusim viginti annorum spatio concedit terram incultam, quam in beneficium habet ab ecclesia s. Petri Cappellae Palatii, Oleariae apud Salernum positam, Petro filio quondam Godiczi; eo tamen pacto, ut primis decem annis det solarium consuetum, reliquis vero, fructuum etiam et vini debitam portionem.	V	93	89
DCXV	1007	Iunio	V	19. GUAIMARII	Maio abbas s. Maximi Salerni tradit per sexdecim annos laborandum praedium cum arbusta vite et terras incultas Angri, ubi *Casamabile* vocatur, Ioanni et Grimoaldo, germanis filiis q. Stephani; qui prioribus octo annis de terris ab iis cultis nihil reddere tenentur, posterioribus vero vini medietatem et solarii portionem, iuxta consuetudinem, dare se obligant.	V	94	91
DXCVI	1007	Octobri	VI	19. GUAIMARII	Emphyteutica concessio terrarum, quae Montauri, ubi *Campu-Faraone* dicitur, positae sunt, per Maghenolfum presbyterum et Petrum clericum facta decem annis, consuetis pactis statutis, Maghenolfo filio Sellicti.	V	95	93
DXCVII	1007	Novembri	VI	19. GUAIMARII	Machenolfus presbyter filius Granati dat laborandam terram, quam uti beneficiarius ecclesiae s. Maximi possidet Montauri, ubi *Campu-Faraone* dicitur, Maioni clerico.	V	96	95
DXCVIII	1008	Ianuario	VI	19. GUAIMARII	Concessio per viginti et no-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					vem annos terrae, quae est prope ecclesiam s. Maximi Salerni et ad ipsam pertinens, facta Maraldo clerico filio Romoaldi ab abbate Maione, pro annua *una parvula candela olei*, si in eadem ecclesia sacra peregerit; si minus, tarenum aureum dare se et suos haeredes obligat annua vice.	V	97	97
DXCIX	1008	Ianuario	VI	19. GUAIMARII	* *De eadem concessione agitur, ut in praecedenti.*	V	98	98
DC	1008	Februario	VI	19. GUAIMARII	Cicerus filius q. Cennami cum filiis suis Ioanne et Cicero a Maione presbytero et abbate s. Maximi res, quas ipsa ecclesia habet in loco *Cassiano*, infra Metellianas fines, recipiunt ad laborandas terras incultas vitesque ponendas in iis sex annorum spatio, quibusdam pactis designatis.	V	99	99
DCI	1008	Aprili	VI	20. GUAIMARII	Amor filius Petri, iubente abbate Maione s. Maximi, decem et tribus annis locat terras duas cum castaneto ad Nuceriam, ubi *Agella* dicitur, Iaquinto, Petro et Ioanni filiis Sellicti, nonnullis oneribus adimplendis.	V	100	101
DCII	1008	Aprili	VI	20. GUAIMARII	Divisio terrarum et sylvarum, quae sunt in territorio Mitiliano, idest *Transboneae Troccle, Ragiti, Albolae* et alibi, ubi *da Maiulo, da Scontratu, ad Clusa, Traberse, Fabale, Mammalopa et Ballenara* dicitur, facta inter Madelmum filium Iaquinti, Imperatissam sororem eius uxoremque Sergii, Petrum filium ipsorum Sergii et Imperatissae ac parentes eorum.	V	101	103
DCIII	1008	Iunio	VI	20. GUAIMARII	Ioannes filius q. Iaquinti a Mitiliano quatuor tarenis auri fundum cum vinea, finibus descriptis, de loco Vetranto vendit Ioanni filio q. Ioannis.	V	102	117
DCIV	1008	Augusto	VI	20. GUAIMARII	Maio abbas ecclesiae s. Ma-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ximi concedit Petro *Portario* filio q. Petri terram, in qua ipse Petrus domum ligneam aedificavit, eo quidem pacto, ut uno anno eadem frueretur ex toto, dein per viginti et sex annos medietatem tantum eiusdem retineat et aliam medietatem sibi habeat.	V	103	119
DCV	1008	Septembri	VII	20. GUAIMARII	Donatio ecclesiae s. Mariae de *Campo rubeo* apud Malianum in Cilento, cum terris et servis, per Rodelgrimum et Adelbertum Comites facta Andreae abbati s. Magni monasterii in Lucania.	AM α	18	120
DCVI	1008	Septembri	VII	20. GUAIMARII	* *Eiusdem donationis aliud exemplar.*	V	104	122
DCVII	1008	Octobri	VII	20. GUAIMARII	Ioannes abbas monasterii s. Michaelis Archangeli in Lucania dat Kallino filio Ioannis *Gracci*, nativo Calabriae, et in vico, qui vocatur *Ancilla-Dei*, vitam degente, excolendam terram incultam pro consueto solario.	V	105	122
DCVIII	1008	Novembri	VII	28. PALDOLFI et 22. LANDOLFI Princ. Benev.	Angelus filius Ioannis Magistri et Martinus presbyter, nomine monasterii s. Petri apud Beneventum aedificati, inter se partiuntur bona quae promiscue possident in territorio Montisaperti.	V	106	123
DCIX	1008	Novembri	VII	20. GUAIMARII	Balsamus, consentiente Rinardo genitore suo, Gemmam sororem Falconis filii Maraldi uxorem ducturum atque eidem *Morgencab* daturum promittit; quod si promissis stare nequiverit, iureiurando se obligat quinquaginta auri solidos constantinianos soluturum, triginta vero, si Gemmam sibi nuptam ac raptam terra marique per Italiam usquequaque non quesierit, nec ad eam redimendam e barbarorum latronum captivitate pacti praetii partem pependerit.	V	107	125

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCX	1008	Novembri	VII	20. Guaimarii	Machenolfus presbyter filius Granati et Petrus clericus filius Ioannis, assentiente Maione abbate ecclesiae s. Maximi, consuetis pactionibus dant Marancio presbytero e Monteauro colenda bona ipsius ecclesiae, quae in beneficium possident Montisaurei, ubi *Miscianum* vocatur.	V	108	126
DCXI	1009	Ianuario	VII	20. Guaimarii	Iaquintus diaconus et primicerius ecclesie s. Maximi concedit in emphyteusim bona, quae habet in beneficium Barbaciani apud Nuceriam sub ecclesia s. Davidis, Ioanni filio q. Miri et Leoni filio Romoaldi.	V	109	128
DCXII	1009	Ianuario	VII	20. Guaimarii	* *De eadem locatione exemplar aliud.*	V	110	130
DCXIII	1009	Ianuario	VII	20. Guaimarii	Leo et Amorosus germani filii Ioannis declarant accepisse in emphyteusim per annos duodecim a Petro clerico filio q. Mundi dua praedia de loco *Giovi* apud Salernum, nonnullis pactis ultro citroque conventis.	V	111	133
DCXIV	1009	Februario	VII	20. Guaimarii	Ioannes presbyter, et Maraldus et Madelmus uterini germani filii q. Ioannis, qui dicebatur *Ammonitus* , postquam partiti sunt bona quae Nuceriae de loco *Tostacio* possidebant, interim Maraldus et Madelmus aere proprio in fundo ipsius Ioannis aedificaverunt ecclesiam sub titulo s. Nicolai, quam in patronatum eidem Ioanni concessit Archiepiscopus salernitanus Grimoaldus ; Ioannes vero de eadem ecclesia , tertia tantum parte sibi reservata , duabus aliis partibus donat fratres suos Madelmum et Maraldum.	V	112	132
DCXV	1009	Martio	VII	21. Guaimarii	Grimoaldus filius q. Petri duas terras de loco *Campiliano* sub ecclesia s. Marciani vendit tarenis auri viginti et			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					sex Amando, et Urso, et Achino filiis q. Grimoaldi, et Balsamo filio q. Ioannis.	V	113	135
DCXVI	1009	Martio	VII	21. GUAIMARII	Petrus presbyter ecclesiae s. Maximi per iussionem Maionis abbatis terram cum arbusta vite, quae sunt Nuceriae, ubi proprie *Agella* vocatur, locat per octo annos Urso filio q. Petri *Pappacena*, medietate vini et consueto solario.	V	114	136
DCXVII	1009	Martio	VII	21. GUAIMARII	Ferrandus filius Maiprandi bona sua Calvanici, ubi *Posa* dicitur apud Rotam, vendit Baroni filio Ioannis decem et novem tarenis aureis.	V	115	138
DCXVIII	1009	Martio	VII	21. GUAIMARII Princ. Salerni et 1. Capuae	Landenolfus comes filius q. Ademarii comitis terram cum arbusto, quam possidet apud Mitilianum Cavae in loco, cui *Terra Gustini* vocabulum est, donat Monialibus monasterii Ss. Michaelis et Stephani Salerni, in quo domna Sikelgaita abbatissa praeest.	V	116	139
DCXIX	1009	Martio	VII	21. GUAIMARII	Guaiferius filius Guaiferii pro medietate vini et consueto solario locat partem terrae, quam possidet Nuceriae, ubi *Campo-Arbusto* dicitur, Ioanni et Stephano germanis filiis Ursi *Ficliliarii*.	V	117	140
DCXX	100)	Aprili	VII	21. GUAIMARII	*Memoratorium* locationis terrae cum vite arbusta in loco Valentino, ubi proprie dicitur *Hortus Herodis*, factae a Desio filio q. Mansonis Ioanni presbytero et Petro filiis Stephani.	V	118	142
DCXXI	1009	Iunio	VII	21. GUAIMARII	Amor presbyter Cappellae s. Petri sacri Palatii Principum Salerni terram eiusdem Cappellae positam in loco Verinianno desuper flumen Grancarium in Principatu Salernitano, quamque in beneficium habet, dat excolendam sex annis Ioanni filio Petri, et Grimoaldo et Bono filiis dicti Ioannis.	V	119	143

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCXXII	1009	Septembri	VIII	21. GUAIMARII	Concessio terrae per Ioannem presbyterum filium q. Petri, consentiente Maione abbate s. Maximi ecclesiae, ad quam ipsa terra pertinet, facta in perpetuum cuidam Constantino Graeco filio Kalociri, pactis et oneribus iuxta loci consuetudinem descriptis.	V	120	146
DCXXIII	1009	Septembri	VIII	21. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Ioannes filius Petri ac presbyter ecclesiae s. Maximi declarat, se litem derimisse adversus Ademarium filium Ursi de quibusdam pactis ab Ademario minime adimpletis in quadam terra, quam ipsi tradidit excolendam; ac pace, ita composita inter eos, partem alterius terrae prope ecclesiam s. Viti Nuceriae eidem Ademario locat supradictus Ioannes.	VI	1	148
DCXXIV	1009	Novembri	VIII	21. GUAIMARII	Testamentum Mastali Atrianensis filii q. Sergii *de Áuta*, quo bonorum suorum cum nonnullis legatis haeredes instituit Matronam et Blactulam filias Todoli.	VI	2	151
DCXXV	1009	Decembri	VIII	21. GUAIMARII	Venditio terrae, *subtus campum de Are* Nuceriae positae, facta Cicero filio Mastali, quadraginta et octo tarenis aureis, per Abbatem Monasterii s. Petri ultra flumen Draguntium.	VI	3	152
DCXXVI	1009	Decembri	VIII	53. Imper. BASILII	*Memoratorium*, quo pacta, conditiones, supellectiles, atque servitia describuntur pro matrimonio ineundo inter Maionem filium q. Maielgari et Fresam nepotem cuiusdam clerici nomine Deusdedit e Luceria.	VI	4	154
DCXXVII	1010	Ianuario	VIII	8. SERGII Ducis Imp. Patritii Amalphiae.	Divisio *casalis Fontis* inter Sergium filium Lupini de Maurone Comite et Mariam filiam Constantini de Mansone Comite, quae fuit uxor q. Mansonis filii supradicti Lupini, atque Lupinum et Constantinum filio Mariae.	VI	5	157

*****

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCXXVIII	1010	Ianuario	VIII	21. Guaimarii	*Memoratorium*, quo Maio presbyter et abbas ecclesiae s. Maximi Salerni veniam dat Lenae filiae Basilii Graeci, ut nubat cuidam Ioanni famulo praedictae ecclesiae, eumque, suo ac suorum successorum nomine, libertate donat.	VI	6	160
DCXXIX	1010	Ianuario	VIII	21. Guaimarii	Ursus filius q. Andreae et Petrus eius patruus filius Ioannis, qui *Perico* vocatur, dividunt inter se agrum cum vinea de loco *Felline* apud Salernum.	VI	7	160
DCXXX	1010	Ianuario	VIII	21. Guaimarii	Alcoin notarius, qui et *Urso* appellatur, filius q. Iaquinti, dono dat Romoaldo Castaldeo filio q. Petri quartam partem terrae, quam possidet prope Salernum, ubi *Longa* dicitur, de loco Felecta.	VI	8	162
DCXXXI	1010	Februario	VIII	21. Guaimarii	Romoaldus Castaldeus, filius q. Petri, per decem annos dat Alfano de Felecta filio Musandi terram incultam, ut operetur illam, plerisque oneribus adimplendis.	VI	9	163
DCXXXII	1010	Martio	VIII	22. Guaimarii	Ioannes filius q. Ioannis donat Romualdo Castaldeo, filio q. Petri, quartam partem terrae, quam habet in loco Felecta, ubi *ad Longa* dicitur, prope Salernum.	VI	10	165
DCXXXIII	1010	Augusto	VIII	22. Guaimarii	Maio abbas ecclesiae s. Maximi locat bona praedictae ecclesiae, quae sunt apud Nuceriam, ubi *Puciano* dicitur, Petro et Godeno filiis Leonis *Pappaboe*.	VI	11	167
DCXXXIV	1010	Novembri	IX	22. Guaimarii	Amor filius q. Petri, annuente Maione abbate ecclesiae s. Maximi, praedium positum Angri, ubi *Corbaru* dicitur, tribus annis locat Marancio filio Ioannis, qui consuetum solarium praedictae ecclesiae reddere se obligat.	VI	12	168
DCXXXV	1010	Novembri	IX	22. Guaimarii	Locatio avellaneti ad ecclesiam s. Maximi pertinentis et			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					in agro nucerino positi, ubi *Cancellata* vulgo dicitur, facta Amori filio q. Petri a Maraldo clerico, consentiente Maione abbate.	VI	13	169
DCXXXVI	1010	Novembri	IX	22. GUAIMARII	Petrus clericus Cappellae sacri Palatii et Landolfus, germani filii Petri clerici et abbatis, consuetis pactis et oneribus nonnullis laborandam, dant terram, quam in loco *Malluni* apud Nuceriam, ubi *ad Selece* vocatur, possident, Iochardo et Sasso filius Ioannis.	VI	14	171
DCXXXVII	1010	Decembri	IX	22. GUAIMARII	Petrus et Ioannes presbyteri et rectores ecclesiae s. Martini, quam Guaimarius Comes fundaverat apud *Carnariam* ultra flumen Lyrinum, in perpetuum terram in loco *Campiliano* positam ad Salernum Cicero filio Mauronti concedunt, sibi nonnullis iuribus reservatis.	VI	15	173
DCXXXVIII	1011	Martio	IX	23. GUAIMARII	Sententia in favorem Maionis abbatis s. Maximi Salerni et contra Petrum atrianensem filium q. Ursi de rebus, quas ecclesia praedicta legitimo iure possidet Nuceriae, ubi *Agella* vocatur.	VI	16	175
DCXXXIX	1011	Martio	IX	23. GUAIMARII	Instrumentum divisionis terrarum de loco Tusciano, ubi *Cippitu* dicitur, inter Grimoaldum Castaldeum filium Roffrit, et Petrum Castaldeum filium Petri Teutoni, et Landenolfum filium Landenolfi.	VI	17	176
DCXL	1011	Aprili	IX	54 Imp. BASILII et 48. CONSTANTINI fratris eius.	Petrus clericus filius q. Cesarii de Matrona, nomine proprio et genitricis suae Aromatae, et Cesarii nepotis sui, portionem *viridiarii* de loco *Mairano* vendunt domno Theodoro filio q. domni Ursi Raviniani et domno Marino clerico.	VI	18	178
DCXLI	1011	Maio	IX	23. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Maio presbyter et abbas ecclesiae s.			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Maximi declarat se Iaquinto filio Gaudiosi locasse decem annis bona, quae ipsa ecclesia possidet intra Nuceriae et Stabiae fines usque ad mare.	VI	19	180
DCXLII	1011	Maio	IX	23. Guaimarii	Lando filius q. Ursi de loco *Floccano* apud Nuceriam, mutuam pecuniam accipit a Miro iudice filio q. Mirandi subdiaconi, eidem pro pignore tradit terram Nuceriae, ubi *a la Caminata* dicitur.	VI	20	182
DCXLIII	1011	Maio	IX	23. Guaimarii	Ursus Atrianensis filius Lupeni tradit cuidam Ioanni Atrianensi, filio Ursi de Dumeti, et Mariae uxoris eius praedium cum vinea de loco Veteri, nonnullis pactis servandis.	VI	21	183
DCXLIV	1011	Septembri	X	23. Guaimarii	*Memoratorium*, quo Guaiferius filius q. Guaiferii Comitis conventionem agit cum Garardo et Romoaldo filiis q. Sellicti, qui fuit filius Moscari, de bonis quae iisdem laboranda tradidit Guaimarius germanus dicti Guaiferii in territorio Rotense, ubi *Sisciano, la Penta, Saba*, *Catabati* et *Luriniano* vocatur.	VI	22	184
DCXLV	1012	Ianuario	X	23. Guaimarii	* Venditio terrae in Mitiliano agro, ubi *Pastinum* dicitur, facta per Sellectam consobrino suo Maraldo.	VI	23	185
DCXLVI	1012	Ianuario	X	23. Guaimarii	Muscus, qui et *Disidio* vocatur, filius q. Mansonis amalphitani, testamento relinquit ecclesiae s. Maximi bona sua multis in locis posita, excepta quarta eorum parte Gemmae uxori suae debita; ac insuper disponit, ut Anna et Iaquinta sorores eius, toto vitae tempore, habeant sibi usumfructum tertiae partis, quae omnino sit in potestate Annae, si filium vel filiam procreaverit; sin vero, ad ipsam ecclesiam conferatur post earum obitum.	VI	24	186

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCXLVII	1012	Ianuario	X	23. GUAIMARII	Ioannes filius Petri se obligat excolere per duodecim annos duas terras in loco *Campiliano*, apud Salernum positas,. et vini medietatem, pomorum vero et solarii tertiam partem reddere Petro presbytero et Rectori ecclesiae s. Martini.	VI	25	188
DCXLVIII	1012	Ianuario	X	55 BASILII Imper.	Octavianus filius q. Ioannis Iudicis, et Poto filius Leonis Iudicis, nec non Lervisa et Grima eorum uxores, vendunt octo miliarisis ex rame domunculam, quam Luceriae possident, Ferro Magistro.	VI	26	190
DCXLIX	1012	Februario	X	55. BASILII Imper.	Ioannellus filius Ioannis, adhuc puer, nimia egestate laborans, Iudicis consensu ut sibi id facere liceat, vendit Poterisio filio Garempoti, uno aureo solido constantiniano sexque miliarisis ex rame, partem ecclesiae Ss. Philippi et Iacobi et horti in vico *Lamacupa* Luceriae.	VI	27	192
DCL	1012	Februario	X	55. BASILII Imper.	Magnus, filius Raimelgardi clerici de loco *Turris Forcata*, tradit puellae nomine Maraldae de loco *Zappino*, *Morgencab*, iuxta Langobardorum leges.	VI	28	195
DCLI	1012	Martio	X	24. GUAIMARII	Dumnellus, abbas s. Mariae *de Domno* Salerni, dat in emphyteusim ad annos quindecim terramM aioni et Samueli, hebraeis filiis Iudae, qui eidem per singulos annos kalendis Martii tradere debent pro censu septem auri tarenos et dimidium *de moneta salernitana*.	VI	29	196
DCLII	1012	Aprili	X	31. PALDOLFI 25. LANDOLFI filii eius et 1. PALDOLFI filii suprad. Landolfi.	Venditio duarum partium vineae et *viridiarii* facta per Ademarium filium Sassi Dilecto filio Lupi, quae bona Ademarius dederat in pignus eidem Dilecto pro quinque solidis mutue acceptis ab ipso multis ante annis.	VI	30	197
DCLIII	1012	Aprili	X	31. PALDOLFI	Maurus filius Sassi permutat			

******

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				25. LANDOLFI filii eius et 1. PALDOLFI filii supradicti Landolfi.	domum suam cum alia, quam possidet Abellini Petrus filius Petri.	VI	31	199
DCLIV	1012	Aprili	X	24. GUAIMARII	Iubente Maione abbate ecclesiae s. Maximi, Friderisius presbyter et Maraldus diaconus bona ipsius ecclesiae, quae in beneficio habent, de loco *Apud Montem*, ubi *Cerasolo* et *Tifano* dicitur, excolenda tradunt Iaquinto et Genco germanis filiis q. Petri, qui daturos promittunt medietatem vini et pomorum.	VI	32	200
DCLV	1012	Aprili	X	24. GUAIMARII	* *De eadem locatione, ut in praecedenti Membrana.*	VI	33	202
DCLVI	1012	Maio	X	24. GUAIMARII Princ. Salerni et 4. Capuae et Amalphiae, et 3. Sirrenti et 1. GISULPHI filii eius.	Restitutio terrae in loco Salictu intra Mitiliani fines positae, quam Praxis, presbyter et abbas ecclesiae s. Nicolai de *Gallucantu* apud Veterem, excolendam tradidit Alfano filio q. Leonis, cui quidem, eo quod suo labore et industria praedicta terra melioresceret, ipse Praxis aliam parvam terram ibi sitam dono dat, sibi reservato iure emendi eam, si Alfanus vendere vellet.	VI	34	203
DCLVII	1012	Iunio	X	24. GUAIMARII	Donatio terrae in loco *Montoru* positae, ubi *Cirione* dicitur, per Annam, viduam q. Ioannis clerici filii Grimi, facta ecclesiae s. Maximi Salerni.	VI	35	206
DCLVIII	1012	Iunio	X	24. GUAIMARII	Fideiussio coram iudice praestita inter se invicem a Licto filio Licti, et a Landone filio Landonis, et a Ioanne filio Ioannis *Bassi*, de terminandis bonis eorum in Mitiliano, et Nucerino, et Stabiensi agro positis.	VI	36	207
DCLIX	1012	Iulio	X	55. BASILII Imper.	Iaquintus, filius q. Invitati clerici, per *Morgencab* quartam bonorum suorum partem donat coniugi suae Garitiae filiae Romani.	VI	37	207

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
DCLX	1012	Novembri	XI	24. GUAIMARII	Ioannes *Iubene* amalphitanus filius Sergii, vendit solidis auri tarenorum triginta, bona sua, ultro citroque flumen Boneam Veteri posita, quaeque olim fuerunt Regalis Ducissae gentis amalphitanae, Guaimario Comiti filio q. Guaimarii.	VI	38	209
DCLXI	1012	Decembri	XI	24. GUAIMARII	Armogenis atrianensis filius Sergii offert ecclesiae s. Mariae Salerni medietatem ecclesiae s.Treufimae (*Trofimenae*), in urbè salernitana aedificatae, cum cellis, rebusque ad ipsam pertinentibus.	VI	39	215
DCLXII	1012	Decembri	XI	24. GUAIMARII	Roderisius filius Maraldi, tam suo quam nomine Meli et Ioannis fratrum eius, tres partes de decem terris cum vinea in loco Felecta apud Salernum, ubi *ad ipsa Longa* dicitur, vendit Romualdo Castaldo. *In hac membrana addita legitur nota de venditione praedii in eodem loco Felecta per Grimoaldum filium Ioannis facta eidem Romualdo.*	VI	40	216
DCLXIII	1013	Ianuario	XI	24. GUAIMARII	Petrus filius Petri locat Malfrido filio Madelmi terram cum arbusta vite Nuceriae, ubi *a lu valneo* dicitur, positam, nonnullis oneribus adimplendis.	VI	41	218
DCLXIV	1013	Ianuario	XI	11. SERGII Ducis Amal.	Antiochia filia q. Leonis *de Sergio de Lupino de domna Erini*, uxor Constantini filii q. Leonis *Tortellarii*, qui fuit alter vir eius, vendit omnia quae possidet, unaque simul et portionem ecclesiae B. Felicis in pago Fonti, Sergio, filio q. domni Ioannis de Maurone, Comiti amalphitano.	VI	42	219
DCLXV	1013	Ianuario	XI	24. GUAIMARII	Rico, filius q. Falconis presbyteri, vendit quatuor tarenis aureis praedium de loco Campiliano Imelaitae, filiae Landolfi et uxori Petri filii Mauronis.	VI	43	221
DCLXVI	1013	Maio	XI	25. GUAIMARII	Domnellus, abbas ecclesiae			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					s. Mariae Salerni, iussionem facit Russemanno clerico filio Amati presbyteri, ut locet terram quam ipse habet in beneficium, de loco Felecta apud Salernum, Sparano filio Leonis, consuetis pactis et oneribus.	VI	44	222
DCLXVII	1013	Iunio	XI	25. GUAIMARII	Adelghisa uxor Brocconis, et Foska et Dilecta eorum filiae, nec non Berengarius Alemannus, qui fuit vir demortuae Gisae filiae eiusdem Brocconis et Adelghisae, dono dant bona quae possident de loco *Trans-Boneia*, ubi *Maiano* dicitur, Urso filio Ioannis, qui eisdem pro *Launegilt* auri solidos decem et octo solvit.	VI	45	223
DCLXVIII	1013	Septembri	XII	57. BASILII Imper.	Ioannes filius q. Lucerini, et Ursa uxor eius, Rossemanno filio Michaelis vendunt uno aureo solido soterico holotarco parvam domum iuxta murum urbis Luceriae.	VI	46	226
DCLXIX	1013	Octobri	XII	25. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Maio abbas ecclesiae s. Maximi Salerni in perpetuum concedit Ioanni, qui fuit vicedominus, filio Ioannis, et Ioanni, et Leoni, et Amudi presbytero, germanis filiis q. Iaquinti presbyteri, fratris praedicti Ioannis Vicedomini, terras cum arbustis vitibus, quas ecclesia ipsa possidet de loco Aput monte, ubi *Cirasulu* et *Tifanu* vocatur, pro consueto solario sibi singulis annis debito et pro medietate vini ac fructuum.	VI	47	228
DCLXX	1013	Decembri	XII	12. SERGII Ducis Amal.	Guttus filius Leonis *de Gutto, de Ioanne, de domna Blacta* tradit fundum, quem Cethariae possidet *ad Pallarium*, Ioanni filio suo et Mariae eius uxori, a quibus solidos quinquaginta duos receperat, quorum viginti quatuor ad debitum solvendum erogaverat, alios decem pro anima Theodenandae uxoris			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					suae, reliquos utilitati suae locavit.	VI	48	230
DCLXXI	1013	Decembri	XII	32. PALDOLFI 27. LANDOLFI filii eius et 2. PALDOLFI filii Landolfi.	Sikelgaita, filia Iaquinti et uxor Dilecti Iudicis, qui et Adelgardus dicitur, filii Potelgardi, res suas quas Veteri apud Salernum possidet, donat Iannacio Castaldo filio Ursi, qui secundum legem pro *launegildo* eidem Sikelgaitae *mantellum* dat.	VI	49	231
DCLXXII	1014	Ianuario	XII	25. GUAIMARII	Senda, filia q. Sellicti et vidua Iaquinti filii Maghenolfi, et Maris filius eiusdem Sendae, Floccani apud Nuceriam vitam degentes, parvam terram aureis tarenis novem vendunt Grimoaldo eorum propinquo.	VI	50	232
DCLXXIII	1014	Ianuario	XII	25. GUAIMARII	* Locatio praedii apud Nuceriam, ubi *Faiana* dicitur, facta Grimoaldo filio q. Ciceri, medietate vini et solario iuxta consuetudinem, a Iaquinto diacono ecclesiae s. Maximi.	VI	51	234
DCLXXIV	1014	Martio	XII	26. GUAIMARII	Alerisius et Godinus, germani filii q. Adelgarii, agrum, quem Ursus filius Leonis et Stephanus filius Petri possident Nuceriae de loro *Tostacio*, ubi proprie *Grotta Arciprandi* vocatur, conducunt per decem annos, consuetis pactis et oneribus.	VI	52	234
DCLXXV	1014	Aprili	XII	26. GUAIMARII	Testamentum iuxta legem Langobardorum, quo Falco filius q. Orriti instituit haeredes universorum bonorum suorum Mariam (quam puellam *in capillo relinquit*) et Ioannem filios suos; legat tamen praesbyteris parochialis ecclesiae s. Mariae Nuceriae tarenos auri duodecim, aliaque disponit.	VI	53	236
DCLXXVI	1014	Aprili	XII	26. GUAIMARII	Ioannes, abbas Monasterii s. Archangeli in Lucania, declarat se Georgio filio Stephani terram excolendam tradidisse, ea ratione, ut post septem an-			

****

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					nos det Monasterio tertiam vini et frugum partem.	VI	54	238
DCLXXVII	1014	Iulio	XII	26. GUAIMARII	Maghenolfus presbyter et Petrus clericus ecclesiae s. Maximi locant Rodelgrimo Maraldi filio per octo annos, consuetis pactis et oneribus, terras praedictae ecclesiae, quas in beneficium possident apud Montemaureum, ubi *Cirione* appellatur.	VI	55	240
DCXXLVIII	1014	Augusto	XII	26. GUAIMARII	Ademarius filius q. Ursi omnes res suas, quas successionis iure a patre obtinuit in toto Comitatu nucerino, triginta aureis tarenis vendit Sesamo et Licto filiis q. Licti.	VI	56	242
DCLXXIX	1014	Augusto	XII	58. BASILII Imper.	Amelfrid filius Ragengnardi emit septem solidis contantinianis domum, quam Luceriae habent Adelmannus filius q. Ionnis et Maria uxor eius filia q. Ioannis.	VI	57	243
DCLXXX	1014	Novembri	XIII	26. GUAIMARII	Maio abbas ecclesiae s. Maximi per duodecim annos dat Roffrido, et Petro, et Rodelgrimo, et Amato, germanis fratribus et filiis q. Maraldi e Monteauro, excolendas res praedictae ecclesiae apud Rotam sitas, ubi *Cirione* appellatur; qui tamen eidem Abbati quotannis medietatem vini et consuetum solarium daturos promittunt. Quod si transactis duodecim annis eas res amplius servare noluerint, ipsi vel haeredes eorum ecclesiae in integrum retradant.	VI	58	245
DCLXXXI	1014	Novembri	XIII	13. SERGIO et 1. IOANNIS filii eius Duc. Amal.	Declaratio finium terrarum apud Cethariam, quas Monasterium s. Mariae et s. Benedicti *de Herchia* vendidit Ioanni de Maurone Comite ab Amalphia.	VI	59	247
DCLXXXII	1014	Decembri	XIII	26. GUAIMARII	Senda, filia Selicti et vidua Iaquinti filii Machenolfi, ac eiusdem filius Marius, in cuius *mundio* erat, medietatem ter-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					rae quam in comune cum Grimoaldo Nuceriae possident, ubi *Catamaurici* dicitur, eidem donant.	VI	60	248
DCLXXXIII	1015	Ianuario	XIII	26. GUAIMARII	Falco filius Alexandri ante iudicem et testes declarat, terram cum arbusta vite apud Solofram de loco *Cerbitu*, consuetis pactis et oneribus inter eos statutis, ad excolendam accepisse a Maione filio Domnelli.	VI	61	249
DCLXXXIV	1015	Ianuario	XIII	Imper: BASILIO et CONSTANTINO	*Graeca Membrana*. Nicon monachus, Ursulus Turmarcha, aliique, offerunt Lucae gubernatori et praefecto Monasterii s. Ananiae *Petram*, quae dicitur *Coeci*, cum pertinentiis eius, ut ecclesia aedificetur in castro, ibique sacra officia et laudes Deo concinnentur.	aa	2	251
DCLXXXV	1015	Martio	XIII	27. GUAIMARII	Ursus atrianensis, filius q. Lupeni, Grusae uxori Ioannis usumfructum terrae, Veteri apud Salernum positae, quoad ipsa vixerit, concedit.	VI	62	254
DCLXXXVI	1015	Martio	XIII	27. GUAIMARII	Ioannes, filius Ursi, bona de loco Capaczana, ubi *ad Sabuculo* dicitur, vendit et confirmat Ioanni et Andreae, germanis filiis Bisantii, aureis tarenis quinque et dimidio	VI	63	256
DCLXXXVII	1015	Maio	XIII	27. GUAIMARII	*Memoratorium*, quo Petrus filius q. Petri et Alphanus filius... terram incultam in loco Capaczana excolendam tradunt Ioanni filio q. Ioannis plerisque oneribus servandis.	VI	64	257
DCLXXXVIII	1015	Iunio	XIII	27. GUAIMARII	Verengnarius Comes, declarans se uxorem duxisse Rodelindam filiam q. Atenolfi Comitis, alia die nuptiarum ei *Morgencab* tradit iuxta Langobardorum legem.	VI	65	258
DCLXXXIX	1015	Septembri	XIV	14. SERGII Ducis Amal.	*Chartula securitatis* exarata inter Guttum filium Leonis, et Sergium filium Ioannis, de finibus et divisione bonorum ad			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					montem qui dicitur *Carbonario supra embricem* in agro amalphitano.	VI	66	269
DCXC	1016	Ianuario	XIV	27. GUAIMARII et 1. IOANNIS filii eius.	Guaiferius, filius q. Guaiferii Comitis, terram incultam in loco Siano, ubi *Cannitum* vocatur, ad duodecim annos tradit Alphano et Ioanni, germanis filiis q. Maionis, pro consueto solario.	VI	67	261
DCXCI	1016	Ianuario	XIV	59. BASILII et CONSTANTINI fratris eius	Potoni Iudici, filio q. Leonis Iudicis, in urbe Luceria, Radelpoto filius q. Gnadii veniam petit uxorem ducendi Mariam filiam... cui *per guadia* nonnulla onera adimplenda promittit.	VI	68	262
DCXCII	1016	Ianuario	XIV	27. GUAIMARII et 1. IOANNIS filii eius.	*Memoratorium*, quo Eupraxius graecus, abbas ecclesiae s. Nicolai in urbe Veteri, Risus et Rodericus germani filii q. Maraldi, Madelmus filius q. Iaquinti, Petrus filius q. Sergii, bona de loco *Albole* ad duodecim annos tradunt Ioanni filio Mauronis, qui reddere tenetur quotannis partem vini et fructuum, duos aureos tarenos, aliaque adimplere debet.	VI	69	264
DCXCIII	1016	Maio	XIV	28. GUAIMARII et 1. IOANNIS eius filii.	* Siko filius Adoaldi terras cum vinea adud Nolam emit a Cennamo filio Romoaldi, Aurestace filio Mundi, et ab aliis, aureis tarenis quatuor.	VI	70	267
DCXCIV	1016	Augusto	XIV	28. GUAIMARII et 1. IOANNIS filii eius.	Leo presbyter filius Ioannis presbyteri, rector ecclesiae s. Angeli in loco *Apus-monte* positae, ubi dicitur *ad Lenzara*, exolendas tradit terras de eodem loco, ubi *ad Caprulu* vocatur, Ioanni filio Peperati, qui duodecim post annis praedictae ecclesiae daturum promittit vini et solarii tertiam partem et dimidiam partem fructuum.	VI	71	268
DCXCV	1017	Ianuario	XV	28. GUAIMARII et 2. IOANNIS lii eius.	Maraldus, filius Maraldi Calbarosi, agrum in loco Dossa apud flumen Tuscianum Ioan-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ni filio q. Andreae, vendit aureis tarenis triginta et uno.	VI	72	270
DCXVI	1017	Ianuario	XV	28. GUAIMARII et 2. IOANNIS filii eius.	Prandus, filius q. Ursi *Terra-vindica*, quartam partem agri et domus Nuceriae, tarenis aureis octo vendit Ingnelfredo leviro suo, filio Ioannis.	VI	73	271
DCXVII	1017	Ianuario	XV	60. BASILII et CONSTANTINI fratris.	Alferada filia q. Landonis, coram Malgefredo Iudice, assentientibus viro suo Gutto, et Cotuneo filio Symeonis, et Petro filio Ioannis germano suo, vineam apud flumen *Salsulam*, in vico qui dicitur *ad ipse vinee*, vendit Radelpoto filio Guautii, duobus aureis solidis sotericis *bonis per caput*.	VI	74	273
DCXVIII	1017	Februario	XV	28. GUAIMARII et 2. IOANNIS filii eius.	Infans nomine Angelus, filius Desigii de Correiano, accepta licentia a Ragemprando Iudice, et consentientibus Purpura matre eius et Ioanne et Fugardo parentibus eius, tarenis auri undecim vendit Iaquinto filio Petri agrum in eodem loco Correiano positum.	VI	75	275
DCXIX	1017	Aprili	XV	30. LANDOLFI et 6. PALDOLFI filii eius.	Donatio domus Abellini positae, et aliorum bonorum de loco *Baneo* et alibi in Comitatu Abellinensi, facta Mario filio Ioannis a Petro filio Petri, recepto launegildo *mantello uno*.	VI	76	276
DCC	1017	Aprili	XV	30. LANDOLFI et 6. PALDOLFI filii eius.	*Memoratorium*, quo, coram Iudice Iaquinto, Petrus filius Petri et Maurus filius Vassi conveniunt inter se quoad possessionem bonorum de loco *Vaneo*.	VI	77	278
DCCI	1017	Maio	XV	30. LANDOLFI et 6. PALDOLFI filii eius.	Amatus et Petrus, germani filii Petri, ad decem annos ca-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					stanetum et sylvas de loco *Decemmari* in finibus salernitanis tradunt Riso filio Domandi, qui consuetum solarium duosque pullos *bonos* eis quotannis dare tenetur.	VI	78	279
DCCII	1017	Novembri	I	29. GUAIMARII et 3. IOANNIS filii eius.	Terram cum vinea de loco *Felline* in finibus salernitanis, Ursus filius q. Andreae vendit Ademario filio q. Sergii Ducis, tarenis aureis quadraginta.	VI	79	280
DCCIII	1018	Ianuario	I	29. GUAIMARII et 3. IOANNIS eius filii.	Locatio terrae et vineae de loco Angri, ubi *Casamavile* dicitur, ad decem annos facta Ioanni filio Mastali a Maione Abbate ecclesiae s. Maximi pro medietate vini et consueto solario et servitio.	VI	80	282
DCCIV	1018	Februario	I	29. GUAIMARII et 3. IOANNIS eius filii.	*Memoratorium*, quo Maio abbas s. Maximi terram incultam de loco *Catenella*, ubi *Priatu* dicitur, excolendam tradit in perpetuum Petro filio Maraldi, pro annuo censu dimidiae partis fructuum et solarii iuxta consuetudines loci.	VI	81	284
DCCV	1018	Februario	I	29. GUAIMARII et 3. IOANNIS eius filii.	Traditio terrae et domus ligneae Salerni ad viginti et quatuor annos facta Urso filio q. Ligori, Rossemanno diacono, et Ioanni, qui sunt pater et filius, a Maione abbate s. Maximi, pro censu duarum partium tareni.	VI	82	285
DCCVI	1018	Martio	I	30. GUAIMARII et 3. IOANNIS eius filii.	*Memoratorium*, quo Grimoaldus filius Stephani Comitis, et Ioannes filius Stephani Calbenzo declarant se per decem annos excolendum accepisse a Maione abbate s. Maximi agrum cum vinea et terra inculta de loco Angri, ubi *Ca-*			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					samavile dicitur, pro medietate vini et pomorum, ac solario consueto.	VI	83	286
DCCVII	1018	Aprili	I	30. GUAIMARII et 3. IOANNIS eius filii.	Mannus Gastaldus filius Petri, nomine Alphani Comitis et Landonis nepotis dicti Alphani, terras *de ipse Caselle* in agro salernitano positas, concedit Leontio Abbati, qui monasterium ad honorem s. Onuphrii ibi construere se obligat.	VI	84	288

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

DXXXVII.

A. D. 1001.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense aprelis, quartadecima indictione. Memoratorium factu a me maio archidiaconus et abbas ecclesia sancti maximi, et sunt unum de domini ipsius ecclesie, eo quod ante subscripti nobilibus per bona combenientia tradidi petri presbiteri de terra pertinentem predicte ecclesie intus anc salernitam cibitatem, qui est in ipso plaiu et a super ipsa ecclesia, ubi modo casam edificata abet, et est per ec mensuria : de tribus partibus fine predicte ecclesie: a pars occidentis sunt pedes decem et octo et summisse et uncie quattuor: a pars meridie sunt pedes tridecim: a pars orientis sunt pedes alii decem et octo et summisse et uncie quattuor: a pars septemtrionis fine bia nostra predicte ecclesie, sicut morice discernit, et inde pedes tridecim; totum mensuratum ad iusto pedem manum omini. per ista mensuria inclitum illud ipsius petri presbiteri tradidi tali tinore, ut amodo et usque bintinobem[1]) anni completim inclita ipsa terra per ipsa mensuria ad tua et de tuis eredibus sint potestatis tenendum et dominandum, et casa ibidem edificare, qualiter boluerint, et ibidem residere et abitare, et omnis vestre utilitatis ibidem facere iusta ratione: tantum per omnis annum amodo et usque ipso constitutum deant ille vel suis eredibus exinde censu pro ipsa terra a pars nostre ecclesie oleum una candela parbola; ad completo ipso constitutum licead illis inde disturbare ipsa casa, et tolleret exinde ipsa lingnamina cum omnis sua causa, et ire ubi boluerit, et inclita ipsa terra rebertar ad potestate de partibus ipsius ecclesie. unde in eo ordine per bona combenientia guadia mihi ipse petrus presbiter dedit et mediatorem mihi posuit iaquintus clericus filius quondam gaudiosi; et per ipsa guadia per bona combenientia obligavit se ipse petrus presbiter et suis eredibus, ut si aliquit de quod superius legitur, quesierit remobere aut contrare, per ipsa combenientia componere obligavit se ipse petrus presbiter et suis eredibus in partibus ipsius ecclesie biginti auri solidos constanti-

[1]) *bintinobem*, vernacula vox, pro *viginti et novem*.

nianos. verumtamen, et quale tempore infra ipso constitutum ipse predictus petrus presbiter filius quondam stefani exire boluerint, potestatem abeant ille vel suis eredibus inde escotere tota ipsa lingnamina et omnis sua causa, et ire cum illum ubi boluerit, asque contrarietatem mea vel de meis successoribus, vel partibus nostre ecclesie, et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego ragemprandus me subscripsi.

DXXXVIII.

A. D. 1001.

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense magius, quartadecima indictione. Ideo que ego nandi filius quondam romani, sicut mihi congruum est, mea vona bolumtatem ante subscripti testes per hanc cartula venumdedi adque ad semper abendum confirmo vobis bisantii filio quondam iohannis et alfani filio cuidam petri, qui fuerunt consobrini fratri mei, inclita sortionem meam quod est sextam partem de una pecia de terra, in quo aliquantum pastino est, et terram cum quertietum, quod abeo in locum capaczana, ubi sabuculo dicitur, finibus salernitanis per hec finis: de una parte fine iohannis russi, quod paratum habet da iaquintus filio iohannis molli, sicut termiti ficti sunt, et rectum saliente per termiti per cristone qui ibi est, et abiente usque in media serra que discernit da coperclisi [1]) ominibus: da super fine media ipsa serra: de alia parte fine medio ballone qui discernit da terra, quod ad pastenandum retinet godelghisi filius ursi da heredes alfani comitis, et aliquantum revolbente in bia et per ipsa bia descendente usque in ribus de aqua de sabuculo: de subtus fine ipso ribus de sabuculo. hec vero res infra ipse finis, sicut diximus, inclita ipsa sestam partem quod est mea sortionem, vobis predicti bisantii et alfani venumdedimus, et vobis infra ipse finis inde pertinentem est tres sortis, quod est medietas, et ad eredes mirandi et iohanni germani mei inde est pertinentem due sortis; unde de inclita ipsa mea sortione nullam mihi vel uxori mee, aut cuiquam hominibus, vel in quavis partibus exinde restitit aut dicimus remanere sortionem; set, sicut supe-

[1]) *Coperclisi,* habitatores cuiusdam pagi supra Salernum, qui nunc etiam appellatur *Coperchia.*

rius diximus, inclita ipsa sextam partem vobis predictis bisantii et alfani venumdedi, ad securiter et firmiter hamodo et semper vos nominati alfanus et visantius et vestris heredibus illut habendum, possidendum cum omnia infra se habentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bia sua, omnia exinde faciendum quod volueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam hanc mea bindictione nunc a presentis recepimus a vos nominati emtori mei statutum pretium, i sunt auri tari voni numerum decem in omnis deliveratione, sicut inter nos comvenit; finitoque vero pretium ipsum aput me ea vero ratione, per vona combenientia guadia vobis iamdicti bisantii et alfani dedimus, et mediatorem vobis posuimus ferrandus genero maranci filii sellicti; et per eadem guadia hobligo me meoque filium et heredes amodo et semper antistandum et defensandum vobis inclita suprascripta mea bindictione cum bice de bia sua ha pars uxori mee et ab omnibus hominibus omnique partibus, et non eos vobis tollere aut contrare queramus. quod si taliter, ut dictum est, semper illut vobis vestrisque heredibus non defensaverimus, aut si ego vel filius aut heredes meos illut vel exinde vobis vestrisque heredibus tollere aut contrare, seu remobere quesierimus, vel aliqua causatio vobis vestrisque eredibus exinde emiserimus, per quavis modis vel ingenium, ante omnia questio et causatio mea et de filio et heredes meos modis omnibus adversus vos sit inde tacita et bacua; et per ipsa guadia hobligo me meoque filium et heredes componere vobis nominatis bisantii et alfani quam et ad vestris heredibus, aut cui vice nostra cartula ista in manum paruerit, decem auri solidos constantinos, et, sicut superius dictum est, per inbitis illut vobis defensemus; si autem vos vel vestri heredibus, et quando volueritis per vos ipsis inde esse auctores et defensores, tunc bice nostra licentiam et potestatem abeatis cum ista cartula, et cum quale alia rationem, quod inde habere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis. nam, quando me vel filium, aut heredes meas quesieritis inde abere defensores, ego autem et filius et heredes meas inclita suprascripta mea bindictione vobis vestrisque heredibus semper defensemus, et omnia adinpleamus, sicut superius legitur, per supradicta guadia et obligata pena. quam te arechisi notarium scribere rogabimus. hactum salerno.

† ego romoaldus

† ego petrus notarius me subscripsi.

DXXXIX.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense martius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me maio archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi, qui sum de dominii ipsius ecclesie, eo quod ante subscribti testes per vona combenientia tradidi iaquinti clerico filio gaudiosi inclite terris campense et terris que sunt arbusta, vel ubicumque terris ad seminandum ipsa ecclesia abet per tota fines de nucerie, da aqua que dicitur forma in subto, ubicumque de rebus ipsius ecclesie inbentus dederit, cum proprie finis et vice de viis suis, scepto veneficia quod in eodem loco tenunt presbiteri et clerici de ipsa ecclesia, et scebto vinum et castaneis et alia fruttifera de arboribus quod ei non tradidit; ipso aliut, sicut diximus, totum illut ei tradidit tali ordine, ut amodo et usque sex anni completi, totum illut sue potestatis abeat ipse terris ordinandum et ad laborandum dare, qualiter ei placuerit; de quantum est illut quod ego ad meam potestatem teneo, et quanta terratica, et areatica, et serbitia, et excaticum de ipsis rebus, et de montaneis, et silbis de rebus ipsius ecclesie toltere et abere potuerit, totum sue sint potestatis, et dividant illut in tres sortis : due sortis exinde deant michi vel in partibus predicte ecclesie, et tertiam partem exinde sivi abeant, faciendum quod boluerit, et ipse due sortis quod nobis exinde evenerit de ipso terraticum, ille eos portare faciant ad cellarium ipsius ecclesie da parieti in subto; et quando ego vel missum nostrum illuc perrexerimus, ibse iaquintus nobis notrire secundum eius fuerit possivilitatem, et deant ad caballi nostri ordeum; et amodo et usque ipso constitutum ipsa nostra tradictio defensemus ipsius iaquinti clerico da omnis homines. Unde in eo ordine per vona combenientia guadia michi ipse iaquintus dedit, et mediatorem michi posuit iaquintus diaconus predicte ecclesie filius quondam iohannis; et per ipsa guadia hobligavit se, ut si omnia suprascripta nobis vel in partibus ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, componere nobis vel ad partibus ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos; verumtamen licentiam abeamus de suprascripta rebus vicariare et ad pastenandum dare cui boluerimus. Et unc brebem scribsi ego dauferins notarius qui interfui.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DXL.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense martio, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me constantinus filius quondam mauri, eo quod ante subscribti testes per largietatem et absolutionem domni maioni archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, ad tenendum et laborandum tradidit michi petrus presbiter . . . . . cum arbustis vitatis in locum nucerie ubi nobara dicitur, una . . . per ec finis et mensurie : a pars orientis fine via puplica, sunt exinde latitudo passi triginta quadtuor; et inde abiente et rebolbente per ipsa via in pars septemtrionali, sunt exinde longitudo passi nonaginta quadtuor : a partibus occidentis fine medio limite, sicut sepe discernit, sunt exinde passi . . . octo et medium : a pars meridie est longitudo passi nonaginti . . . . . secunda pecia per ec finis et mensurie : de una parte sicut limite et sepe discernit, indeque passi quindecim et pedem unum : de alia parte fine maranci et de heredes petri et fine ecclesie sancte marie pertinentem de heredes maraldi, sicut limite et sepe discernit, indeque passi septuaginta : de alia parte fine predicte ecclesie sancte marie, sicut limite discernit, et inde sunt passi decem minus pedes duo : de alia parte fine de heredes costantini, et inde passi septuaginta octo. tertia pecia ibique a subtus de una parte fine de eredes unoale, inde passi duodecim : de alia parte fine de eredes adelgari, sicut limite discernit, unde fuit via antica, et inde sunt passi triginta quadtuor : de alia parte fine ecclesie sancte marie, sicut limite discernit, et inde passi quindecim et medium: alia parte fine que fuit venedicti clerici, quod tenet episcopio salernitano, sicut termiti ficti sunt, et inde passi triginta quinque et pedem unum: totum mensuratum ad iusto passum. Ec vero rebus per iamdicte finis et mensurie inclitum illut michi ipse petrus presbiter, sicut dictum est, ad laborandum tradidit tali ordine, ut liceret me et meis heredibus tote et inclite suprascripte pecie de terris per iamdicte finis et mensurie nostre potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis nostre utilitatis ibidem facere, et in ipsa priore pecia faciamus unum applictum de casa vonum, clusum et coopertum, sicut meruerit, et conciatum illum vonum, sicut diximus, adsignemus in partibus predicte ecclesie sancti maximi, et palmentum ibidem adsignemus et abeamus in ipsa rebus, et tota ipsa rebus annualiter laboremus et studiemus vonum, et ubi meruerit, arbores et vites plantare et propa-

ginare, ut perfectum illut laboratum abeamus; ut ad completi amodo octo anni de quantum est ipso bacuum, qui infra ipsa tradictio modo est, totum illut abeamus surtum et operatum, sicut de tantos annos meruerit et locus ipse est consuetudo, et totum eos omni tempore clusum abeamus et salbum faciamus, et tempore de vindemie faciamus scire partibus iamdicte ecclesie sancti maximi, ut dirigat ibidem missum suum, et nos tota ipsa arbusta vindemiemus, et omnis vinum, quam de tota ipsa tradictione exierit, per medium illut ibique ad palmentum dividamus: partibus predicte ecclesie tollat eos medietatem, et nos medietatem; et ipsa eorum sortione nos illut reponamus in organeum illorum quem nobis ibidem adsignaverint, per nos conciatum vonum et repositum in ipsa casa quod ibidem fecerimus, sicut diximus, et salbum faciamus, usquedum illut inde tulerit absque degeneratione et ingne; ipso missum, quod ibidem venerit, seu ipsum petrus presbiter, nos illis nutriemus, donec pro ipse vindemie ibidem steterit, secundum nostram possivilitatem, et demus eorum palmentatica per omnis annum unum parium de pulli voni; et de quod ibidem seminaverimus, demus exinde eorum annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et amodo et semper partibus ipsius ecclesie sancti maximi defensare michi et ad meis eredibus tota et inclita suprascripta tradictio cum vice de via sua da omnes homines omnique partibus, et non eos nobis tollere aut contrare querat, et nos omni tempore in ipsa tradictione abitemus et nostros eredes. preter, si da ipsi octo anni in antea ipsa tradictio noluerimus tenere et laborare, licentiam abeamus inde exire cum omnis nostra causa et pergere ubi boluerimus, et inclita ipsa rebus laborata, quale illo tempore meruerit, et clusa cum ipsum applictum de casa conciatum vonum, et ipso palmentum remittamus ad potestatem predicte ecclesie, ad faciendum quod voluerit. Unde pro taliter per vona combenientia guadia michi ipse petrus presbiter per largietatem et absolutionem ipsius domni maioni dedit, et mediatorem michi posuit amore clericum filium rodelgardi; et per ipsa guadia obligavit se ipse domnus abbas et partibus predicte ecclesie sancti maximi, ut si aliquit de omnia, ut superius legitur, removere aut contrare quesierit, et taliter, sicut dictum est, nobis non adimpleverit, et aliquit exinde contradixerit, componere nobis nostrisque eredibus biginti auri solidos constantinos. Et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego qui supra Maio archidiaconus et abbas

† Ego iaquintus diaconus

† Ego qui supra petrus presbiter et cardinalis

† Ego maio

† Ego petrus me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DXLI.

A. D. 1002.

Summarium:

| « Anno decimoquarto principatus Guaimairii, mense Aprili, decimaquinta Indictione.
« Haec charta de eadem locatione agit, de qua antecedens; et est *memoratorium*, sive de-
« claratio Petri presbyteri, qua eodem pacto iisdemque muneribus tradit terras in loco *No-*
« *bara* (Nuceriae) Constantino filio quondam Mauri.

Idem notarius Dauferius hanc chartam exaravit.

Adsunt subscriptiones testium »

† ego maio

† ego iaquintus notarius me subscripsi

† ego petrus me subscripsi.

DXLII.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iulius secunda die, stante quintadecima indictione. memoratorium factum a me dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie, que constructa est intus hanc salernitanam cibitatem inter muro et muricino, pertinentes supradicto domni principi et iohanni comiti germano predicti domni principis, eo quod ante subscripti testes, una mecum iaquintus notarius advocatore predicte ecclesie, tradidit ademari filio guisoni due pecie de terris campensis, quod pars predicte hecclesie habet in locum bespanicum [1]) ulter flubio pecentino et coniuntum cum ipso flubio per hec finis: de due partis coniuntum est ad ipso flubio pecentino: et de alia parte coniuntum est ad fine predicte hecclesie, quod ipse ademari ad pastenandum tultum habuit: de alia parte coniuntum est cum arcaturia de molinum exinde

---

[1]) Extra Salernum.

pertinente predicte nostre hecclesie, quod ille similiter compreensum abet. ipsa halia pecia per hec finis: de una parte fine ipsa harcaturia: de alie due partis sicut terminatum est: alia parte sicut aliquantum pertange in ipso flubio; tamen de super parte fine predicte ecclesie. ista pecia per iste finis medietatem illam ei tradidimus cum inclita ipsa alia pecia per suprascripte finis, et ipsa alia medietas de predicta peciola ante os dies ei traditam habemus, ut amodo et omni tempore ille et homines, quod ille ibidem miserit, et illorum eredes, media ipsa peciola cum inclita ipsa halia pecia per suprascripte finis sue potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem facere iusta ratione, et de quantum boluerit de ipsa terra in suprascripte finis pastenare arbustum et vinea de vono bitineo et pomis, et omnis vinum et frugens quam inde tollere vel habere potuerit amodo et usque decem anni completi, totum sue sint potestatem. preter, de que per annum ibidem seminaberit, deant inde nobis inclita tertia pars: preter, de cepolle quod per annum ibidem abuerit, deant inde nobis de decem combinas una pro terraticum, et quantum vinum per annum inde exierit da ipsi decem anni completi in antea usque sedecim anni completi, ut amodo se compleant, darent inde in pars predicte nostre ecclesie inclita tertiam partem ibique ad palmentum, et faciant scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigat missum suum pro recipiendum ipsa sua sortione, due sortis exinde sibi abere. Ad ipsi sedecim anni completi abeant in ipsa rebus infra suprascripte finis de quantum ibidem pastenaberit, sibe arbustum, sibe vinea, cannietum, vel salicetum et pomis, abeant illut surtum et cultatum, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, et iam in antea omni tempore ille et homines quod ille ibidem miserit, et illorum eredes sue potestatis inclita suprascripta rebus per supradicte finis tenere, dominare et omnis sue utilitatis ibidem facere iusta ratione, et per annum acto tempore rebus ipsa de super et de supter laborare, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, et per annum illut seminare, qualiter boluerit; et per vindemie faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut ibidem dirigat missum suum, et illis arbustum vel binea ipsa vindemiare, et omnis vinum quod inde exierit, ibique ad palmentum inter nos dibidamus in tertia pars: illis tollant inde due sortis, et nos vel missum nostrum tertia pars, et illis missum ipsum, dum pro ipse vindemie ibidem steterit, illis eum notrire; de que per annum amodo infra ipsa rebus seminaberit, deant inde nobis vel in pars ipsius hecclesie tertia pars, due sortis exinde sibi abere: preter, de ipse cepolle quod per annum ibidem abuerit, deant exinde nobis terraticum de decem combinas una, et licentia habeant de ipso flubio vel de ipsa harcaturia aqua tollere, quanta ei necessa fuerit; et quale tempore illis vel illorum eredes da ipsi sedecim anni completi in antea noluerit illut tenere, liceat illis inde exire cum omnia sua causa, et inclita rebus ipsa rebertar ad potestate predicte nostre ecclesie. unde pro taliter guadia mihi

ipse ademari dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum; et per ipsa guadia obbligavit se et suos eredes, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, et talia nobis vel in pars ipsius ecclesie non adimpleberit, tunc per bona combenientia per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes nobis vel in pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos; verumtamen ipse cepolle, sicut dictum est, nobis dare, qualiter de ipso campum ille bersaberit scombinate, et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† Ego petrus notarius me subscripsi

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

DXLIII.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense iulius, quintadecima indictione. memoratorium factu a me. . . . . filius quondam petri diaconi, eo quod ante subscripti testes ad tenendum et laborandum tradidimus disigi filius leoni de terris nostre quas habemus in locum pino, finibus salernitanis, et sunt ipse terris per ec finis; a parte orientis fine ipsa lama, et descendente in ipso flubio tusciano, et descendente in mare, et pergente per tota ipsa haqua de ipso lagu piczolu: a parte occidentis fine ipso ribo, ab unde ex antiquito aqua decurrit: a parte septemtrionis fine poiu, et coniungente usque ad fine mea, et exiente. . . . . per iste finis tradidimus tibi disigi de ipse terris, quantum exinde tultum abuit ad laborandum stefano filius petri; et alia pecia ibidem infra ipse finis, quod tu nominato disidio laborasti ante os tempore tali hordine, ud amodo et usque tribus frudia collecta licead ipsum disijo et eius heredes in ipse terris fobee et omnes sue utilitati iusta rationem ibidem facere, et ipse terris, quantum superius ei tradidimus infra ipse finis abto tempore ille arare et seminare, et labori ipsi studiare et per tempore illis recolligere et adunare ibidem ad area, et quantum frudium de ipse terris fecerit et exierit, deant exinde nobis de ipso bictum, seu et ad nostris heredibus inclita tertiam partem, et ille tollat exinde due sortis, faciendum quod boluerit; et ipsa tertiam partem de ipso bictum, quam nobis exinde ebenerit, adducerent illut intus in domo nostra, ubi nos residentes sumus; et si parutus sit, ud ego semente dedero, ille au-

tem lavorare et studiare . . . nobis dare . . . . sibi habere: similiter et ipsa medietatem, sicud diximus , de ipso bictum adducerent illut nobis in domo nostra cum ipsa tertia parte. . . . . de ipso bictu rationabiliter flad factum, et habeant illut sibi. Unde in eo ordine per vona convenientia guadia mihi ipse disidio dedi et mediatorem mihi posuit iohannes filius meri; et per eadem guadia obligabit se et suos heredes, ud si de omnia, quantum superius diximus, aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, et taliter illut nobis non adimpleberit, tunc per ipsa guadia obligabit se ipse disidio et suos filios et eredes ad componendum mihi meique heredibus decem auri solidos constantinos, et sicud superius legitur, illut nobis adimplere; et in completo ipso constitutum illum et eius heredes exinde exire cum omnis sua causa mobilia quod ibi abuerit, et ire ubi boluerit, et inclite ipse terris, quantum modo nos ei ad laborandum tradidimus infra suprascripte finis, inclite ad nostra et de nostris heredibus remittere potestate, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego imetancus comes

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DXLIV.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iulius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me musandus venerabilis abbas monasterii sancte sufie qui fuit guaiferi filius guaiferii comitis, eo quod ante subscripti testes tradidi ciceri filio idem ciceri qui dicitur mauritese, una pecia de terra cum aliquanti arbori vitati et pomis de locum campelianu salernitane finibus pertinentem rebus ipsa de monasterio sancti angeli, quod ego predictus abbas retineo per fines et mensuras : de due partis fine bie antiche, et de alie partis fine ipsius monasterii: a parte septemtrionis inde sunt passi sexaginta: a parte occidentis inde sunt passi alii sexaginta: ha parte meridiei inde sunt passi biginti quadtuor: ab oriente ab intro ipsa rebus inde sunt passi nonaginta tres, et rebolbente in pars septemtrionis inde sunt passi quindecim, et rebolbente quasi in ipsa pars septemtrionis inde sunt passi octo, et ab inde rebolbente in pars occidentis passi quadtuordeci, mensurati ad iusto passum omini. Inclitum illut, sicut diximus, cum bice de ipse bie illut tradidit tali ordine, ut amodo et semper nato nascentes ad sua et de suis eredibus esse potestatis illut tenendum, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem fa-

ciant, et ubi meruerint, arbores et vites ibidem plantare et surgere, et ubi meruerint, illut cludere, et semper illut clusu abeant, ut ad completi octo anni, ut amodo se compleant, abeant in tota ipsa rebus arbustum factum, et surtum, et operatum, et cultatum, et clusum, sicut in ipso locum meruerit, ut bonum perfectu pareat factum, et ab inde in antea omni tempore per annu suo tempore ipso arbustu de super et de subter laborare et cultare, et propaginare, et cludere, et clusu et salbum illut abere, et amodo et semper per bindemie faciant illis me vel pars ipsius monasterii scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis ipso arbustum suo tempore bindemiare et poma inde colligere; et omnis vinum exinde et ipsa poma ibique ad palmentum amodo et semper per annum inter nos dividamus per medietatem: missu predicti monasterii tollant exinde medietatem, et illis medietatem; missu predicti monasterii, dum pro ipse bindemie ibidem steterit, illis eum notrire secundum suam possivilitate, et palmentaticum illis dare ad pars ipsius monasterii, sicut consuetudo est: de que per annum in ipsa rebus illis seminaberit, deant illis ad pars ipsius monasterii ibique ad area, ubi missum nostrum ibidem benerit, inclita tertiam parte, et illis tollant exinde due sortis; et si ortum illis ibi fecerit vel de linum, deant illis exinde ad pars ipsius monasterii inclita quartam parte, et illis inde sivi abeant tres sortis, et liceat illis in ipsa rebus homines mittere ad laborandum iusta ratione. de qua per combenientia guadia mihi ipse cicerus dedit et mediatorem mihi posuit alfanus filius quondam iohannis de bosu; et per ipsa guadia obligavit se et suos heredes, ut si taliter omnia suprascripta mihi vel ad successores meos, vel in pars ipsius monasterii non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, per combenientia per ipsa guadia componere obligavit se mihi vel in pars ipsius monasterii biginti auri solidos constantinos. verumtamen omnis ficu que in ipsa rebus sunt, per annum illis tote ipse ficu colligere et seccare bone, sicut meruerit, et inclita medietate de ipse ficu secche mihi vel in pars ipsius monasterii dare, et medietatem inde sivi abere per supradicta guadia et obligata pena. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

DXLV.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodedimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense agustu, quintadecima indictione. Ideo qui nos, i sumus ampulloneus et algardus germani filii arechisi, et ego mulier nomine inielaita filia maiorini, et uxor sum modo risandi filii iohannis, clarefacimus nos mater et filii avere rebus in locum muntorum, que nobis nominati germani est pertinentes a supradicto genitore nostruque germani, et michi nominate mulieris exinde pertinet avere quartam parte per meus scriptum morgincaput, quot michi emisit ipse iamdictus alechisius priore viro meus secundum lege, quando me sivi in coniugio sociavit; modo vero congruum est nobis illut donare una pecia de terra cum abellanietum in locum muntorum iohanni filio idem iohannis consoprino fratre nostroque germani, set ego iamdicta mulier, ut eos pleniter adinplere erga me, conbocavit ipse iamdictus risandus sequente viro meus, in cuius mundium me dico esse, ut in ac donatione michi consenties esset: ille vero, exaudita mea postulatione, consentientes michi inde fuit; interea nos iamdicti mater et filii, tamen ego iamdicta mulier per absolutione ipsius viri mei, sicut nobis congruum est nostre vone voluntatis, ante subscripti testes per unc scriptum donamus adque ad semper avendum confirmabimus tivi iamdicti iohanni una pecia de terra cum avellanietum que est in iamdicto locum muntoru, ubi est propinquo ecclesie sancti venedicti, que avet finis: da una parte fine via que vadit ad ipsa ecclesia sancti venedicti: et da alia parte fine de redes maraldi: et da alio latere fine leoni presbiteri: et da alia parte fine de redes guisoni. Ec vero rebus per iamdicte finis totum et inclitum cum omnia intro se avente omnibusque suis pertinente, omnibusque suis pertinentiis et cum bice de via sua illut tivi iohanni donavimus, et infra ipse finis nulla sortione ividem non dicimus remanere, set totum illut tivi donavimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis eredibus illut avendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quot tivi placuerit; et pro oc donum vobis firmandum launegilt a te exinde recepimus secundum legem, camiso uno; finitoque launegilt aput nos, de qua per vona conbenientia guadia nos nominati mater et filii, tamen ego iamdicta mulier per largietate ipsius viri mei, et una cum ipsi filii mei mediatorem tivi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus tota et inclita suprascripta nostra donatione da pars nostra et da filiis et eredes nostra et da illi ominibus, cui per nos datum vel obligatum, seum manifestatum esse paruerit; de aliis vero omi-

nibus per vos ipsis inde siatis autori vel defensori cum omnibus monimine et ratione quot inde avere potueritis; et si talia vobis non adinpleverimus, sicut prediximus, sic vobis persolvamus et adimpleamus iustitia, sicut et in edicti capitulo et lex lagnovardorum de donum et subsceptum launegilt continet. Quot si taliter omnia, quot modo superius legitur, aliquit velexinde quesierimus removere aut contrare, aut si quotcumque causationes vobis inde preposuerimus, tacita et vacua per conbenientia et per ipsa guadia componere obligavimus nos et nostris filis et eredes tivi tuique eredibus viginti auri solidos constantinos, et per invitis taliter vobis permaneamus, et taliter scribere rogavimus te dumnando clericum et notarium. actum muntoru.

† ego bisantius presbiter

† ego riso presbiter.

DXLVI.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense octuber, prima indictione. Ideo qui nos ursu filius maghenolfi et grimo filius machenolfi qui sumus . . . . sicut nobis congruum est nostre volumtatis ante subscribti testes per anc cartula venumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus . . . . germani filii quondam ursi tote et inclite sortiones nostre, quam nobis fuit et est pertinentes abere a suprascripti genitori et abii nostri et da genetrice . . . . dicitur ista et illa pars flubio pecentino peractum et pertinentem de ipso locum campiliano cum proprie finis et viis suis . . . . pertinentiis et cum sortionis nostre de monimen inde pertinentem, unde nec nobis, nec cuiquam hominibus, vel in quavix partibus exinde dicimus remanere sortionem; set, sicut diximus, totum a funditus illut vobis venumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper vos iamdicti germani et vestri eredes abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis; et pro confirmandam et staviliscendam anc nostram vindictionem recepimus a vos iamdictis germanis statutum pretium, i sunt auri tari voni numerum sex in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit, de qua nos. . . . . guadia vobis iohanni clerico, iaquinti et ermemari emtori nostri dedimus et nos ipsis vobis mediatores posuimus; et per ipsa guadia obligavimus nos . . . . . . et semper antistandum et defensandum vobis vestrisque eredibus tota et inclita supradicta vestra vindictione da illi hominibus et partibus qui pro nostra parte datum, seu pro

pars et datum ipsorum genitoribus et genetrice nostre, et pro pars et datum ipsius abio et abia nostra quodcumque causationes vobis vestrisque eredibus exinde preposuerit. et si taliter, sicut dictum est, semper illut vobis non defensaverimus, vel si aliquit causatio vobis vestrisque eredibus . . . . preposuerimus, vel si aliquit de omnia suprascripta contradixerimus, per ipsa guadia componere obligamus nos nostrisque eredes vobis vestrisque eredibus, seu cui cartula ista in manu paruerit, biginti auri solidos constantinos, et, sicut dictum est, illut vobis defensemus; de alii vero hominibus et partibus, et quando volueritis, vice nostra licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum quale monimen et rationem inde abere potueritis, et per vos ipsis siatis inde auctores, qualiter volueritis; et si sacramenta exinde dandum veneritis et feceritis nos exinde scire, ut nos illa demus . . . . nos et nostros eredes et sacramenta ipsa demus et persolbamus, secundum legem et iudicatum fuerit, et taliter scribere rogavimus te dauferius notarius, actum salerno.

† ego maghenolfus me subscripsi

† ego cicerus notarius me subscripsi.

DLXVII.

A. D. 1002.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense december, prima indictione. memoratorium factu a me maio archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi, qui sum unum de dominii ipsius ecclesie, eo quod ante vonorum ominibus qui supter scripti sunt, ad tenendum et lavorandum tradidit ego petri filio ursi et venedicti filio simeoni una clusuria de terra cum arbustis, quod ipsa ecclesia abet in locum nuceria ad barbaciano propinquo ecclesia sancti polixisti per finis et mensurie: a pars orientis, quomo rebolbit fine bia strectola, sunt inde per mensuria passi centum decem: a pars sebtemtrionis fine bia publica, sunt inde passi nobem; a pars occidentis fine terra ipsius ecclesie sancti polixisti, sunt inde passi quadraginta quadtuor: rebolbente per ipsa fine sancti polixisti in partibus occidentis sunt inde passi decem et sebtem; iterum a pars occidentis fine de eredes roffrit et iohannis filii griselgari, sunt inde passi tridecim: rebolbente per ipsa fine de eredes roffi et iohannis in partibus orientis sunt inde passi undecim: Iterum rebolbente per ipsa fine in partibus meridie sunt inde passi viginti tres: Iterum rebolbente per ipsa fine de

heredes roffi et iohanni in partibus occidentis, et exiente in via publica sunt inde passi viginti duo: Iterum a pars occidentis fine ipsa via publica, sunt inde passi triginta sex: a pars meridie, sicud rebolbit, fine ipsa via publica, sunt inde passi triginta octo: a pars orientis fine de eredes adi filii leoprandi, sunt inde passi biginti octo: rebolbente per ipsa fine in partibus orientis sunt inde passi sidecim, et fine bia sunt passi quatuordecim et medium, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero res per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illud ego ipsorum petri et venedicti ad lavorandum tradidimus. Unde pro taliter guadia mihi ipsi petrum et benedictus dederunt et mediatores mihi posuerunt se ipsi; et per eadem guadia obligaverunt se suosque eredes tali ordine, ud amodo et usque decem anni completi ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facerent, et totum ipso arbustum, abto tempore, de super et de supter illud lavorarent et cultarent, sicud locus ipse meruerint, quatenus proficiant et non dispereant, et ubi meruerit infra ipso arbustum arbores et vites pastenare, illis et suis eredibus illud ibidem pastenarent et cultarent, sicut meruerit; et per vindemie tempore faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ud dirigamus ibidem missus noster, et illis et suis eredibus totum ipso arbustum abto tempore vindemiarent, sicud meruerit, et totum ipso vinum ad palmentum illud inter nos dividamus per medietatem: ego vel pars ipsius ecclesie tollamus ipso binum medietatem, et illis et suis eredibus tollad reliquam medietatem, et ipsa medietas de ipso vinum quod ad partibus ipsius ecclesie ebenerit, illis autem et suis eredibus adducere usque ad cellario, quod ipsa ecclesia abet in ipso locum nuceria a li pariti, et adsingnemus ei organeum vonum da vinum, et illis organeum ipsum vonum conciarent, sicud meruerit, et ipso vinum ibique in ipso cellario reponant in ipso organeum, et ipso missum nutrire secundum sua possivilitatem, et darent nobis palmentateca, sicud meruerit; et que amodo et usque ipso constitutum ibidem seminaverint, deant inde ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, ad completo ipso constitutum inclito ipso arbustum per ipse finis et mensurie lavoratum et cultatum remittant ad potestate ipsius ecclesie. quod si taliter omnia, ud superius legitur, nobis vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per vona comvenientia per ipsa guadia componere obligaverunt se et suis ere dibus nobis vel ad pars ipsius ecclesie decem auri solidos constantinianos. Et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego qui supra Maio archidiaconus et abbas

† Ego sikembardo

† Ego Iaquintus notarius.

DXLVIII.

A. D. 1002.

Summarium:

† « Anno decimoquarto principatus Guaimarii, mense Decembri, prima indictione. Haec « charta de eadem locatione agit, de qua antecedens.

Subscriptiones testium:

† ego sikembardo † ego iaquintus notarius.

DXLIX.

A. D. 1003.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense ianuarius, prima indictione. Cum supradicta gloriosa potestate secundum glorie dignitatis sue residere sacratissimo salernitano palatio, et ibi astaret ego iohannes iudex cum plures novilibus, ibique venerunt adelferi et infantulum infra etate nomine guaiferi germani filii quondam roderisi qui risandus vocabat, et provolutus est ipse infantulum ha pedes supradicti gloriosi principis suaque necessitatem intimare volentem, ypse gloriosus princeps precepit mihi eum inde erigere et illum interrogare ; quitnam exet causam istam pro qua clamatis; at ille cepit dicere: ipse genitor noster a plurimis temporibus mortuus est et nobis debitum ad salbandum dimisit. Ypse gloriosus princeps talia haudientes interrogavit nobis, quantum exet ipso debitum et que de rebus nostra venumdare volere; nos diximus, ud ipso debitum est tari triginta, et abemus una peciola de terra vacua in locum huliaria [1]) illa parte haqua qui dicitur lopa, quem cupiemus vindere pro ipso debitum. Ypse gloriosus princeps talia haudientes, precepit mihi, ud una cum ipsi germani et cum aliis hominibus deum timentes, super ipsa peciola pergere, et studiose illa providere et appretiare, quantum exet valientem, ud propter honorem solidorum aut per neclegentia ali-

---

[1]) *Huliaria*, hodie *Ogliaria*, vicus prope Salernum.

qua damnietas ad ipsi germani non eveniret. Et cum illuc perreximus, et studiose illum providimus, et apretiavimus exet valientem tari biginti quadtuor; reversi vero de illuc hec omnia supradicto gloriosi princıpi nuntiabimus, ille autem talia hangnoscentem, solutionem dedit ad ipsi germani terra ipsa vindendum cui vult, et mihi iamdicti iohanni iudici precepit inter illis exendum, et alderisi notario precepit cartulam vinditionis inde scrivendum, ud absque damnationem legis securus inde manere. Et dum causa ista divulgata fuit, nemo erad qui talia facere voleret; nobissime autem venit ad nos ligori clericus filius leoni qui dixit nobis, ud si ipsi germani venumdederit ei ipsa peciola de terra de iamdicto locum uliaria, ille autem daret eis ipsi biginti quadtuor auri tari, sicud ipsa terra adpretiata fuit: ipsi germani dixerunt cum gaudio talia facere. quo yta factum, nos supradicti adelferi et guaiferi post absolutionem accepta ha supradicta potestate et, sicut nobis congruum est, vone nostre volumtati per hanc cartulam ante ipsum iudex et subscripti ydoneis hominibus pro supradicto devitum venumdedimus, adque ad semper avendum confirmavimus tivi iamdicti ligori clerico ipsa iamdicta peciola de terra bacua de iamdicto locum uliaria per ec finis et mensurie: a meridie fine nostra, sicud termiti ficti sunt, et inde sunt paxos triginta sex: ha parte orientis similiter fine nostra, sicud termiti ficti sunt, et inde sunt passi quinquaginta tres: ha parte septemtrion fine nostra, sicud termiti ficti sunt, et inde sunt passi quadraginta tres: ha parte hoccidentis similiter fine nostra, et inde sunt passi triginta quadtuor; totum mensuratum ad paxsum qui singnatum est in columnea marmorea de hecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano. Ec vero pecia de terra per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intro se aventibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de bia sua tibi iamdicti ligori clerico venumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus illut avendum, poxidendum, dominandum, omnia exinde faciendum, que tivi tuique heredibus placuerit. Unde pro confirmandam et staviliscendam anc nostram vindictionem, a presenti recepi a te iamdicti ligori exinde ipsi biginti quadtuor tari, sicuti terra ipsa adpretiata fuit in omnes deliveratione, sicud inter nos convenit. De qua nos supradicti adelferi et guaiferi guadiam tivi iamdicti ligori dedimus, et mediator tibi posuimus iohannes notarius filius quondam truppoaldi; et per ipsa guadia hobligavimus nos et nostris heredibus amodo et semper antistandum et defensandum tivi tuique eredibus inclita supradicta nostra vindictione cum bice de bia sua ha pars genetrice nostre et da homnes omines omnique partibus. Et si taliter illut vobis non defensaverimus, aut si nos nostrisque heredibus per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis tollere aut contrare, aut si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, componere obligabimus nos supradicti adelferi et guaiferi, et nostris eredibus tivi tuique eredibus biginti auri so-

lidos constantinos, et, sicud superius legitur, illut vobis defensemus. Et quando per vos ipsis bolueritis inde exet auctores, potestatem aveatis vice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum quale monimen et rationem que inde abueritis. Nam, quando nos inde auctores quesieritis avere, nos autem et nostris eredibus semper defensemus et adimpleamus tivi tuique eredibus omnia, quantum et quomodo superius legitur: tantum, si aliquando tempore ipsum ligori clericus et eius eredes ipsa nostra vindictio datura haut vinditura habuerint, non abeant potestatem cuicumque illut dare, nisi nobis et ad nostris eredibus illut deant ad iuxto valiente pretium, que iuxte fuerit adpretiatum, et faciant exinde nobis vel nostris eredibus inde scire pro illut tollendum usque diebus triginta sex, et si infra ipsa constituta noluerimus illut emere, tunc licead illud dare cui boluerit; nam, si ante ipso constitutum cuicumque illut dederit sine nostra solutionem, tunc sine pretium revertar ad nostram et de nostris eredibus potestatem ; et due cartule de uno tinore exinde scribere fecimus, una exinde quod retinemus nos suprascripti germani ad nostram potestatem, et alia tale scripta emisimus ad potestatem predicti ligori clerici: verumtamen, si ante ipsa constituta sine nostra solutione illut dederitis, ud supradictum est, ud parutum sit, ut de vestra potestatem exet substractum, sine pretium revertar ad nostram potestatem. Ista cartula retinemus ad nostram potestatem, et alia tale per uno tinore scripta emisimus ad potestatem tuaque ligori clerici. Et taliter scribere rogabimus te alderissi notarium, actum salerno.

† ego qui supra ioannes index

† ego superius iohannes notarius me subscripsi.

DL.

A. D. 1003.

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, mense februarius, prima indictione. Memoratorium factum a nobis constantinus et petrus, qui sumus germani filii quondam iohanni qui sparano bocabit, eo quod ante supscripti testes clarefacimus nos, quoniam hante os annos per bonam combenientiam tradidit nobis mari filius quondam ciceri et amatus nepotem eius filius petri huna pecia de terra in qua pecia pastenatum fuit, et bacuum huno teniente, quod abuerunt in locum felline finibus salernitanis in monte qui dicitur betranum, qui tando recollixerunt da sassulo, cui preteri-

tis illut ad pastenandum traditum abuerunt; et est terra ipsa per hec finis et mensuria: de pede fine ipsorum thio et nepotem et de consortes heorum, sunt exinde passi triginta: de una parte fine de heredes ursi thio illorum: de super parte ha parte de serra fine ipsorum thio et nepotes, et indeque passi triginta: de alia parte fine de heredes sellicti, et coniungente in ipsa priore fine longitudo est in omni loco passos octuaginta, et in medium per trabersum sunt passi triginta, ad iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, tota et inclita cum omnia intro se abentibus et cum bice de bia sua nobis nominatis germanis ipsi thio et nepotes ad tenendum et pastenandum vinea traditum abuerunt . . . . usque nobem anni completi licead nos et nostris heredibus tota supradicta tradictio tenere ad nostram potestatem, et fobeas et omnis nostre utilitatis ibidem facere, et binea ibi plantare; et omnis binum et quicquit ibidem annualiter redierit: . . . . completi octo anni totum nostre sint potestati, faciendum exinde quod boluerimus, et nullam exinde nobis tollere queras; et obligaverunt se suoque filios et heredes nobis nostrisque heredibus usque completi ipsi nobem anni supradicta . . . . hominibus homnique partibus, ad completi ipsi nobem anni . . . . abeamus in ipsa terra infra ipse finis et mensurie vinea facta et lebata et cooperata de super et de supter . . . . . sicut locus ipse meruerit, ut bene pareant laborata et cultata et pomis, et plicarent se illis et heorum heredibus . . . . . per ipse finis et mensuria, seu, si estra ipsa mensuria ibique in ipsa rebus eorum in capite vinea factam abuerimus, totum per medium equaliter nos illut dibideremus: illis vel illorum heredibus tollerent illut medium, et nobis et ad nostris heredibus traderent in sorte illut medietatem cum vice de bia sua per talem firmam scriptionem, ut omni tempore nos et nostris heredibus securiter et firmiter illut abere poterent, faciendum exinde quod boluerimus, defensatum semper illut nobis nostrisque heredibus per ipsi thio et nepotes et per illorum filiis et heredes ab omnibus hominibus omnique partibus, sicut continet brebem nostrum de ipsa pastenatione, quod . . . . . . firmatum ab illorum parte retinemus; et costitutum ipsum qui brebem ipsum continet, iam transiit et prebaricabit, et non abemus in suprascripta tradictione ipsa binea sic hoperata et cultata , sicuti exinde obligati fuimus illut faciendum, et per legem exinde heorum componere debuimus ipsa compositione, que ipso brebem illorum de predicta pastenatione est continentem. Modo autem, ut diximus, propterea sumus exinde per bona combenientia coniunti cum ipsum amatus et cum iohannes filius iohanni iudici: ipse iohannes vice sua et vice sellecte uxori sue qui fuit filia ipsi mari, et per donum et launegilt donabit nobis ipsa compositione que superius diximus, et de tota suprascripta tradictione, sicut combenit inter nos et illis, venimus

exinde ad bona combenientia illut dibidendum inter nos in tertiam partem . . . . statim tota suprascripta rebus de predicto locum felline, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum illut in tertiam parte illut nos dibidimus ad equale mensuria: ipse amatus et predictus iohannes comprehenserunt exinde in sorte inclite due sortis adunate, tamen ipse iohannes vice sua et predicte sellecte uxori sue, et nobis nominatis germanis tradiderunt in sorte in capite de suprascripta tradictione inclita tertiam partem cum bice de bia sua, ad securiter et firmiter amodo et semper nos nominati germani quam et nostris heredibus de ipsa nostra sortione de predicta rebus abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod boluerimus, absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione; et pro stabilitatis causa per bonam combenientiam guadia nobis ipse amatus et predictus iohannes vice sua et de predicta uxore sua dederunt, et mediatorem nobis posuerunt exinde maio filius quondam grimoaldi; et per ipsa guadia obligaberunt se ipsi amatus et iohannes, tamen ipse iohannes omnia exinde fecit per largietatem ipsius iudici genitori suo, et hobligaberunt se et suis heredibus defensare nobis nostrisque heredibus inclita suprascripta nostra sortione quod nobis tradiderunt, sicut supradictum est, a pars uxoribus illorum, et da homnis homines omnique partibus cum bice de bia sua, et non illut nobis eos tollere aut contrare queras, set inclitum illut nobis abeamus et faciamus exinde omnia quod boluerimus, apsque contrarietate vel requisitione illorum, vel de heorum heredibus, aut cuiquam hominibus; tantum, si aliquando tempore nos vel nostris heredibus suprascripta nostra sortione de predicta rebus daturam aut bindituram abuerimus ipsorum hamati et iohanni et ad illorum heredibus, illut bindamus ad iusto pretium qui iuste fuerit adpretiatum, et faciamus illis exinde scire pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerint illut hemere et darent nobis exinde iusto baliente pretium, qui iuste fuerit adpretiatum, tunc post ipsa constituta licead nos et nostris heredibus illut dare cui boluerimus; nam, si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus sine illorum licentia, pretium rebertas ad illorum potestate, faciendum exinde omnia quod illorum placuerit, apsque omni nostra contrarietate aut cuiquam hominibus; si autem, sicut dictum est, taliter omnia, ut superius legitur, quesierit remobere aut contrare, aut si suprascripta nostra sortione de predicta rebus nobis remobere vel minuare quesierit, aut si qualiscumque causatione exinde nobis nostrisque heredibus emiserit aut preposuerit, tunc per bonam combenientia per ipsa guadia componere obligabit se ipsi amatus et iohannes et illorum heredibus et nobis nominatis germanis quam et nostris heredibus, et cui brebem iste in manum paruerit, triginta auri solidos constantinos, et hec sortis omni tempore inter nos et nostris heredibus firme et stabilis perma-

nead, sicut supradictum est, et unc brebem scripsi ego cicerus notarius qui interfui.

† ego teudericus me subscripsi

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego maraldus me subscripsi.

DLI.

A. D. 1003.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense martius, prima indictione. Memoratorium factu a me iohannes presbiter qui dicitur derosa, eo quod ante presentia domni maioni archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi, que sita est intus anc salernitanam civitatem, et ibique esset subscripti testes, per demandationem ipsius domni abbati qui est unum de dominii ipsius ecclesie, ad tenendum et lavorandum tradidit ego landoni et rocci et disigi germani filii sandi una pecia de terra cum arbustis et bacuum uno teniente, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria, ubi ad terme dicitur, quod ego illud in veneficium teneo a pars ipsius ecclesie per ec finis et mensurie: a pars sebtemtrionis fine bia publica, sunt inde passi quadraginta sex et cubito unum: a pars orientis fine sicud limite et termiti discernit, sunt inde passi quadraginta et medium passum: rebolbente in partibus orientis, sicut inde limite et termiti discernit, sunt inde passi triginta dui: iterum rebolbente in partibus meridie, sicud inde via antica discernit, quomodo se non andad, sunt inde passi sebtuaginta sex: a pars meridie fine rebus de archiepiscopio salernitano et pertange in fine domnica, sicud inde limite discernid, sunt inde passi octuaginta: a pars occidentis fine dommica, sicud inde limite discernit, et coniungente se in ipsa bia priore fines sunt inde passi centum viginti, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero clausum, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrid, cum proprie finis et cum omnia intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua inclitum illud ipsorum landoni et rocci et disigi ad laborandum ipso arbustum et ipso bacuum tradidit. unde pro taliter per vona convenientia et per demandationem ipsius domni abbati guadia mihi ipsi germani dederunt, et mediatores mihi posuerunt se ipsi; et per ipsa guadia obligaverunt se suosque filios et heredes tali ordine, ud amodo et semper omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem

faciant, et totum ipso arbustum infra ipse finis et mensurie abto tempore illud lavorarent et cultarent de super et de supter, sicud locus ipse meruerit,quatenus proficiant et non dispereant, et ubi meruerit, infra ipso arbustum arbores et vites pastenare et propaginare, illis et suis eredibus illud ibidem pastenarent et propaginaret et cultare, sicud meruerit; et ipso bacuum, qui est infra ipse finis et mensurie, amodo oc anno totum illud pastenare arbores et vites de bono vitineo, et totum illud usque duodecim anni completi illud operare et cultare de super et de supter usque ipso constitutum, sicud de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene paread operatum et cultatum et factum, et tota ipsa tradictio per ipsa mensuria erga ipsa via illud cludere, et clusum abeant, sicud meruerit, et infra ipsa tradictio fravicarent ad calce et petre unum palmentum vonum, sicud meruerit, et faciant a super ipso palmentu reditu, sicud meruerit, et casa intro ipso arbustum facerent, sicud meruerit, et in ipsa casa mittant ominem ad residendum, et licead illis et suis eredibus inclita ipsa tradictio per ipse finis et mensurie omni tempore tenere et lavorare per illo ordine, sicud superius diximus, et per vindemie tempore faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ud dirigamus ibidem missus noster, et illis et suis eredibus totum ipso arbustum abto tempore vindemiarent, sicud meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum illud inter nos dividamus per medietatem: ego vel pars ipsius ecclesie tollamus ipso vinum medietatem, et illis et suis eredibus tollad reliqua medietate de ipso vinum; et a quo vinum exierit, de illud quod in ipso bacuum qui infra ipse finis et mensurie pastenaberint, similiter medietate ipso vinum nobis vel ad pars ipsius ecclesie dare annualiter, et reliqua medietate illis sivi abere, et ego vel pars ipsius ecclesie adsingnemus eorum organeum vonum da vinum, et illis et suis eredibus organeum ipsum vonum conciarent, sicud meruerit, et reponant ipso organeum intus domus sua, et reponant ibidem ipsa nostra sortione de ipso vinum, et facere mihi vel ad pars ipsius ecclesie ipso vinum salbum, dum illud inde tulerimus, absque degeneratione et ingne et mures; et si non voluerit pars ipsius ecclesie reponere ipso vinum intus domus illorum, illis et suis eredibus illud portare usque ad cellario, quod pars ipsius ecclesie abuit in ipso locum nuceria a li pariti, et reponant illud in ipso organeum quod eorum adsingnaverimus, et ipso organeum per illis siad vonum conciatum, sicud meruerit, et ipso missum nutrire secundum sua possivililate, et deant mihi vel ad pars ipsius ecclesie palmentateca, sicud meruerit; et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant nobis vel ad pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore illis et suis eredibus inclita ipsa tradictio tenere et lavorare non boluerint inclitum illud lavoratum et cultatum remittant ad potestate ipsius ecclesie, et licead illis et suis eredibus inde disturbare ipso reditum, et exoteret inde omnis sua

causa movilia et ire cum illud ubi voluerint, sine contrarietate de pars ipsius ecclesie; quod si taliter omnia etc. *Sequitur consueta formula. Statuta multa triginta auri solidorum Constantini.* Et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DLII.

A. D. 1003.

Summarium:

† « Anno decimo quinto principatus Guaimarii, mense Martio, prima Indictione.

« Haec charta de eadem locatione agit, de qua antecedens.

« *Subscriptiones testium:*

† ego qui supra maio archidiaconus et abbas

† ego arechisi notarius me subscripsi

† ego iaquintus notarius me subscripsi.

DLIII.

A. D. 1003.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense aprilis, prima indictione. Memoratorium factum a me adelferi presbiter filius sadeperti, eo quod ante subscribti testes per largietatem et absolutionem domni maioni archidiaconus et abbas ecclesie sancti maximi ad tenendum et laborandum tradidit michi iohannes presbiter filius rose una pecia de terra cum arbustum et vacuum uno teniente, quod ille in beneficium tenet a pars ipsius ecclesie in loco nucerie ubi terme dicitur, que abet finis: de una pars fine lamefrit presbiteri et pertange in fine domnica; et de uno capu fine domnica, et vade in fine andree, et tange in fine petri, et perducet in fine sancte marie, et pertange in ipsi parieti; et de una pars fine via puplica; et de una pars fine voni pre-

sbiteri, et pertange in fine vone ancilla dei et pervade in fine odelchisi; et de alia pars fine odelchisi; et de uno capu fine petri et pertange in fine iohannimari clerici; et de una pars fine iohannimari clerici; et de uno capu fine via puplica; hec vero rebus per iamdicte finis inclitum illut michi ipse iohannes presbiter ad lavorandum tradidit tali hordine, ut amodo et semper ego et meos eredes, usquedum boluerimus predicta tradictio per ipse finis nostre potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibi faciamus, et temporibus suis ipso arbustum laboremus et cultemus de super et de subter, et ubi meruerit, arbores et vites plantare et propaginare, ut vene pareat laboratum et cultatum, et clusum illum abeamus et salbum faciamus; et annualiter per vindemie faciamus scire ipsum iohannes presbiter vel pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum, et nos totum ipso arbustum vindemiemus iusta ratione, et omnis vinum quam inde exierit, per medietatem illut cum pars ipsius ecclesie dividamus ibique ad palmentum: partibus predicte ecclesie tollat eos medietatem, et nos medietatem; et ipsa sortionem que exinde ad pars ipsius ecclesie evenerit, si voluerit, ut reponamus illut in ipsa rebus in ipsa casa ubi abitaverimus, nos illut ibi reponamus et salbum illut faciamus, usquedum illut exinde tulerit, absque degeneratione et ingne, et deant nobis organeum suum, ubi ipso vinum ibique reponamus, et nos ipso organeum conciemus vonum, sicut meruerit; et si noluerit partibus predicte ecclesie ipso vinum ibidem in ipsa rebus reponere, nos autem portemus illut usque ipsi parieti ad cellarium ipsius ecclesie, et illut ibidem reponamus, et conciemus pars de ipso organeum in quo ipso vino reposuerimus: ipso missum quam ibidem venerit, nos illum notriemus de nostra vivenda, usquedum per ipse vindemie ibidem steterit, secundum nostra fuerit possivilitatem, et demus per omnis annum palmentateca et terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et a quo illut tenere et laborare noluerimus, remittamus illut in ipsa ecclesia laboratum, quale illo tempore meruerit et clusum, et liceat nos inde exire cum omnis nostra causa et ire, ubi boluerimus; seu, et si de anc terra salernitanam exierimus pro aliubi ad avitandum, et infra tres anni rebersi fuerimus et voluerimus illut ad laborandum tenere in suprascripto hordine, tunc totum et inclitum illut ad nostra perveniat potestatem, ad tenendum et laborandum illut in predicta ratione; et si infra ipsi tres anni reversi non fuerimus, liceat illis de ipsa rebus facere omnia quod voluerit. Unde in eo hordine per vona combenientia guadia michi ipse iohannes presbiter per absolutionem ipsius domni maioni dedit, et mediatore michi posuit iaquintus clericus filius gaudiosi; per ipsa guadia obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et partibus predicte ecclesie amodo et semper defensare michi meique eredibus tota et inclita suprascripta tradictio per ipse finis cum vice de via sua da omnis homines omnique

partibus, usquedum illut tenere voluerimus, sicut superius legitur, et non illut nobis tollere aut contrare querat. Et si taliter omnia suprascripta nobis non adimpleverit et aliquit exinde removere aut contrare quesierint, per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et successores suos et partibus predicte ecclesie componere nobis nostrisque heredibus, vel cui brebem iste vice nostra in manum paruerit, biginti auri solidos constantinos vonos; verumtamen, de quod superius diximus, ubi infra ipsi tres anni rebersi fuerimus et voluerimus ipsa rebus recolligere et tenere, sicut dictum est, et laboratum illut inbenerimus, liceat prius exinde tollere ipso frudium ille qui eo laboraverit ipso annum, et sic postea ipsa rebus recolligamus, ad tenendum et laborandum in suprascripto hordine, et in ipsa rebus faciamus casa et palmentum frabitum, et hunc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego qui supra Maio archidiaconus et abbas

† ego petrus presbiter et primicerius

† ego alfanus notarius me subscripsi

† Ego Maio.

DLIV.

A. D. 1003.

† In nomine domini quintodecimo hanno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense aprelis, prima indictione. ego iohannes gratia dei abbas monasterii sancti salbatori, qui situm est ulter flubio draguntio, declaro, quoniam pars ipsius nostri monasterii abet rebus cum arbustis vitatis in locum nucerie, ubi ad barbaciano dicitur et proprio ad salara bocatur; set, dum petrus clericus, et iohannes, et sanda, et deocdede germani ac filii cuidam petri abet pertinente rebus in locum tabellaria qui coniunctum est ad rebus ipsius nostri monasterii, itcirco cum eis locutus sum, ut cambium inde inter nos utrumque partes faceremus; cumque isdem ipsi germani oc audiens dixerunt, ud ipsi ita nobiscum perficere pro congruitate ipsius nostri monasterii; et ideo reminiscente eaque in lege langobardorum pro pars ecclesiarum de commutatione scriptum est, ideo a nostris presentiis andreas prepositus nostri monasterii missus noster ud iret super rebus illa, quas dare bolebamus, quam et super eadem terra quibus accipere querebamus, et illas conspicere, si iusta legem pars ipsius nostri monasterii remeliorata accipereremus, et statim ipse andreas prepositus missus noster super terre ipse perrexit et illas recte conspexit, ut terram ipsa

quam accipere querebamus, melior esset ex illa, quibus dare bolebamus baliente quinque solidos, cumque ad nostra presentia rebersus fuisset et ita nobis nuntiasset, ideo rectum paruit nobis cambium ipsum faciendi; et ideo iusta institutionis eiusdem legis interesse bocabimus leo et maio iudicibus de supradicto locum nucerie et subscripti idonei testes, ud oc quot inter nobis ordine bicariationis firmaremus, omni tempore firme stabilemque maneret; et dum predicti iudices et supscripti testes interfuissent, ideo firmabimus inter nobis cambium ipsum iusta eadem legem, propterea ego supradictus iohannes abbas una cum consensum ipsius prepositi ac monachorum eiusdem nostri monasterii, et interesset iusta legem predicti iudices et idonei testes, et pro firmam stabilitatem mecum abente petro clerico et notario adbocatorem eiusdem nostri monasterii, per oc bidelicet scriptum vicariationis ordine iusta legem dedimus et tradidimus vobis predicti petri clerico, et iohanni, et sande, et deocdede integra ipsa curte de supradicto locum salara finibus uius nucerie, quot superius patefecimus pertinente esse eiusdem nostri monasterii et quibus ipsa rebus est per ec finis et mensurie: a pars occidentis fine bia publica, per ipsa via sunt passi quadraginta nobem: a pars septemtrionalis fine de eredes benedicti, inde sunt passi triginta et sex: a pars orientis fine de eredes domni ademari, sicut inde terminatum est, sunt inde passi decem et octo et medium passum; per eadem fine domni ademari rebolbente in partibus orientis inde sunt passi duodecim; rebolbente in partibus meridie per eadem fine domni ademari et inde sunt passi viginti et sex; ab ipsa pars meridie modico tangente in ipsa fine domni ademari et inde exiente per fine benedicti qui fuit thio vestro filius idem benedicti, inde se coniungente in ipsa bia priora fine sunt inde passi triginta et sex, totum ad iusto passum homini est mensuratum, unde de nominata mea traditione nec nobis, neque ad parte ipsius nostri monasterii, nec cuicumque alteri abendum, nullam reserbabimus, set in integrum una cum inferius et superius, et cum bice de ipsa bia, et cum omnia intro se abentibus suis pertinentiis vobis supradicti germani vicariationis ordine iusta legem dedimus et tradidimus, abendum et possidendum, vel omnia inde faciendum, qualiter bolueritis; pro qua anc nostra vicaria recepimus a bos in cambiu ad pars eiusdem nostri monasterii integra supradicta curte vestra de eadem locum tabellaria, de sicut per vestra cartula ad pars eiusdem nostri monasterii abendum confirmastitis, que abet finis et mensurie ipsa vestra traditionem: a pars occidentis fine vestra, quot retinent marinu liber homo, inde sunt passi viginti et tres et pedes duo et simmisse unum; rebolbente in ipsa pars occidentis per eadem fine ipsius marini, et inde sunt passi tredecim et pedes duo; similiter rebolbente in ipsa pars occidentis per fine alfani filius maraldi, sunt inde passi quadtuordecim et simmisse unum; rebolbente in partibus orientis per fi-

ne vestra quod retinent eredes lamberti castaldi, sicut inde termiti discernunt, sunt inde passi decem et octo: ab ipsa pars orientis fine bia vestra que intrant in ipse curti, et inde sunt passi decem et septem; per eadem rebolbente in ipsa pars orientis indeque sunt passi sexaginta septem; ab ipsa pars orientis fine bia per cilio de ipsa ripa que est a super ipsa bia, et inde sunt passi quadraginta: a pars meridie fine supradicti marini, et inde sunt passi viginti quadtuor et pedes quadtuor; rebolbente in ipsa pars septemtrionalis per fine supradicti monasterii nostri sunt inde passi quindecim et pedem unum et simmisse unum; ab ipsa pars meridie fine exdicti monasterii nostri; inde se coniungente in ipsa priora fine et inde sunt passi quinquaginta septem et pedem unum et simmisse unum; per trabersum est latitudo ipsa curte passi viginti quinque: tota ista mensuria ad iusto passum homini est mensuratum ea rationem, ud amodo et semper vos iamdicti germani et vestris eredibus supradicta nostra traditionem per supradicte finis et mensurie in integrum, velut prelegitur, nostra concambiationem abere et possidere securiter debeatis, faciendum exinde quemammodum bolueritis, sine mea vel de successores meos et pars ipsius nostri monasterii aliqua contradictione aut cuiuscumque requisitionem. quot si aliquando tempore ego qui supra iohannes abbas aut successores meos vobiscum predictus petrus clericus, et iohannes, et sanda, et deocdede, vel cum vestris eredibus ex eadem nostra cambiationem causaberimus, bolendum inde vobis tollere aud amminuare, seu de vestra suptraere proprietatem, aut si oc remobere quesierimus, et si illut vobis ab omnibus ominibus ab omnique partibus non defensaberimus, triginta aurei solidos constantinos penam me et successores meos componere obligo vobis supradicti germani vel ed vestris eredibus, et unc scriptum vicariationis omni tempore firme et stabilis permaneant. de qua ego qui supra iohannes abbas una cum ipso adbocatorem meum per bona combenientia guadia vobis qui supra germani dedimus, et mediatorem vobis posuimus mari filius quondam landoni; et per ipsa guadia obligo me et successores meos, ut si omnia, ut superius legitur, noluerimus illut vobis vestrisque eredibus adimplere in iamdicta rationem, et quomodocumque per qualecumque rationem inde aliquit remobere aut retornare quesierimus, ideo per bona combenientia obligo me et successores meos vel pars ipsius nostri monasterii per eadem guadia componere vobis vestrisque eredibus exdicta obligata pena.

† et taliter te petrus clericus et notarius scribere rogabimus intus anc firmitate nucerie

† ego qui supra Leo

† ego qui supra Maio

† ego leo

† ego maraldus notarius me subscripsi.

DLV.

A. D. 1003.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iulius, prima indictione. memoratorium factu a me iohannes presbiter, eo quod ante presentia maioni archidiaconi et abbatis ecclesia sancti maximi que sita est intus anc salernitanam civitatem, et ibidem esset petrus iudex, per vona combenientia per demandationem ipsius abbatis, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, tradidit ego ursi filio audoaldi terra cum arbusto quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria, quod ego in veneficium teneo, et ipse ursus usquemodo retinuit ad laborandum illum a pars ipsius ecclesie, et est ipsa terra cum arbustis vitatis, quod, sicut diximus, ei tradidi per as finis: de una parte a septemtrionis sicut medio aquario discernit, unde aqua fluminario discurret: de subter parte ab occidente partibus fine de eredes ermeperti, sicut limite et sabuci et sepe discernit: alia vero parte a meridie fine terra ecclesia sancti viti, quomodo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti viti qui ora de puteum pertinentem de ipsa terra cessante ab ora de ipso puteum in ipsa parte meridie pedes duos ad manum, et sic derictum exiente usque ad fine ipsius ecclesie sancti viti, et inde rebolbente per ipsa fine in partibus septemtrionalis sicut medio poiu et sabuci discernit, et iterum rebolbente per ipsa fine sancti viti in partibus orientis sicut limite discernit, et iterum rebolbente per ipsa fine sancti viti in partibus orientis sicut limite discernit, et exiente derictum per fine de eredes ermeperti et coniungente ad fine de eredes ermengardi, sicut aliquantum ibidem fundamentum de pariete antico discernit: a partibus orientis fine de eredes deodati, sicut sepe et sabuci et limite discernit, et coniungente in ipso aquario qui est priore fine ; ec vero res per supradicte finis totum et inclitum cum bice de via sua et cum omnia intro se abentibus ipsius ursi tradidi tali tinore, ut amodo et omni tempore, usque dum ille suoque eredes illut tenere et laborare boluerint, sue sint potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciendum, et temporibus suis ipso arbustum scalciarent, propaginarent, potarent, et ubi meruerit, arbores et vites ibidem plantarent et vites traerent, et sic eos laborarent de super et de subter, sicut ipso locus meruerit, ut proficiant et non dispereant, et circoitum eos cluderent, et clusum illos aberent, et casa ibidem illis facerent, et palmentum ibidem frabrirent; et si boluerint illis ibidem abitare, potestatem aberent; et si boluerint in ipsa casa mictere ad abitandum alios

homines, potestatem aberent illis; et per vindemie tempore faciant illis scire me vel pars ipsius ecclesie sancti maximi, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis abto tempore eos bindemiarent, et ipso vinum ibique ad palmentum et omnes poma exinde dividerent per medietatem: ego vel pars ipsius ecclesie tollamus illos medietatem, et illis medietatem; sic tamen, ut ipsa sortione de ipso vinum, quod exinde ebenerit mihi vel in pars ipsius ecclesie sancti maximi, illis portarent illum ad cellario predicti sancti maximi a subtus parieti infra ipso locum nuceria, et micterent illum in organea, quod ibidem ego vel pars ipsius ecclesie eis adsingaberimus, et per illis siant organeum ipsum conciatum bonum; et si boluero ego vel pars ipsius ecclesie, daremus eorum organeum bonum, ut illum reponat in ipsa casa quod illis fecerint infra ipsa rebus, illis organeum ipsum tollerent et conciarent bonum, et reponerent illum in ipsa casa, et ipsa sortione de ipso vinum quod inde ebenerit mihi vel in pars ipsius ecclesie, illum ibidem micterent et salbum illum facerent, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne; et donec ibidem steterit ipso missum nostrum pro recipiendum ipsa sortione de ipso vinum, illis eum nutrire iusta rationem, et darent ei palmentatica iusta consuetudine de ipso locum; et de quod illis in ipsa rebus seminaberint, darent exinde semper terraticum mihi vel ad pars prefate ecclesie secundum consuetudine de ipso locum; et a quo ipsa rebus illis tenere aut laborare non potuerint in predicto ordine, inclita rebus ipsa laborata et cultata et clusa remicterent illis ad pars ipsius ecclesie sancti maximi, et illis licead inde exire cum omnis sua mobilia quod ibi abuerit, absque ipsa casa et ipso palmentum. de qua per vona combenientia pro pars iamdicte ecclesie guadia mihi dedit ipse ursus, et mediatorem mihi posui se ipsum, et ipsam combenientiam obligavit se suoque eredes. quod si taliter etc. *Sequitur formula consueta, statuta multa viginti solidorum constantinianorum.* et unc brebem scripsi ego alfanus notarius.

† Ego qui supra petrus iudex

† Ego grimoaldus.

DLVI.

A. D. 1003.

Summarium:

† Decimo quinto anno principatus Guaimarii, mense Iulio, prima indictione.

« Hec charta de eadem locatione agit de qua antecedens.

Adsunt subscriptiones testium:

† ego qui supra petrus iudex

† ego qui supra maio archidiaconus et abbas

† ego grimoaldus

† ego qui supra iohannes presbiter et cardinalis.

DLVII.

A. D. 1003.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense octuber, secunda indictione. memoratorium factum a me dumnellus presbiter et abbas hecclesie sancte marie, quem domna sichelgaita principissa uxor domni iohannis olim principis a nobo fundamine construssit intus ec cibitate salernitana inter muro et muricino, eo quod ante subscripti testes tradidit ego ad tenendum et laborandum madelmi presbiteri filio gaudecisi, una pecia de terra cum binea et pomis, quod pars ipsius ecclesie habet in locum liciniano finibus salernitane per ec finis et mensurie : da pars orientis fine sancti georgi, sicut termiti ficti sunt, inde passi quadraginta quinque: de pede fine bia publica, inde passi biginti octo: a parte occidentis fine bia, inde passi quadraginta duo: de capite sicut terminatum est, inde passi triginta septem. ad iusto passum homini mensuratum inclitum illut, ut diximus, ipsius madelmi presbiteri tradidimus, una mecum iaquintus notarius advocatorem predicte nostre ecclesie, tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi ille et homines quod ibidem miserit, et illorum eredes sue potestatis illut tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem facere, et per annu apto tempore tota ipsa vinea scolciare, propaginare et ubi meruerit, vites plantare, et surgere, et potare, et inpalare ad palos vonos fissicio [1]) et ligare, et zap-

---

[1]) Quid per *fissicio?* Forsitan pro *fixos* vel *infixos*.

pare, et circoitum cludere, et clusum illut abeant, sicut meruerit, et sic totum illut laborare de super et de subto, sicut meruerit, ut proficiant et non dispereant, et per annum illut salbum facere; et per vindemie faciant nobis vel pars nostre ecclesie scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis vinea ipsa vindemiare, sicut menuerit apto tempore, et poma inde colligere, et omnis vinum et poma exinde ibique ad palmentum inter nos dibideremus per medietatem: nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem, ipsum missum nostrum, dum pro ipse vendemie ibidem steterit, illis eum notrire secundum sua possibilitatem; ad completi autem ipsi octo anni completi liceat illis inde exire cum sua mobilia, et inclita suprascripta rebus operata remittere ad potestatem predicte nostre hecclesie. unde pro taliter guadia mihi dedit ipse madelmus, et mediatorem mihi posuit sergius clericus filius iohannis olperti; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si aliquit, de quod superius legitur, remobere aut contrare quesierit et talia in pars ipsius ecclesie non adimpleberit, tunc per ipsa guadia componere obligavit se et suos eredes mihi vel in pars ipsius ecclesie biginti auri solidos costantinianos. Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego teudericus me subscripsi

† ego petrus.

DLVIII.

A. D. 1004.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, secunda indictione. memoratorium factum a nobis leo et ianaci germani filii iohanni curiali, eo quod ante supscripti idoneis hominibus coniunti sumus ad vona convenientiam cum constantinus germanus noster filius predicti iohanni, ad dividendum inter nos rebus et terra cum parietis frabritis de intus ec civitatem, qui est ad ipsa lama qui fuit ipsius genitori nostro, et terra cum vinea et bacuum de locum veteri, et terra cum arbustum de locum sepi quod commune abemus, et statim mihi predicto iannaci dederunt ipsi leo et constantinu quadtuor solidos; et ego iannaci pro taliter per vona convenientiam statim dividit supradicta rebus et ipsa terra cum ipsis parietis frabritis in tres sortis. Una sortionem feci esse predicta terra cum ipsi parietis frabritis cum quanta rebus abemus in locum sepi, quod nobis pertinentem est a parte predicti genitori nostro;

prefata terra cum parietis est per ec mensuria: a parte septemtrionis sunt pedes biginti quadtuor et supmisse unum: a parte occidentis sunt pedes quadraginta unum: a parte meridie sunt pedes biginti octo et supmisse unum: a parte orientis sunt pedes triginta, totum mensuratum ad iusto pedem manum homini. Infra predicte finis et mensurie nobis est pertinentem de ipsa terra cum ipsi parietis a parte predicti genitori nostro inclite tres sortionis, et due sortionis feci esset ipsa terra cum vinea et bacuum de locum veteri qui est per ec mensuria: a parte meridie fine poiu et sepe, sunt inde passi sexaginta usque in media sepe qui est in pars orientis: a pars septemtrionis fine pede de montem: a pars occidentis fine medio rifaneo, et de longitudo da ipso poiu usque in pede de ipsum montem, et quasi in medio loco per ipsa vinea vetere sunt passi sexaginta septem, et rectum badat da ipsi sexaginta septem passi per ipso rifaneo, qui est a pars occidentis, usque in pede de ipsum montem: tota supradicta mensuria fuit mensuratum ad passum qui singnatum est in columna marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano. Unde prius ipse constantinus conpreensit in sortem ipsa terra cum ipsi parietis frabritis qui est, sicut diximus, tres sortiones cum ipsa rebus de locum sepi, et nos conpreensimus in sortem supradicta terra cum vinea et bacuum de ipso locum veteri per supradicte finis et mensurie, sicut superius legitur: ec sortis, sicut conpreensimus, sic per partes inter nos ille tradidimus, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua, ad securiter et firmiter amodo et senper nos et nostris eredibus ipsa nostra sortionem abendum, posidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod voluerimus, absque omni contrarietate ipsius constantini et de eius eredes; de qua per vona convenientiam guadia nobis dedit ipse constantinus, et mediatorem nobis posuit manso castaldus filius constantini; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus omni tempore permanendum nobiscum et cum nostris eredibus in supradicta divisionem, et non queramus inter nos et nostris eredibus eos removere aut contrare; et si taliter ille vel suos eredes ibidem non permanserit et aliquit, de quod superius legitur, quesierit remobere aut contrare, componere obligavit se et suos eredes nobis nostrisque eredibus centum auri solidos constantinianos et talia nobis nostrisque eredibus adinplere: tantum si de supradicte sortis per legem perdidemus absque colludium, unus alterum inter nos et nostris eredibus iusta rationem exinde restauremus, et unc brebem scripsi ego grimoaldus notarius.

† Ego desigius

† Ego romoaldus me subscripsi

† Ego imetancus.

DLIX.

A. D. 1004.

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense februarius, secunda indictione. Memoratorium factum a me domnandus, qui sum abitantes de locum muntoru filius amandi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesia sancti maximi, una cum ipse abbas adesse romoaldus comes filius quondam alfani, qui est unum de dominii ipsius ecclesie et adbocatorem, per largietatem et absolutionem ipsius abbati per vona combenientia ad pastenandum arbustum et abellanietum tradidit michi maghenolfus presbiter filius granati una pecia de terra vacua cum aliquantis castaneis, quod in beneficium tenet a pars ipsius ecclesie in locum muntoru, ubi cirione dicitur, per ec finis et mensurie: ex omni parte coniuntum est cum rebus ipsius ecclesie: latitudo est in uno capite quod est a pars meridie, passi biginti hocto: longitudo est de uno latere quod est ab oriente, passi septuaginta duo: de super capite latitudo passi biginti sex: de alio latere erga fine mea, quod ad pastenandum teneo a pars ipsius ecclesie, passi septuaginta octo, totum ad iusto passum homini mensuratum; hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia infra se 'abentibus et cum vice de via sua inclitum illut michi tradidit tali hordine, ut amodo et usque decem anni completi nostre potestatis eos tenere et dominare, et omnis nostre utilitatis ibidem faciamus nos et nostros eredes, et homines quod ibidem ad laborandum miserimus, et ipsi castaneis inde abscidamus, et clusamen exinde faciamus in ipsa rebus; et si aliquit laborem de ipsa lingna fecerimus, tertiam partem ipsa lingna da laborem [1]) ipsius machenolfi presbiteri, vel in pars ipsius ecclesie ille demus ibique dolata, et due sortis nobis abeamus; et usque dum parutus fuerit, ut de ipsis castaneis ibidem abuerit, nos ille colligamus, et tertiam partem secche ille eorum demus, et tota ipsa terra pastenemus arbustum et vitis de vono vitineo et abellanietum, et amodo et usque ipsi decem anni, de quantum vinum et abellane inde exierit, totum illut nobis abeamus et nullam inde demus: preter, de quod ibi seminaverimus, demus inde eis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; ad completi autem ipsi decem anni abeamus in tota ipsa terra per iamdicta mensuria arbustum vitatum de vono vitineo

[1]) *Ligna da laborem*, modus dicendi italici idiomatis: *ligna structuris apta*.

et abellanietum, ut totum perfectum siant operatum et cultatum et surtum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit; et da ipsi decem anni in antea omni tempore, dum illut tenere et laborare voluerimus, omni tempore nostre potestatis eos teneamus, et amodo in antea casa ibidem faciamus, et ibidem resideamus et abitemus, et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et temporibus suis ipsa rebus laboremus et cultemus vona, sicut meruerit, ut vene pareat laboratum et cultatum, et clusum eos abeamus, et salbum faciamus, et per tempore ipse abellanietum colligamus, et tertiam partem ipse abellane secche eorum demus, et due sortis nobis abeamus; et per tempore de vindemie faciamus ipsum machenolfus vel pars eidem ecclesie scire, ut sive ille, seu missum suum illuc dirigant, et nos ipso arbustum vindemiemus, et omnis vinum et poma, si ibidem fuerit, in tertiam parte per tempore ibique ad palmentum dividamus: illis tollant inde tertiam partem, et nos due sortis, et ipsa eorum sortione de ipso vinum nos illut reponamus in organeum quod illis nobis ibidem adsignaverit, per nos conciatum ipso organeum et repositum in domus nostra ibique in ipsa rebus, et salbum illut eorum faciamus, absque degeneratione et ingne, usque dum illut inde tulerint: ipso missum, seu ille qui ibidem direxerit, nos illum notriemus, usque dum pro ipse vindemie ibidem steterit, et demus ei palmentatica secundum consuetudinem de ipso locum, seu et terraticum eorum demus, sicut dictum est; et a quo da ipsi decem anni in antea, si illut tenere et laborare noluerimus, inclitum illut remittamus ad potestatem ipsius ecclesie laboratum, quale illo tempore meruerit esse, et liceat nos et nostros eredes et homines qui ibidem miserimus, inde exire cum omnis nostra causa ubi boluerimus, absque illorum contrarietate; et si de anc terra salernitana exierimus pro quacumque causa, et infra tres anni rebersi non fuerimus, illorum sint potestatis, faciendum quod boluerint; et si infra ipsi tres anni rebersi fuerimus et voluerimus eos tenere in supradicto hordine, totum eos recolligamus: tamen si laboratum eos inbenerimus ipso anno quod redierimus, liceat prius inde tollere ille qui eos laboraverit ipso frudium, et sic postea ipsa rebus recolligamus ad avendum illam in iamdicto hordine. Seu et tradidit michi alia pecia de terra cum castanietum, qui coniunctum est in uno capite cum supradicta tradictione, per mensuria longitudo passi quadraginta, et latitudo quantum est ipsa rebus, ut amodo nostre potestatis eos teneamus, usque dum pars predicte ecclesie eos ad pastenandum dandum venerit, et liceat nos ipso castanietum colligere et salbum facere, et tertiam partem ipse castanee secche eorum demus, et due sortis nobis ille tollamus. Unde in eo hordine per vona combenientia guadia mihi ipse machenolfus dedit per absolutionem ipsius abbati, et mediatore michi posuit falco presbiter filius musi; et per ipsa guadia obligavit se ipse abbas, et successores suos, et pars predicte ecclesie amodo et sem-

per, usque dum ipsa rebus tenuerimus, sicut dictum est, defensarent illut nobis nostrisque eredibus, vel ad homines quod ibidem miserimus, da omnis homines omnique partibus, et non eos nobis tollere ant contrare querat. et si taliter, ut dictum est, inclitum illut nobis non defensaverint et aliquit exinde removere aut contrare quesierit, per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et successores suos et pars prefate ecclesie componere nobis nostrisque heredibus triginta auri solidos constantinos. verumtamen hoc memoramus, ut supradicta pecia de terra cum castanietum quod nobis tradidit, qui est in capite de ipsa pastenatione, ut amodo et usque decem anni eos teneamus, et colligere et seccare, et tertiam parte illorum demus secce, sicut dictum est, ad ipsi decem anni ipsa pecia de terra cum castanietum ad pars iamdicte ecclesie remittamus, ad faciendum quod boluerit, et defensarent illut nobis usque ipso constitutum da omnis homines omnique partibus per suprascripta guadia et compositione. et unc brebem scripsi ego dauferius notarius qui interfui.

† ego qui supra maio presbiter et abbas

† ego qui supra romoalt comex

† ego ursu.

DLX.

A. D. 1004.

Summarium:

† « Decimo quinto anno principatus Guaimarii, mense Frebuario, secunda indictione. « Haec charta de eadem locatione agit, de qua antecedens. »

Adsunt subscriptiones testium:

† ego qui supra romoalt comex † ego ursu.

DLXI.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense martius, secunda indictione. memoratorium factum a me sandi filio benedicti

et rodolfo filio ursi, eo quod ante subscripti testes vice nostra et de consortibus nostris tradidimus nos iaquinti filio radoaldi da piru de rebus nostra cum castanietum et quercietum, quod nos cum consortibus nostris communiter abemus in locum rota, ubi ad silva plana dicitur, per hec finis: a pars septemtrionis fine via puplica: ab occidente fine nostra, sicut medio vallone discernit qui dicitur da cosce: de super capite similiter fine nostra, sicut limite discernit, quod est a parte meridie: ab oriente similiter fine nostra, sicut vadit usque in via traversa que intrat in aliis rebus nostris, et abiente per ipsa via et coniungente ad ipsa alia via puplica priore. istut per iamdicte finis inclitum nos illut ei tradidimus; unde per bona combenientia guadia nobis ipse iaquintus dedit et mediatorem nobis posuit andreas filius maioni; et per ipsa guadia obligavit se tali ordine, ut amodo usque duo frudia recollecta sue potestatis eos tenere et omnis sue utilitati iuxta rationem ibidem facere, et eos laborare et seminare et recolligere secundum consuetudinem ipsius loci, et de quod ibidem seminaverit, deant inde nobis terraticum iuxta consuetudinem de ipso locu. quod si taliter omnia suprascripta ipse iaquintus et eius eredes nobis nostrisque heredibus non adimpleverit, vel aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia obligavit se nobis nostrisque heredibus componere decem auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per imvitis nobis compliret. et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfuit.

† ego petrus

† ego bisantius presbiter.

DLXII.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense martius, secunda indictione. memoratorium factu a me constantinus atrianense filio quondam iohanni curiali, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum iannaci atrianense germanus meus, propter ad dibidendum cum eum terra et casa de intus hanc salernitanam cibitatem ad ipsa lama et rebus nostra de locum sepi, qui sunt terris cum arbusta, et bacuum et rebus nostra de locum beteri, qui est a super bia qui pergit ad nuceria, qui est terra cum binea et bacuum, de quantum quantoque ante os dies ipsius iannaci in sortione obbenit da leo germanus noster, et illut quantum quantoque paratum abemus ibidem in ipso locum beteri da iohannes filius petri de ipso monachu qui est terra cum binea et bacuum.

unde ante subscripto notario et testes ostedimus duobus scriptionibus, et ipse iannaci alie duobus scriptionibus: unam de ipse scriptionibus quod ipse iannaci continentem, qualiter ille coniuntus fuit cum ipse leo germanus noster ad dibidendum cum eum terra cum binea et bacuum de ipso locum beteri, quod nobis in sortione obbenit da germani nostri, et dibidit illut ipse leo in due sortis; una sorte feci in pars orientis et alia sorte in pars occidentis per ec mensuria: a meridie fine paiu et sepe, inde sunt passi triginta, et quasi in medio loco per latitudo per binea betere sunt exinde passi triginta tres et medium, et de longitudo siant semper ista sorte da ipso poiu et sepe usque pede de monte qui est in pars septemtrionis; et inter ipse sortis per iste mensurie termiti fiximus, et da completi ipsi triginta tres passi et medium ab inde in supra usque pede de ipsum monte per equale mensuria siad dibisum omni tempore de ambo ipse sortis; ista sorte abeant bia semper per ipsa sortione da orientis erga ipso poiu et sepe qui est a partibus meridie da ipso poiu in supra siant latitudo omni tempore bia ipsa pedes septem, et per longitudo bia ipsa triginta passos: mensurata bia ipsa ad iusto pedem manum omini. ipsa sortione a pars orientis per ec mensuria: a meridie fine poiu et sepe, inde sunt passi triginta usque media sepe qui est in partibus orientis, et quasi in medio loco per latitudo per binea betrana sunt passi triginta tres et medium: de longitudo siant semper ista sortione da bia quod dimisit a partibus meridie erga ipso poiu et sepe usque pede de ipsum monte, et da conpleti ipsi triginta tres passi et medium ab inde in supra usque pede de ipsum monte per equale mensuria siad dibisum omni tempore ambe ipse sortis: tota supradicta mensuria fuit mensurata ad passum qui singnatum in columnea marmore de ecclesia sancti mathei. unde prius ipse iannaci compreensi in sorte ipsa sortione qui est a pars orientis per supradicte finis et mensurie, sicut supra legitur; et ipse leo in sorte compreensi ipsa sortione a pars occidentis per supradicte finis et mensurie, sicut supra legitur, et per ipsa sortione ipsius iannaci omni tempore ipse leo et suos eredes abeant bia, sicut ipsa dibisione continet. ipsa alia scriptionem continentem, qualiter ipse iannaci et ipse leo coniunti fuerunt cum ipsum constantinus et dibiserunt inter se ipsa rebus et ipsa casa de intus ec cibitatem et ipsa rebus de locum sepi, que superius diximus, in illo ordine illut inter se dibiserunt sicut ipsa scriptio continet; et ipse scriptionis quem ego ostedi, unam ex ille continentem, qualiter ego cuniuntus fuit cum ipsi germani nostri, et ipse iannaci dibidi ipsa terra cum casa et ipsa rebus de ipso locum sepi, sicut ipsa scriptio continet; et ipsa alia scriptionem continentem, qualiter nos germani paratum abemus ipsa rebus de locum beteri da ipsum iohannes filius quondam petri, sicut ipsa scriptio continet. et cum fuerunt relecte supradicte scriptionibus, combenit inter me et ipsum iannaci, ut totum illut ego dibidere in illo ordine, sicut inferius declaramus; quot

statim una sorte feci esse de tota ipsa terra cum casa et parietibus de intus ec cibitatem ab ipsa lama cum totum et inclitum illut de ipso locum sepi, et cum totum et inclitum illut quod paratum abemus da ipsum iohannes filius petri de ipso locum beteri, que supradicta scriptio continet: de istut totum feci una sorte, et alia sorte feci esse de totum et inclitum illut de ipso locum beteri, de quantum quantoque ipsius iannaci in sortione obbenit da ipsum leo germanus noster, sicut supradicta scriptio continet; et, sicut per partes complacuit, de communiter adiunsimus biginti auri tari in ipsa sortione, quod feci esse de illut de locum beteri, sicut supra diximus, ei in sortione obbenit da ipsum leo. unde prius ipse iannaci in sorte compreensi tota et inclita ipsa terra cum casa de intus ec cibitatem, qualiter nunc conciata et edificata est, cum totum et inclitum illut de ipso locum sepi et illut de predicto locum beteri, quod paratum abemus da ipsum iohannes filius petri; et mihi pro taliter in sorte tradidit totum et inclitum illut de ipso locum beteri, de quantum ei in sortione obbenit da ipsum leo germanus noster per supradicte finis et mensurie, sicut ipsa scriptio continet, et de communiter adiunsit mihi ipse germanus meus biginti auri tari. ec supradicte sortis, qualiter superius ille feci, inter nos ille tradidimus et compreensimus cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bie et andita sua: tantum licead ipsum leo germanus noster per ipsa sortione mea de illut de ipso locum beteri biam abere, sicut continet ipsa scriptionem, quod superius ipse iannaci cum ipsum leo feci, in illo ordine ipsa bia abere inde, sicut in ipsa scriptio continet, ad securiter et firmiter pars partium nos et nostris credibus supradicte sortis, qualiter superius dictum est, inter nos abendum, et unusquisque de sua sortione faciendum quod boluerimus, sine unus alterum contrarietate vel requisitione. et per bona combenientia, sicut per partes complacuit, quadiabimus inter nos exinde, et ego ei mediatorem posui iannaci atrianense filio ligori butromino, et ipse germanus meus mediatorem mihi posuit mastalus idem atrianense filius quondam sergi qui bocabit caccabellu; et per ipsa guadia etc. *Sequitur consueta formula, statuta multa quinquaginta solidorum auri constantinianorum.* tantum, si quis ex nos vel nostris credibus de ipse sortis absque colludio per legem perdiderimus, tunc unus alterum inter nos et nostris credibus exinde restauremus per supradicta guadia et obligata pena. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego guido

† ego desigius

† ego romoaldus me subscripsi.

DLXIII.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, secunda indictione. memoratorium factum a me iannaci atrianense filio iohanni kuriali, eo quod ante subscripti nobilibus coniuntus sum ad vona comvenientiam cum leo germanus meus filius predicti iohanni, ad dividendum cum eum terra cum vinea et bacuum de locum veteri, quod nobis in sortione ocbenit da germani nostri, et statim ipse leo dividit illut in due sortiones: una sortionem feci esse in pars orientis, et alia sortionem feci esse in pars occidentis. ipsa sortionem da occidentis per ec mensuria: a meridie fine poiu et sepe, inde sunt passi triginta, et quasi in medio loco per latitudo per vinea vetere, sunt exinde passi triginta tres et medium, et de longitudo siant semper ista sortem da ipso poiu et sepe usque pede de montem qui est in pars septemtrionis, et inter ipse sortis per iste mensurie . . . . at completi ipsi triginta tres passi vel ab inde in supra usque pede de ipsum montem per equale mensuria . . . . . omni tempore de ambe ipse sortionis. . . . . bia semper per ipsa sortionem da orientis erga ipso poiu et sepe qui est a pars meridie da ipso poiu in supra . . . . bia ipsa per latitudo pedes septem, et de longitudo siat bia ipsa triginta passi, mensurata ipsa bia ad iusto pedem manum homini. ipsa sortionem qui est a pars orientis, per ec mensuria: a meridie fine poiu et sepe, inde sunt passi triginta usque media sepe qui est in ipsa pars orientis, et quasi in medio loco per latitudo per vinea vetere sunt passi triginta tres et medium, de longitudo siant semper ista da bia quod dimisit a pars meridie erga ipso poiu et sepe usque pede de ipsum montem, et da completi ipsi triginta tres passi et medium abinde in supra usque pede de ipsum montem per equale mensuria siad divisum omni tempore de ambe ipse sortionis: tota supradicta mensuria fuit mensuratum ad passum qui singatum est in columna marmorea de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano . . . . . . ego iamdictus iannaci conpreensit in sortem ipsa sortionem qui est a pars orientis per supradicte finis et mensurie, sicut supra legitur; et ipsius leoni pro taliter tradidit ei in sortem ipsa sortionem qui est a pars occidentis per supradicte finis et mensurie, sicut supra legitur. ec sortis, sicut superius ille compreensimus, sic per partes inter nos ille tradidimus cum omnia intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bie sue, ad securiter et firmiter amodo et semper ego et meos credes ipsa nostra sor-

tionem abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod voluerimus, absque omni contrarietatem ipsius leoni et de eius eredes. de qua per vona convenientiam guadia mihi ipse . . . . . dedit et mediatorem mihi posuit iohannes atrianense filius mansoni; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut si aliquit, de quod superius legitur, quesierit removere aut contrare; aut si quodcumque causationem de ipsa nostra sortione preposuerit, componere obligavit se ipse leo et suis eredibus mihi meique eredibus centum auri solidos constantinos, et talia nobis nostrisque eredibus adinplere. tantum, si de supradicte sortis per legem perdiderimus, absque colludio unus alterum iusta rationem inter nos et nostris eredibus exinde restauremus per supradicta guadia et obligata pena: verumtamen ipse leo et suos eredes abeant bia omni tempore per ipsa mea sortionem per ipsa bia qui est a meridie, usque in bia qui est a pars orientis, et per ipsa bia desscendentem usque in bia plupica. et unc brebem scripsi ego grimoaldus notarius qui interfui.

† ego desigius

† ego guido.

DLXIV.

A. D. 1004.

† In nomine domini vicesimo tertio anno principatus domni paldolfi gloriosus princeps, mense martius, secunda indictione. Nos i sumus maria filia sparani, et que sum uxor adelferi filii rocci, et doferada, et ageltruda germane filie mauri declaramus, nos abere casa intus civitatem abellini propinquo ipsa porta pertinentem michi marie a supradicto mauro qui fuit anteriore viro meo, per scriptum morgincaht, quod aput me firmatum reteneor, alio die nostre copulationis secundum legem michi emissum abeo adque firmatum, et nobis doferade et adeltrude est pertinentem per subcessionem a supradicto genitore nostro, et supradicto mauri fuit pertinentem da grimoaldus filius balsami et da maria uxor ipsius grimoaldi, et ipsius grimoaldi fuit pertinentem da musamdam filia richardi que fuit uxor alamanni filii sillicti, et da grima filia celsi que est uxor richardi archidiaconi et filii idem richardi, et ipsius musande fuit pertinentem a supradicto alamanno viro suo per scriptum morcincaht, et ipsius grime fuit pertinentem a supradicto richardo archidiacono viro suo per scriptum morgincchat, et supradicti richardi archidiaconus fuit pertinentem a supradicto alamanno cognato suo. Modo quidem congruum nobis est ipsa casa, ut diximus, cum ipsas

moniminas que de ipsa casa sunt pertinentem adque continentem, illut vindere deodede presbiteri filio petri et iohanni filio idem iohanni, qui sunt fratri de una matre natis; et dum oc intelleximus, ut femina per lex et sine notitia iudici et de mundoalt suis illut benundare non potere, set una nobiscum adesset madelmo et petrus presbiter propinquioris parentibus nostris, et ego maria una cum ipso predicto adelferi viro meo et mundoalt, et doferada et ageltruda una cum maio et iohanne tiani adque mundoalt nostri perreximus ante presentia mari iudicem, et per ordinem intimabimus ipsa nostra vinditione; nos denique mulieri ab eodem iudicem inquisite sumus, si aliqua violentia pateremus ab eodem viro adque mundoalt nostris, aut a qualibet hominem; nos autem mulieri manifeste sumus, quia neque ab eodem viro, neque a supradicto mundoalt, neque a qualibet homine aliquam violentia non pateremus, nisi nostra vona voluntatem ipsa iamdicta casa vindere; set data est nobis lex a supradicto iudicem et consentientibus nobis ipsi supradicti parentibus nostris, et michi marie predicto viro meo et nobis doferada et adeltruda consentientibus nobis maio et iohanne tiani et mundoalt nostris, bona etenim nostra voluntatem et pro firmam stabilitatem interesset supradictus mari iudicem et aliis nobiliorum subscriptorum testium, ut ec nostra binditione firmam et stabilem esset permaneat. Quapropter nos supradicte mulieri maria et doferada et adeltruda, que sumus matrem et filie, sicut nobis congruum est vone etenim nostre voluntatis, et ego maria una per consensum et voluntatem supradicti adelferi vir et mundoalt meus, et nos doferada et adeltruda una per consensum et voluntatem supradictorum magi et iohanni tiani et mundoalt nostri et per largietatem supradicti iudicem et de ipsi supradictorum parentibus nostris, et per eadem cartula toti unanimiter pariterque consensum benundedimus vobis iamdicti deodedit presbiteri et iohanni ipsa casa, ut diximus, de intus eadem civitatem abellini cum ipsas moniminas que de ipsa casa sunt pertinentem adque continentem, et ipsa casa, ut diximus, sicut videtur esset infra ec finis: de duobus partibus quomodo platea precinget: de alia parte fine casa supradicti petri genitori tuoque deodede presbiteri: de quarta parte fine media trasenda; infra omnis iamdicte finis totam et integram ipsa casa vobis prenominati deodede, presbiteri et iohanni benundedimus, una cum solio et sedime sua, quomodo clausa et cooperta est, et cum trasita et essita sua, et cum siriciriis et guctis suis da ipsa platea et da ipsa trasenda a foras ipsa mura in suo propio cecidentes et cum omnibus suis pertinentiis, ad semper abendum et possidendum vos quam et vestris eredibus et faciendum exinde omnia, quomodo et qualiter volueritis, sine contradictionem nostram et de nostris heredibus aliqua requisitione. Et pro anc nostra binditionem confirmandum adque constabiliscendum continuo recepimus a te iohanne pro vice tua et pro vicem supradicti deodede presbiteri pretium au-

reo tari numero viginti et sex que inter nobis combenit: finita est ipsa nostra binditione, et unde obligamus nos supradicte maria una per consensum et voluntatem supradicti adelferi vir et mundoalt meus, et nos doferada et adeltruda una per consensum et voluntatem supradictorum magi et iohanni tiani et mundoalt nostri, et per largietatem supradicti iudicem et de ipsi iamdicti parentibus meis, et nostris obligamus eredibus vobis prenominati deodedi presbiteri et iohanni, quam et ad vestri eredibus obligamus nos. Quod si aliquando temporem eadem nostra binditionem, uti prelegitur, retornare aut remobere quesierimus per quacumque inbentam rationem, volendum exinde vobis aliquit tollere aut contrare vel minuare, aut de vestra substraere proprietatem et dominationem, aut si illut nos et nostris eredibus vobis et ad vestris eredibus non defensaberimus ab omnibus ominibus vel partibus, et cui a nos datum vel alienatum esset paruerit, et da illorum eredibus non defensaberimus; ydeo ante omnia questio et causatio nostra vacua et tacita sint, et viginti solidi aurei constantini nos et nostris eredibus vobis et ad vestris eredibus, et cui ista cartula in manum paruerit, componere obligamus, et in antea per inbitis semper tacitis et contentis permaneamus, adque per inbitis illut vobis defensemus, sicut supra vobis obligati sumus per supradicta obligata pena. Et aliter statuimus in eadem nostra vinditionem, ut quando volueritis per vos exinde fierit autores et defensores, potestatem abeatis vos et vestris eredibus, et cui a vos datum paruerit et illorum eredibus, ipsas moniminas exinde pertinentem et continentem ad legem ostenderet, et cum vestris causatoribus inde contenditem omnemque diffinitionem exinde cum ei facitem, sicuti nos facere debuissemus, et illut vobis defenditem et securiter possidetem; et quando non vultis per vos exinde defensori esse, remittitem [1]) aput nos et aput nostris eredibus ipsas moniminas, que de ipsa casa sunt pertinentem adque continentem, ut non flat capsata aut falsata, ut illam ad legem ostendere possamus, ad abendum illam aput nos per dies triginta ad causandum, et cum eas fines faciendum cum nostris causatoribus, et sic defensemus illut vobis ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus, et post ipsis dies triginta retdamus vobis ipsas moniminas salbas, quales illas nobis dederitis per eadem obligata pena. Et ec omnia fecimus, sicut superius legitur, nos prenominate mulieri mater et filie una per consensum et voluntatem de supradicti mundoalt nostri et per largietatem de supradictus iudicem adque pariter cum illis per supradicta obligata pena. Quod te gualfus archisubdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino mense et indictione feliciter.

† Ego qui supra mari

† Ego landolfus arhipresbiter.

[1]) *Remittitem*, et supra *contenditem, facitem, defenditem, possidetem*, pro *remittite, contendite, facite, defendite, possidete*.

DLXV.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense aprilis, secunda indictione. Memoratorium factum a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscribti testes per vona combenientia, et una mecum adesse romoaldus comes, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, tradidimus ad tenendum et laborandum vinea et arbusto pastenandum iohanni filio adelperti tres pecie de terris pertinentes ipsius ecclesie in locum forino, ubi arcelle vocatur, quod de antea ille eos compreensum abuit da partibus ipsius ecclesie, in quo abitantes est: unam de ipse pecie est a super via, et due sunt iscle uno teniente subtus ipsa via, et pastenatum illut abent arbustum, et vinea, et cannietum, et salicetum; ipsa pecia que est a super via ipsa, per ec finis et mensurie: de uno latere fine ipsa via, sunt exinde passi nonaginta: de alie tribus partibus fine predicte ecclesie, est per mensuria longitudo de una parte passi octuaginta septem, et in alia parte passi octuaginta, et in uno capite latitudo passi decem et octo, istut per ista mensuria est pastenatum vinea et arbustum; et ipse iscle sunt per ec finis et mensurie: de super parte fine ipsa via, sunt exinde passi quadraginta: de alie duobus partibus fine predicte ecclesie, sicut ripe discernit et per ipse ripe descendente et coniungente in flubio forino: de subter parte fine ipso flubio, est inde per mensuria passi triginta duo: tota suprascripta rebus mensurata ad iusto passum homini. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis et cum vice de via sua, illut ei tradidimus tali hordine, ut liceret ille et eius eredes et homines quod ibidem miserint, ipsa rebus sue potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et tota ipsa pecia a super ipsa via abeant vinea et arbustum vitatum de vono vitineo, seu et ipse iscle abeant operate una arbustum vitatum et alia cannietum et salicetum, et amodo et usque sex anni completi in tota ipsa rebus, sicut dictum est, per ipse mensuriis abeant illut totum operatum et cultatum et surtum, sicut de nobem anni meruerit esse et locus ipse est consuetudo, pro quibus iam completi sunt tres anni quod illut compreensit; et da ipsi sex anni in antea, ut amodo se compleant, usque dum illis boluerint et potuerint eos tenere, omni tempore illorum essent potestatis eos tenendum et dominandum, et ibidem residere et abitare, et fobee et omnis sue utilitatis ibi facerent, et totum eos laborare acto tempore, et studiare et cultare, sicut meruerit, et clusum eos

abere et salbum facere; et amodo et omni tempore annualiter per vindemie faciant nos vel pars iamdicte ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis tota ipsa vinea et arbustum vindemiare iusta rationem, et omnis vinum et poma quam inde exierit, dividant illut ibique ad palmentum in tertiam partem: nos tollamus exinde una sorte, et illis due sortis; et similiter in tertiam partem dividant amodo et omni tempore tote ipse canne et salici ibique per illis abscise: nos tollamus una sorte, et illis due; et ipsa nostra sortionem de ipso vinum illis eos reponant in organeum nostrum, quod illorum ibidem adsignaverimus, per illis conciatum et repositum in casa illorum ibique in quo abitaverint, et salbum illut faciant, usque dum illut inde tulerimus absque degeneratione et igne; ipso missum quod ibidem direxerimus, illis eum notrire secundum illorum fuerit possivilitatem, usque dum per vindemie ibidem steterit, et palmentatica nobis deant, sicut meruerit et consuetudo est, et de quod in ipso arbustum seminatum fuerit, deant nobis exinde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; seu et tradidimus ei alia terra cum silba que est coniunctum in capite de ipsa pecia a super ipsa via rectum illut teneant, sicut ipsa mensuria salit de ipsa pastenatione usque serra de ipsum monte, ut licentiam illis abeant eos roncare et scampare, et de quod ibi seminaverint, deant exinde nobis vel ad partibus predicte ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et si de anc terra salernitanam exierint pro aliubi ad avitandum et infra tres anni non redierint, aut si talem fecerit culpam, unde cecidere debuerint, expectemus illum exinde tres annos; et si da ipsi tres annos in antea non redierint, aut si de ipsa culpa liberati non fuerint, tota ipsa rebus nostre vel de ipsa ecclesia essent potestatis, faciendum quod boluerimus; et si infra ipsi tres anni redierint et boluerint illut tenere in antea in iamdicta ratione, illorum redeant potestatem, ad tenendum et laborandum, sicut superius legitur; et si laboratum eos inbenerit ipso annum quod redierint, prius recolligant ipso frudium ille qui eos lavoraverit, et sic postea illut recolligant. Unde et pro omnia suprascripta nobis et ad pars prefate ecclesie adimplendum, ipse iohannes et eius eredes per vona combenientia guadia nobis dedit et se ipsum mediatorem posuit; et per ipsa guadia obligavit se et suos filios et eredes, ut si taliter, sicut superius legitur, nobis vel ad pars eidem ecclesie non adimpleverit et aliquit exinde contradixerit, componere nobis vel ad pars iamdicte ecclesie quadraginta auri solidos costantinos, et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui. verumtamen memoramus, si venerit alius homo qui ad pastenandum compreendere boluerit ipsa terra, que est a super ipsa via, illut quod ei ad roncandum dedimus, et noluerit ipse iohannes vel eredes eius illut pastenare, per illo ordine qui iustum fuerit, liceat pars ipsius ecclesie illut dare cui boluerit; et quale tempore da ipso constitutum in

antea ipsa rebus, que superius ei tradidimus, tenere noluerint, liceat illis inde exire cum omnis sua causa movili que ibi abuerint, et pergere ubi boluerint, et ipsa rebus laborata quale illo tempore meruerit, redeant ad potestatem predicte ecclesie, faciendum quod boluerit, quod subiunsit ego superius dauferius notarius.

† ego ragemprandus me subscripsi

† ego alfanus notarius me subscripsi.

DLXVI.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense iunius, secunda iudictione. Memoratorium factum a nobis sparanus filius urseprandi et iohannes filius idem iohanni abitatori de nuceria, locum ubi angre dicitur, eo quod ante subscribti testes per vona combenientia tradiderunt nobis ad tenendum et laborandum maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eo essent romoaldus comes, qui est adbocatorem et unum de dominii ipsius ecclesie, una pecia de terra cum arbustum quod nos a pars iamdicte ecclesie pastenavimus in ipso locum angre, ubi casale dicitur, per ec finis et mensurie: a partibus occidentis fine via puplica, sunt exinde passi sexaginta sex: a pars meridie similiter fine ipsa via, sunt exinde passi triginta quinque: a parte orientis fine de eredes petri et rodelgardi, sicut medio limite discernit, et inde sunt passi sexaginta sex: a parte septemtrionis fine sicut medio limite discernit, inde passi quadraginta unum, totum ad iusto passum homini mensuratum. Ec vero pecia de terra per iamdicte finis et mensurie inclitum illut nobis tradiderunt: ego sparanus compreensit illut vice mea et vice ciceri germanus meus, et ego iohannes vice mea et vice leoni congnato meus filius minuti; tali hordine illut nobis tradidi, ut amodo et omni tempore nos cum ipsi germani et consortes nostros inclitum illut nostre potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis nostre utilitatis ibidem facere iusta rationem, et temporibus suis totum ipso arbustum laboremus et cultemus de super et de subter, et ubi meruerit, arbores et vites plantare et propaginare, ut vene pareat laboratum et cultatum, et clusum eos abeamus, et salbum faciamus, et per tempore de vindemie faciamus scire pars iamdicte ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum, et nos totum ipso arbustum vindemiemus et poma inde colligamus, et omnis vinum et poma ibique ad palmentum dividamus in

tertiam partem: pars iamdicte ecclesie tollant inde una sorte, et nos due; et ipsa eorum sortione de ipso vinum nos illut portemus ad cellarium de ipsa ecclesia, quod abet in ipso locum nuceria da ubi dicitur pariti in subto, et reponamus illut in organeum eorum, et nos ipso organeo conciemus vonum, sicut meruerit da vinum: ipso missum quod ibidem venerit, nos illum nutriemus secundum nostra fuerit possivilitatem, usque dum pro ipse vindemie ibidem steterit, et demus ei palmentatica et terraticum de quod ibi seminatum fuerit, secundum consuetudinem de ipso locum, et omni tempore pars iamdicte ecclesie eiusque rectores inclita ipsa tradictio cum vice de via sua nobis nostrisque eredibus defensare da omnis homines omnique partibus, et non illut nobis tollere aut contrare querat. preter, si de anc terra salernitanam exierimus pro aliubi ad abitandum perrexerimus, expectent nos usque annos tres, et si rebersi fuerimus infra ipsi anni et boluerimus eos tenere in suprascripto hordine, liceat nos illut recolligere et tenere, sicut dictum est; et si laboratum illut inbenerimus, liceat prius ille qui eos laboraberit, tolleret exinde ipso frudium, et sic illut recolligamus; et si infra ipso constitutum rebersi non fuerimus, potestatem abead pars de ipsa ecclesia faceret exinde omnia quod boleret. Unde in eo ordine guadia nobis ipse abbas dedit et mediatore nobis posuit petrus presbiter filius nandi; et per ipsa guadia etc. *Statuta multa triginta auri solidorum constantinianorum.* verumtamen ego iamdictus sparanus compreensit de ipsa rebus tertiam partem, et ipsi iohannes, leo et cicerus due sortis. et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego petrus

† Ego sikembardo

† Ego qui supra maio presbiter et abbas.

DLXVII.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iunius, secunda indictione. memoratorium factum a me dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentes supradicto domni principi et iohanni comiti germano eius, eo quod ante subscripti idoneis ominibus, una mecum iaquintus notarius advocatorem ipsius ecclesie, coniuntus sum cum iudex ebreus filius iude medici propter terra de intus hec cibitatem inter ipsa iudaica pertinentem ipsius ecclesie, quod ante os annos ei ad

faciendum casa tradidimus, sicut continunt brebri qui per partes inde retinemus; set ipse iuda nequaquam tota ipsa terra casa edificabit, sicut inde nobis obligatus fuit, unde plurime causationis exinde inter nos abuimus querentes ego, ut inclita ipsa terra quod ipsi brebri continunt, aberent casa edificata, sicut inde obligatus fuit; set antequam per legem illut inter nos fineremus, benimus inde ad combenientia: nos sublaxabimus ei ipsa compositione quod mihi adimplere debuit, et ille pro taliter per vona combenientia vona sua bolumtatem ammisit ad mea potestatem ipsa terra bacua da ipsa casa in pars orientis qui est per mensuria latitudo pedes (*deest numerus*) et per longitudo..... da ipsa bia et usque in ipso muro uius cibitatis inclitum illut per ipsa mensuria mihi remisit ad potestatem mea, faciendum inde pars ipsius ecclesie quod boluerit. et per bona combenientia volumtarie obligavit se ipse iuda et suos eredes, ut nec per ipsum brebem, neque per nullam ratione de ipsa terra bacua per ipsa mensuria nullem causationis emittere ad pars ipsius ecclesie; et si quodcunque causationes inde ad pars ipsius ecclesie preposuerit per qualecunque ratione volumtarie sue, per bona combenientia componere obligavit se et suos eredes in pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos et tacitum inde manerem. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego warimpoto

† ego grimoaldus.

DLXVIII.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense iulius, secunda indictione. Memoratorium factum a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante presentia petri iudici combenientibus me cum mulier nomine lieni libera femina filia basili greci, pro quibus illa sociavit sivi modo virum nomine martinus famulum predicte ecclesie filium iordani, ut liceret ipsa lieni aberet sivi virum ipsum martinus et illa cum eum in rebus ipsius ecclesie residere, et filiis filiabus quod fecerint de ipsum martinus; et nec ego, nec meos successores non aberemus potestatem exinde compreendere ad manum serbiendum nobis, set omni tempore liceret illis in rebus ipsius ecclesie residere et abitare, sicut liberi hominibus; sic tamen, ut de quantum laboraverit, pars predicte ecclesie exinde abere due sortis, et illis una, faciendum quod

boluerit; et si animalia guardaverit ipsi filii sui, similiter tertiam partem inde tolleret, faciendum exinde quod boluerit. unde taliter adimplendum guadia ipsa lieni michi dedit una cum dauferius notarius adbocatorem suum, et se ipsa posuit mediatrice; ut si taliter omnia suprascripta non adimpleverit et aliquit exinde removere quesierit, componere michi vel ad pars ipsius ecclesie centum auri solidos costantinos. et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† ego qui supra petrus iudex.

DLXIX.

A. D. 1004.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense september, tertia indictione. Ante me petrus iudex, ibi adesse drogo castaldus, causavit maghenolfus presbiter ecclesie sancti maximi de intus anc salernitanam civitatem, cum maranci presbiter filius petri qui est abitantes in locum muntoru in castaldato ipsius drogoni, dicendum ei, ut ipse maranci presbiter malo hordine introisset in rebus ipsius ecclesie de ipso locum muntoru, et fovee ibi fecisset, et arbori inde abscidisset, et frudium inde tulisset, et termiti exinde exterminasset, et ipsa rebus ad pars iamdicte ecclesie contrasset: ipse maranci dixit, ut in predicto locum muntoru abere rebus, set nescire de quale cum eo causavit. unde inter eis iudicavi et utrisque illi guadiare feci, pariter super ipsa rebus pergere cum iudice et notario, et ipse maghenolfus pro pars ipsius ecclesie monstraret, de quale rebus cum eo causavit, et per partes plicarent se cum adbocatori et cum suis rationibus, et secundum legem inter se exinde finem facerent. unde ipse maghenolfus posuit mediatore petrus filius dumnelli, et ipse maranci non posuit exinde ei mediatore, unde ipse maghenolfus fuit paratus in ipsa die, et secunda, et tertia, adque quarta die volendum, ut ipse maranci ponere ei mediatore; set ipse maranci nec paratus inde fuit, nec mediatore ei posuit. et pro parte ipsius ecclesie hoc scribere fecimus te dauferius notarius qui interfuisti.

† ego qui supra petrus iudex.

DLXX.

A. D. 1004.

Summarium. Sic textus incipit:

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense octuber, tertia indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter et primicerius qui oto bocor, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et ibique esset subscripti testes, per demandationem ipsius abbati ad tenendum et lavorandum tradidit ego una cum romoaldus comes, qui est unum de domini et adbocatorem ipsius ecclesie, una clusuria de terra cum arbustis et abellanietum uno teniente, quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria, ubi ad agella dicitur, benedicti filio iohanni et boniczi liver omo, et ego qui supra petrus presbiter ipsa clusuria illud in beneficium retineo a pars ipsius ecclesie *etc.*

Finibus designatis, ita sequitur:

Et per vindemie tempore faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis et suis eredibus totum ipso arbustum et ipso abellanietum abto tempore vindemiarent, et ipso abellanietum colligere et seccare, et totum ipso vinum ibique ad palmentum et ipse abellane per medium inter nos dividamus; ego vel pars ipsius ecclesie tollamus ipso vinum et ipse abellane medietatem, et illis et suis eredibus tollad reliqua medietate ecc. ecc.

Finis textus:

Et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† ego ragemprandus me subscripsi

† ego arechisi notarius me subscribsi

† ego cicerus notarius me subscripsi.

DLXXI.

A. D. 1005.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, tertia indictione. memoratorium factum a me maraldus clericus filius

romoaldi clerici, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbatis ecclesie sancti maximi, et ibique astante subscripti testes, per demandatione ipsius abbatis tradidit iohanni filio amici una clusuria de terra cum binea de locum felline finibus salernitane, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie per ec finis et mensuria: ab oriente fine bia, inde sunt passi quinquaginta octo: a septemtrionis fine ipsius ecclesie, sicut media sepe discernit, inde passi sexaginta quadtuor: ab occidente fine bia, inde passi biginti sex: a meridie fine ipsius ecclesie, inde media sepe discernit, inde sunt passi sexaginta unum, totum ad iusto passum omini. per ipse finis et mensuria inclitum illut ei tradidimus, ut amodo et usque quadtuor anni completi ad sua sit potestatem illut tenendum, et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi faciant, et per annum suis temporibus vinea ipsa scolciare, propaginare, zappare, potare et inpalare ad palos sfixicii [1] et ungiuni [2]), et eos ligare, et per annum salbum illum facere, et ubi meruerit, illum eos cludere; tantum quante propagini excusserit da ipsa vinea in foras, ubi ille...... abuerit, demus ei ad ipse propagini pali, et per vindemie faciant nos scire, ut nos aut missum nostrum illum dirigamus, et ille vinea ipsa vindemiare, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum inter nos dibidamus per medietatem: nos tollamus illut medietatem, et ille medietatem; scepto si mihi placuerit dua frudia ipsa vinea cum illum lavorare, potestatem abeamus cum illum eos lavorare, et omnis lavore et spendium per partes mittamus; nos medietatem, et ille medietatem; et ipso vinum de ipsa dua frudia dibidamus, inter nos in quartam parte: nos tollamus inde tres sortis, et ille una sorte. ad ipso constitutum inclita suprascripta rebus ad potestatem predicte ecclesie perveniat; unde pro taliter guadia mihi dedi et mediatorem mihi posuit se ipsum, et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si aliquit inde contradixerit et talia non adimpleberit, componere obligabit se et suos eredes mihi vel in pars ipsius ecclesie biginti auri solidi costantini, et ad ipso constitutum completum inclita ipsa curte clusa per suprascripta mensuria perveniat ad potestatem ipsius ecclesie, et liceat illis inde exire cum omnis sua mobilia. et unc brebem scripsi ego iohannes notarius qui interfui.

† ego cicerus notarius me subscripsi

† ego petrus notarius me subscripsi.

---

[1]) *sfixicii*, seu *confixos*.

[2]) *ungiuni*, *uncinatos* vel *concurvos*.

DLXXII.

A. D. 1005.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, tertia indictione. memoratorium factu a nobis grimoaldus filius meroaldi, et iohannes et petrus germani filii quondam boniczi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia ad laborandum et pastenandum tradidit nobis maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum ipso abbate adesset romoaldus comes, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, de rebus quod pars ipsius ecclesie abet a super mairano illa pars flubio forino per finis et mensurie: a pars septemtrionis fine ipsius ecclesie, sunt exinde passi sexaginta: de super parte similiter fine ipsius ecclesie, et inde passi septuaginta: de pede fine bia, sunt exinde passos octoaginta: a pars meridie fine sicut ascendit medio ipso serrone. per iamdicte finis et mensurie inclitum illut nobis ad pastenandum binea et arbustum tradidit; seu et tradidit nobis una pecia de terra bacua qui est iscla, ut ibidem pastenemus cannietum et salicetum qui est ista pars ipso flubio, ut tota ipsa rebus, ut superius legitur, nostre potestatis teneamus et dominemus, et fobeas et omnis nostre utilitatis ibidem faciamus iusta ratione, et in ipsa rebus reditum faciamus, et ibidem resideamus et abitemus, et quantum frudium et binum et canne et salici amodo et usque quinque anni inde tollere vel abere potuerimus, totum nostre sint potestati, et nullam inde nobis tollere querad: preter demus inde terraticum de ipso arbustum, sicut consuetudo est; et amodo et usque decem anni completi abeamus in tota supradicta terra per ipse finis et mensurie et in ipsa iscla arbustum et binea facta de bono bitineo et cannietum et salicetum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread laboratum et cultatum et surtum de super et de subter: seu et de quantum extra ipsa mensuria in supra per ipso plaiu, ut coniuntum flad, totum pastenare potuerimus, sibe binea et arbustum, potestatem abeamus; et da completi ipsi quinque anni in antea omni tempore nos et nostros eredes tota supradicta rebus laboremus annualiter, et cultemus eos et studiemus, sicut locus ipse meruerit, ut proficiad et non disperead, et annualiter rebus ipsa bindemiemus et faciamus scire per tempore ipsum abbatem vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum et poma exinde in tertiam partem illut inter nos dibidamus; similiter et ipse canne et salices per annum abscindamus, et in tertiam partem illut inter nos dibidamus: missum predicte ecclesie tollad exinde ter-

tiam partem, et nos due sortis; similiter et de quante quertie ibidem sunt, et de quante extra ipsa mensuria, salbe ille faciamus, et annualiter ille colligamus, et tertiam partem ibidem ad missum eorum inde demus, et due sortis exinde nobis abeamus; et nos ipsum missum, dum ibidem steterit pro ipse bindemie, nutriemus secundum nostra possibilitatem, et palmentatica eorum demus; et de quod in ipso arbustum annualiter seminaberimus, demus inde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et in capite de ipsa rebus, de illut que non pastenaberimus usque in serra de ipsum monte, licentiam abeamus illut laborare, usque dum parutus fuerit, ut illut ad pastenandum dandum benerit, et demus inde in pars ipsius ecclesie, sicut consuetudo est, et ipsa sortione de ipso binum, quod ad pars ipsius ecclesie inde ebenerit, nos illum reponamus in organea, quod pars ipsius ecclesie nobis adsingnaberit, et per nos flad bona conciata, et ipso binum ibidem mittamus et salbum illum faciamus, usque dum pars ipsius ecclesie inde tulerit, absque degeneratione et ingne et mures [1]; tamen ad completi amodo decem anni abeamus tota ipsa terra operata et facta binea, et cannietum, et salicetum, et pomis, seu, sicut diximus, arbustum vel pomis, totum bonum, surtum et laboratum, sicut de tantos annos meruerit et loci illius est consuetudo, alio sic abeamus illut quod ibidem extra ipsa meusuria pastenaberimus, bonum factum et surtum, et eos totum in suprascripta ratione teneamus et dominemus, et amodo et omni tempore pars predicte ecclesie eiusque rectores defensare nobis nostrisque eredibus inclita suprascripta tradictione cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus. tamen potestatem abeamus de ipse quertie, que infra ipse tradictiones sunt, et que extra ipsa mensuria, que abte sunt, inde scampemus et troncemus [2]) ille, sicut meruerit, et bites ibidem, sicut meruerit, pastenemus in suprascripto ordine operatum abeamus cum totum ipso aliut que diximus, et eos totum laboremus et teneamus in suprascripta ratione et non illut nobis tollere aut contrare: tantum sceptuabi exinde ubi non potuerimus in ipsa rebus pastenare pro petra inmobilis, ut nullam siamus inde eorum culpabiles, set soluti inde maneamus sine calumnie; seu et daret nobis omni tempore biam ad fontana qui est in rebus ipsius ecclesie de illuc, ut iusta ratione ad ipsa fontana ingredere et regredere possamus cum nostre congruitati, et aqua exinde auriamus et portare quanta boluerimus; et quale tempore da ipsi decem anni in antea ipsa rebus tenere et laborare non boluerimus, licead nos inde exire, cum omnis no-

---

[1]) *mures*, scilicet *fecibus*.

[2]) *troncemus* — *obtruncemus*.

stra causa, et inclita ipsa rebus laborata et clusa remittamus illam ad potestate ipsius ecclesie, ad faciendum que boluerint; seu et si de hac terra salernitana exierimus pro quacumque causa, et infra tribus anni non redierimus, licead pars ipsius ecclesie de ipsa rebus facere quod boluerint; et si infra tribus anni redierimus et boluerimus rebus ipsa tenere in suprascripto ordine, inclitum illut perbeniad ad nostra potestatem, ad tenendum illut in suprascripta ratione; et ipso annum quod redierimus, si laboratum illut inbenerimus, licead ille inde tollere ipso annum totum ipso frudium, et licentiam abeamus de ipso monte predicte ecclesie lingna abscidere iusta ratione pro ipsa rebus, et alie utilitatibus in ipsa rebus faciendum amodo et usque ipsi decem anni. Ec suprascripta rebus, quod superius diximus, in suprascripto ordine nobis abeamus nos germani et nostris eredibus teneamus illut medium, et ego nominatus grimoaldus et meos eredes medium. Unde in eo ordine per bona combenientia guadia nobis ipse abbas cum predicto adbocatorem dederunt, et mediatorem nobis posuerunt iaquintus clericus filius quondam gaudiosi; et per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie, ut si aliquit de omnia suprascripta contradixerit, et taliter nobis nostrisque eredibus non adinpleberit, componere obligabit se et successores suos et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque eredibus quinquaginta auri solidos constantinos. verumtamen ec suprascripta rebus que supradictum est, mensurata fuit ad iusto passum omini. verumtamen memoramus, quia in suprascripta tradictione amodo ibidem reditum et casa ibidem faciamus, et ibidem resideamus et abitemus, et per tempore ipsa bucte cum ipso binum sortionem ipsius ecclesie ibidem mittamus et salbum faciamus, sicut dictum est, et flad ipsa bucte quod nobis adsingnaberint, bona da binum, et totum illut que extra ipsa mensuria pastenaberimus, rectum ascendamus da ipsa mensuria pastenandum usque in ipsa serra. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primicerius

† Ego grimoalt

† Ego cicerus notarius me subscripsi

† Ego ioanne.

DLXXIII.

A. D. 1005.

† In nomine domini sextodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense februarius, tertia indictione. memoratorium factu a me iaquintus diaconus filius gauiosi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbatis ecclesie sancti maximi que sita est intus civitatem salernitanam, et ibique ante eum astantibus subscripti testes, per demandationem ipsius abbatis ad tenendum et laborandum tradidi ego amore filius martini iuritodi una pecia de terra cum arbustis, quod pars ipsius ecclesie avet in locum nuceria ad barbaciano, quod ego qui supra iaquintus diaconus illud in beneficium retineo a pars ipsius ecclesie per ec finis et mensurie: a pars occidentis fine bia publica, et exiente de ipsa bia et pergente rectum in partibus sebtemtrionis per fine de eredes ademari comiti, sicud inde limite discernit, sunt inde passi quinquaginta: de alia pars ab sebtentrionis fine de eredes alegari, sicud inde limite et sabuci discernit, sunt inde passi viginti sex: a pars orientis fine de eredes qui fuit teufrit, quod nunc retinet ioannes filius bassi et eredes petri comiti, sicut inde limite et sabuci discernit, sunt inde passi quinquaginta: a meridie fine de eredes ipsius ademari, sicud inde limite discernit, sunt inde passi biginti sebtem, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra cum arbustis per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illud cum omnia intro se abentibus et cum vice de bia illud ego per demandationem ipsius abbati ad tenendum et laborandum tradidit ipsius amori. Unde pro taliter per demandationem ipsius abbati guadia mihi ipse amore per absolutione ipsius genitori suo dedit et mediatorem mihi posuit petrus presbiter filius iohanni tramontani; et per ipsa guadia obligavit se suosque eredes tali ordine, ud amodo et usque duodecim anni completi ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et ibidem residere et abitare, et totum ipso arbustum abto tempore lavorarent et cultarent de super et de subter, sicud locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et ubi meruerit, infra ipso arbustum arbores et vites pastenare et propaginare, ille autem et suis eredibus illud ibidem pastenarent et cultarent, sicut meruerid; et per vindemie tempore faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ud dirigamus ibidem missum nostrum, et ille et suis eredibus totum ipso arbustum bindemiarent abto tempore, sicud meruerit, et totum ipso binum ibique ad palmentum illud inter nos divida-

mus per medium : ego vel pars ipsius ecclesie tollamus ipso vinum medietatem, et ille vel suis eredibus tollad reliqua medietate, et ipsa nostra medietate de ipso vinum quod inde nobis ebenerit, ille et suis eredibus illud adducere per ipso locum nucerie ad cellario ipsius ecclesie quod abuit a li pariti, et adsingnemus ei organeum vonum da binum, et ille et suis eredibus organeum ipsum bonum conciarent, sicud meruerit, et reponant ibidem ipsa nostra sortione de ipso binum. Et dum ibidem steterit ipso missum nostrum, ille et suis eredibus illud nutrire secundum suam possibilitatem et darent palmentateca, sicud meruerit, et que amodo et usque ipso constitutum ibidem seminaverint, deant inde nobis vel ad pars ipsius ecclesie terraticum annualiter secundum consuetudinem de ipso locum: ad completo ipso constitutum inclito ipso arbustum laboratum et cultatum et clusum remittant ad pars ipsius ecclesie, et licead ille et suis eredibus inde disturbare ipso reditum et excotere omnis sua causa mobilia, et ire cum illud ubi boluerint, sine contrarietate mea vel de pars ipsius ecclesie; quod si taliter omnia, ud superius legitur, mihi vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus ad componendum mihi vel ad pars ipsius ecclesie biginti auri solidi constantini. et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfuit.

† ego alderissi notarius me subscripsi.

DLXXIV.

A. D. 1005.

† In nomine domini septimodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, tertia indictione. memoratorium factu a me petrus presbiter, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia per demandatione et largietate maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi tradidi iohanni filio amandi de locum nucerie inclita curte illa cum arbusto, qui pertinentem est ipsius ecclesie sancti maximi de locum agelle eidem finibus nucerie, quod ego in beneficium teneo da pars ipsius ecclesie per ec finis et mensuriis: a pars septemtrionis fine bia puplica qui pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti , sunt inde per mensuria passi octoaginta duo : a pars occidentis quomodo limite et sepe discernit, fine de eredes maghenolfi, inde passi quadraginta: a pars meridie, quomodo poiu discernit, inde passos quadraginta quadtuor , rebolbente saliendo in partibus meridie usque ad ipso limite sunt inde passi similiter quadraginta quadtuor , iterum a

parte meridie quomodo ipsum predictum limite discernit, fine ipsius ecclesie sancti maximi, sunt inde passi biginti: a par orientis fine terra ipsius ecclesie, sunt inde passi octoaginta octo et se reconiungit in ipsa bia puplica qui est priore fine, totum per ipse finis ad iusto passum omini mensuratum, totum et inclitum illut eidem iohanni tradidi. Unde pro taliter guadia michi ipse iohannes dedit et mediatorem mihi posuit seipsum, tali ordine, ut amodo et usque quadtuor anni completi licead ille et suos heredes et omines quem ibidem miserint, tota suprascripta nostra tradictione sue potestatis tenere et dominare, et illut totum, ubi meruerit, cluderent, et arbustum ipsum abtis temporibus de super et de subter laborarent et cultarent, sicut locus ipse meruerit, ut proficiant et non dispereant, et ubi meruerit, infra totum ipso arbustum astas et bites plantarent, et ubi meruerit, bites traerent et totum eos laborarent, sicut dictum est; et licead illis et suis eredibus fobee et omnis sua utilitate iusta rationem ibidem facere, et annualiter, quando meruerit, arbustum ipsum rationabiliter bindemiarent, et per bindemie faciant scire ipsum abbatem vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum per medium illut inter se dibiderent: missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et illis mediatatem; et quale organeum da binum pars ipsius ecclesie adsingnaberint ad cellarium, quem ibidem pars ipsius ecclesie abet ad ipsi pariti, illis autem organeum ipsum conciarent bonum, sicut meruerit, et ipsa sortionem de ipso binum ipsius ecclesie ibidem mittere et adducerent ad ipso cellarium annualiter usque ipso constitutum, et ipso missum predicte ecclesie, dum ibidem steterit pro ipse bindemie reponendum, illis autem eum notrire secundum suam possibilitatem, et de quod annualiter in ipsa rebus seminaberint, deant exinde illis ibidem ad missum predicte ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi ipsi quadtuor anni licead illis et suis eredibus inde exire cum omnis sua causa et ire ubi boluerint, et inclita ipsa rebus laborata et clusa remittere ad potestate ipsius ecclesie. quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine ille et suos eredes ad pars ipsius ecclesie non adinpleberit et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa gaudia obligabit se suosque eredes ad componendum in pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui. verumtamen et per omnis annum ipsa palmentateca ad pars ipsius ecclesie daret, sicut consuetudo est de ipso locum, et ego superius ademari notarius subiunsit.

† ego dauferius notarius me subscripsi

† ego iaquintus notarius me subscripsi.

DLXXV.

A. D. 1005.

† σηγνο χηρος Κοσταντινος πρεσβητερος του αγηου νιχολαου.

Εν ονόματι τοῦ πατρος, καὶ του υιοῦ καὶ τοὺ ἁγίου πνευματος, ο προγεγραμμένος Κονσταντινος πρεσβυτερος ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιον σταυρον ἰδιοχειρος ποιήσας σὺν τῶ οἰκεῖω μου ὀνόματι, τὴν παροῦσαν ἔγγραφον ἁπλὴν τε καὶ ἄδολον, υευαῖαν τε καὶ τελεῖαν διάπρασιν ποιοῦμαι, εἰς ὑμὰς Θεοδωρον τοῦ χηναπιᾶριν, δι ἧστε ὁμολόγησα καὶ ὁμολογῶ πεπραχαῖνε αὐτό ἀπεντεῦθεν ηδει τὸ χωράφιον τὸ ὄντα καὶ διακείμενον ἐπὶκατωθεν τῆς μονῆς, τοῦ ἁγίου νιχολαου πέραν τοῦ χειμάρρου τοῦ εξερχοντος ἴσα τῆς αὐτὴς, μονὴς, εις χρεισοθαρία δύο, τὸ ἅπερ καὶ ἔχω ἀγωρασμενον ὑπο τοῦ δωρωθέου του υωρωνήτου ἔστιν δὲ ὁ περιόρισμὸς τοῦ ἀυτοῦ, χωραφιου, κατὰ μὲν, ἀνατολὰς, τό ρυαχην τον καταυαίνοντα ἕως τοῦ προειρημένου χειμάρρου, κατα δε δυσμᾶς ἡ ὀδός η καταυαίννουσα, ἕως τοῦ αὐτοῦ χεὶμάρρου· κατα δὲ ἄρκτρον ο προγραφης χεὶμαρρος, καὶ κατα μεσυμυρίαν εἰς τὴν χωρυφὴν τοῦ χωραφιου ὁ σήκνος· πέπραχα δὲ αυτο το χωραφιον του προειρήμένου Θεοδώρου εἰς τὰρία δύο συν ἡμερωδένδρων, καὶ ἀγριωδένδρων, καὶ πὰσης εἰσόδου καὶ ἐξόδου, οἰκεία μου βουλὴ, καὶ ἰδὶα τὴ προαιρέσει, καὶ οὐκ εκ τινος ἀνάγκεις, ἡ υἱας, ἢ δὸλου, ἡ χλεύης ἡ... ἢ ἐκ στρατὶωτικὴς δουλεῖας, ἢ τοῖς οἷας..... τοῦ ἐχειν αὐτον ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸ διήναικὲς, πουλεῖν, χαρὶζειν, καὶ εἰς ἰδίους χλιρονομους διαδιδῶναι εἰ δέ ποτὲ καιρῶ, η χρονο φωραθή τι κατα τῶν ἐμῶν συνκληρονόμον..... .... γραφέν δια χειρὸς νικητα...... μηνὶ ἀπριλιου ιε΄ ἐτους ςφιγ΄ παρουσια. . . . . αξιοπίστων μαρτυριων † ιψαντος μαρτυρ υπεγραψα ἡδια χειρι † Κωνσταντινος τρουλλης μαρτυρ υπεγραψα τὸν τίμιον σταυρον.

† Signum manus Constantini presbyteri Sancti Nicolai.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Constantinus presbyter, qui venerandam ac vivificam crucem propria manu exaravi, simul cum proprio meo nomine, hanc scriptam, simplicem, puram, firmam et perfectam venditionem facio tibi Theodoro Cenapiari filio, qua declaravi ed declaro vendidisse tibi ipsi iam nunc praedium situm et positum infra monasterium sancti Nicolai trans torrentem praetereuntem idem monasterium, pretio tarenorum aureorum duorum; quod (*praedium*) emi a Dorotheo Boroniti filio. Fines vero eiusdem praedii sunt: ad orientem est rivus qui descendit usque ad praefatum torrentem; ad occidentem via, quae pergit usque ad eundem torrentem; ad septentrionem torrens suprascriptus; et ad meridiem, praedii summitatem versus, Sicnus. Vendidi autem ipsum praedium praedicto Theodoro pretio tarenorum duorum cum arboribus sativis et agrestibus, et omni ingressu et exitu, propria mea voluntate, propriaque deliberatione, et a nemine coactus nec vi, nec dolo, nec fraude, nec...nec militari servitio, nec qualicumque... ut possideat ipsum iam nunc et in perpetuum, vendat, donet et suis heredibus tradat. Si vero olim aliqua occasione vel tempore deprehensum fuerit aliquid a meis coheredibus....... Scriptum manu Nicetae..... mense aprili, die 15, anno 6513, coram...... testibus fide dignis.

† Hipsantus testis propria manu subscripsi.

† Constantinus Trulla testis subscripsi venerandam crucem.

DLXXVI.

A. D. 1005.

† In nomine domini sextodecimo [1]) anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense magius, tertia indictione. memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia, una mecum adesset petrus comes qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, tradidimus iohanni liber omo filio alphani de terra pertinentem ipsius ecclesie de intus hanc salernitanam cibitatem in ipso plaiu a super ipsa ecclesia, per ec finis et mensuria: a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde sunt longitudo pedes biginti unum: a pars meridie similiter fine ipsius ecclesie, inde sunt per latitudo pedes decem et summisse: a pars occidentis similiter fine ipsius ecclesie, inde sunt pedes alii biginti unum: de super pars similiter fine ipsius ecclesie, inde sunt pedes decem et summisse, totum mensuratum ad iusta manum omini; ec vero supradicta terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum illut ei tradidimus in tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi licead ille et suos eredes supradicta nostra tradictione sue potestatis tenere et dominare, et fobeas et omnis sua utilitate ibidem facere, et casa ibidem edificare, et ibidem residere et abitare. ad completi ipsi biginti nobem anni licead ille et suos eredes inde exire cum omnis sua causa et exinde exfigere media ipsa casa, et tollerent inde medietatem ipsa lingnamina, et portare illut ubi boluerint sine cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et inclita ipsa terra cum media ipsa casa remittere ad potestate predicte ecclesie, et per omnis annum usque ipso constitutum de ascensionis domini pro seditu de ipsa terra stetit exinde a pars ipsius ecclesie dare de oleum candelas mediocre, et quando discurserit labina circa illut, quod superius ei tradidimus, tale edificium ibidem faciad, ut sic emad ipsa labina, ut nullam damnietatem fiad facta in muro de casis, que ibidem a subtus sunt, quas in sclimbo edificate sunt, damnum in ipsis parietibus non fiad factum per ipsa labina; quod et per bona combenientia guadia nobis ipse iohannes dedi et mediatorem nobis posuit seipsum; et per ipsa guadia etc. *Statuta multa decem auri solidorum constantinianorum.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego petrus notarius me subscripsi

† Ego ioannes.

---

[1]) Lege: *septimo decimo.*

DLXXVII.

A. D. 1005.

† In nomine domini septimo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense augustus, tertia indictione. Declaro ego sellictus domini gratia abbas monasterii sancte marie et sancti benedicti situs intus hanc salernitanam cibitatem, hubi ad corpus dicitur, quoniam pars nostri monasterii abet rebus in finibus mitilianense, qui est terra cum arbustu et abellanietum et quertietum, totum in unum coniunctum in locis qui nominatur aquabia, et cornu, et cassiano. Set propter grabiosum [1]) iter, unde ad ipsis rebus pergimus, bolueramus illut commutationis ordine dare et recipere exinde alia rebus, que nobis et nostri monasterii congrua fuerit. Et dum illut per plures diebus dibulgaminus, nemo inbenimus qui illut tollere boleret; quo audito eo, Maio presbiter et abbas hecclesie sancti maximi, quem domnus guaiferius olim princeps intus hanc salernitanam cibitatem a nobo fundamine construxit, dixit nobis, ut si dederimus im pars predicte hecclesie sancti maximi ipsa rebus predicti monasterii per finis et mensurie que inferius declaramus, ille autem daret pro exinde in pars predicti monasterii curte predicte sue hecclesie, qui est a foras et propinquo hanc cibitatem qui dicitur birideareo, quem per ipsum domnus guaiferius hibidem datum est, cum aqua de ribus faustini et palombara, qui in ipsa curte solita est benire per aquario antiquo. Nos autem talia audientes, cepimus inde habere colloquium cum theodericus adbocatorem nostrum et cum fratribus nostri monasterii; et inito consilio, comparuit omnibus nobis illut faciendum. Et dum illut pleniter perficere baleremus, ex utraque partes nuntiabimus illut supradicto domni guaimari exellentissimi principis, ut per illius licentiam et absolutionem anc faceremus commutationem. Ille autem pro sua pietate ut bideret, si bonum per partes hebeniret, per se ipsum una cum petro iudice et complures nobiliores omines suis parentibus et fideles super ipsis rebus una nobiscum perrexerunt, et diligenter illut probiderunt et estimaberunt; set omnibus illis et nobis comparuit, ut ex utraque partes bonum ebeniret: post hoc factum, ipse domnus princeps solutionem nobis tribuit illud faciendum. Et hideo ego nominatus sellictus domini misericordia abbas, una mecum ipsum theodericus adbocatorem nostrum, ante presentia supradicte gloriose po-

---

[1]) *grabiosum*, idest *salebrosum iter* (?).

testatis, et hibidem adessêt ipsum petrus iudicem et alii nobiles, quem ex utraque partes combocabimus, per bona combenientia per hanc scribtionem commutationis ordine tradidimus tibi maioni presbiteri et abbati, una tecum esset romoaldus adbocatorem nostrum qui est comes et unum de dominii predicte ecclesie, et alii dominii ipsius ecclesie, pro pars et bice predicte hecclesie sancti maximi inclita supradicta rebus nostri monasterii, qui est, sicut diximus, terra cum arbusto et abellanietum et quertietum, totum in unum, per hec finis et mensurie. A pars occidentis fine bia antika, sunt inde passi duocentiquinque: a pars meridie fine predicti monasterii, inde passi centum sedecim, et ab inde rebolbente in pars septemtrionis passi biginti et medium, et ab inde rebolbente in pars orientis per fine ipsius monasterii et coniungente in ribus et per ipso ribus asscendente usque in bia, qui deducit secus ipsa fontana, per ista fine passi tricenti biginti unum: a pars orientis fine predicta bia, inde passi sexaginta octo, et rebolbente in subtus usque in unum terminem passi decem et medium, et iterum descendente per terminem in pars occidentis passos centum quadraginta unum, et ab inde rebolbente in pars septemtrionis passi centum octo, deinde descendente in pars occidentis usque in ipsa bia antika passi duocenti sexaginta sex, totum mensuratum ad iusto passum homini; hec autem tota et inctita supradicta rebus per supradicte finis et mensurie, sicut superius legitur, in integrum illut tibi iamdicto maioni presbiteri et abbati, una tecum ipsum romoaldus comes adbocatorem vestrum, pro pars et bice predicte vestre hecclesie sancti maximi tradidimus, cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis, et cum bice de ipse bie et bice vobis dedimus de ipsa fontana aqua inde auriendum, quantum vobis necessum fuerit et vestre hutilitatis iusta ratione hibi faciendum. Et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostra commutatione, per alia cartula que aput nos scribta retinemus, recepimus a bos exdicta rebus predicte vestre hecclesie sancti maximi, qui est terra cum binea et bacuum et pomis, qui est, ut diximus, a foras et propinquo hanc cibitatem, hubi ad ipso birideario dicitur, sicut de de tribus partibus concluditur bie, et a pars orientis sicut medio ribus faustini disscernit; quam etiam et recepimus a bos pro bice iamdicte vestre hecclesie sancti maximi bicem et pertinentiam de ipsa aqua de ribus faustini et de ipsa aqua palombara et de aquario, unde consuetudo est aqua ipsa pergere ad ipsa curte, quod nobis dedistis hin oc ordine, ut licentiam et potestatem abeamus nos nostrisque successoribus et pars predicti nostri monasterii aquam ipsam de ipso ribus faustini et de ipsa aqua palombara lebare in cursum ipsum aquarum, in quo solita est pars vestre hecclesie sancti maximi aquam ipsam lebandum [1], et per

---

[1]) *lebandum*, idest *tollendum*.

cursum ipsum aquarum aquam ipsam deducere faciamus in kanale, quem pars vestre hecclesie positum habet a super bia caba, qui deducit iussta ipso ribus faustini et deducit per berelais et per ipsum canalem et per alium canalem, quod hibidem ponere debet monasterio sancti laurentii, et quanta aqua disscurrerit per ipsum canalem, quam pars nostri monasterii hibidem posuerit et per ipsum canalem monasterii sancti laurentii, tota discurrant per aquario, unde consuetudo fuit, usque in ipsa curte monasterii sancti laurentii, ubi ecclesia sancti sebasstiani dedicata est; veniente inter ipsa rebus sancti laurentii media tota ipsa aqua abeant pars archiepiscopio salernitano, et ipsa alia medietate dibidamus cum pars ipsius monasterii sancti laurentii: medietate tollad illud pars ipsius monasterii sancti laurentii, portandum in ipsis rebus suis, ad abendum qualiter boluerit, et ipsa alia medietate, quod est inclita quartam partem de tota ipsa aqua, abeant pars predicti nostri monasterii, portandum et abendum ad ipsa curte, quod superius nobis traddistis da ipso birideario per aquarium, unde consuetudo fuit pars predicte hecclesie sancti maximi aqua ipsa in ipsa curte portandum; et hubi in ipsa curte portaberimus, licead pars predicti nostri monasterii inde facere omnia que, aut qualiter boluerimus. Et quando ipsa aqua in predicta curte da ipso birideario portare boluerimus, licead pars nostri monasterii per ipsa rebus predicti monasterii sancti laurentii ingredere et regredere, absque damnietatem rationabiliter, et ipso aquario conciare, hubi ruperit et meruerit. Simulque et licead pars predicti nostri monasterii omni tempore totum aquarium ipsum, ab unde incipit a super ipsi canali et usque in ipsa predicta curte, quod nobis tradidistis, unde ex antiquitus cursit qui in pars vestre hecclesie sancti maximi pertinentem est, illum conciandum et edificandum, ut ipsa aqua perfecte exinde ire possat, sicut ex antiquitus inde cursit; et quando necesse fuerit canalem ipsum da ipsa aqua mutandum, sibe conciandum, potestatem abead pars predicti nostri monasterii illut hibi conciandum et mutandum, qualiter boluerint, et sic inde permaneamus cum pars ipsius monasterii sancti laurentii, sicuti pars predicte hecclesie sancti maximi exinde permanere debuit, belut scribtio combenientie et difinitionis continet, quem domnus antonius venerabile abbas ipsius monasterii sancti laurentii cum maio archidiacõnus et abbas qui fuit predicte hecclesie sancti maximi, factam habunt, quem nobis et partibus predicti nostri monasterii cum tres alie scribtionibus dedisti. Finitoque bikaria ipsa aput nos ea ratione, ut amodo et semper tu nominatus maio presbiter et abbas, et posteros tuos, et pars predicte vestre hecclesie sancti maximi ea omnia que supra legitur, vobis tradidimus, securiter et firmiter abeatis possidendum, dominandum, et omnia exinde faciendum quod bolueritis. De qua per bona combenientia obbligo me qui supra sellictus domini misericordia abbas, et meis successoribus, et pars predicti nostri mo-

nasterii amodo et semper antistandum et defensandum tibi maioni presbiteri et abbati tuique successoribus tota et integra supradicta rebus, quod vobis tradidimus infra supradicte finis et mensurie, et cum bice de ipse bie, da omnis omines omnique partibus; et ipsa bicem quod vobis dedimus ad ipsa fontana, et bia ad ipsa fontana defensemus vobis vestrisque successoribus et ad pars predicte vestre hecclesie santi maximi a pars ursi filii maraldi, et a pars arechisi filii imperati, et a pars costantini filii maranci, et a pars ursi filii lazari, et a pars iohanni germani istius ursi filii lazari, et a pars mulieri nomine sika, qui fuit uxor ipsius lazari, qui sunt ad ipsa rebus bicini, et pars nostri monasterii cum illis factam babet dibisiońem et diffinitionem; quam et defensemus vobis ipsa bice de ipsa fontana et bice de bia ad ipsa fontana da illi ominibus et partibus, qui pro pars nostra et pro pars predicti nostri monasterii preposuerint vobis et ad pars predicte vestre hecclesie sancti maximi qualiscumque causationes; et quando pars predicte vestre hecclesie de tota supradicta nostra tradictione boluerint per se inde esset autores et defensores, licentiam et protesstatem habeant bice predicti monasterii, cum qualis monimen et rationem inde abere potuerit, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter boluerint; si autem, sicut dictum est, taliter illut non defensaberimus, aut si nos nostrisque successoribus vel pars predicti nostri monasterii quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illut vel exinde vobis vel ad pars predicte vestre hecclesie sancti maximi tollere aut contrare, seu remobere, vel alique causationis vobis exinde preponere, per bona conbenientia componere obligo me qui supra sellictus abbas et meis successoribus et pars predicti nostri monasterii tibi maioni presbiteri et abbati tuique successoribus et ad pars predicte vestre hecclesie sancti maximi mille auri solidos constantinos; seu, et quando in pars predicte vestre hecclesie sancti maximi necesse fuerit due de ipse scribtionibus quod nobis dedisti, hoc est, una continentem, qualiter antonius venerabile abbas monasterii sancti laurentii diffinitionem fecit cum maio archidiacono et abbate predicte hecclesie sancti maximi de ipsa aqua et de aquario suo ante petrus iudex et alii testes qui hibi scribti sunt, scribta per romoaldus notarius; et ipsa alia continentem, qualiter domnus grimoaldus archiepiscopus sancte sedis salernitane de ipsa aqua diffinitionem fecerad cum ipsum maio archidiacono, et per combenientia ipse archiepiscopus manifestabit, ut per ipsa curte sancti maximi qui dicitur birideario, de ipsa aqua tollere non bolere, scribta per petrus notarius, et hibidem scribti ipsum grimoaldus archiepiscopus, et ipsum petrus iudex et aliis, et pars nostri monasterii inde scire feceritis, pars nostri monasterii ille vobis vel ad pars predicte vestre hecclesie sancti maximi deant, ad abendum ille usque dies quaddraginta, et post ipse quaddraginta dies semper ille in pars iamdicti nostri monasterii salbe retdatis, ad abendum ille pars nostri monasterii omni tempore in supradicta rationem. Nam et si in par-

tibus predicte vestre hecclesie sancti maximi necesse fuerit alia duobus scribtora, qui in una bolumine scribti sunt, unum ex illis continentem, qualiter radoaldus filius ermecausi donaberad guaiferi comiti filio dauferi, ut liceret illum et eius heredes omni tempore lebare et ducere aqua per ipsa terra eius da balle, da unde modo lebata est, et usque in fine fosscoaldi, scribtum de anno quinto domni ademari, de mense decembrio, sexta indictione, et hibidem scribti ragemprando notario, et ipse radoaldo, et radolfo filio leoni. Ipso aliut, qualiter andreas filius altei, et odelgari nepus eius pro se, et petrus germano suo in persona guaiferi comiti donaberat ermengnari bassum ipsius guaiferi, ut liceret ipsum guaiferi et eius heredes omni tempore lebare et ducere aqua per ipsa terra eorum in balle, unde modo decurrit da fine benedicti usque in bia pulbica, et istum similiter de eodem tempore et mense scribtum et a testibus roboratum, et pars nostri monasterii inde scire feceritis, tunc pars nostri monasterii ille vobis deant vel in pars predicte vestre ecclesie sancti maximi, ad abendum ille usque quadraginta dies, sicut et supradicte alie, et post quaddraginta dies semper ille im pars iamdicti nostri monasterii tote quadtuor salbe, quale ille vobis dederimus, retdatis, ad abendum ille omni tempore pars nostri monasterii in supradicta ratione; quam etiam et dedimus vobis pro vice predicte hecclesie una scribtio, qualiter ego prenominatus sellictus una cum toto adbocatorem nostrum ante presentia domni radoaldi abbati et alii testes dibidit cum benedictus et grimoaldus et iohannes et balsamus germani filii iohanni terra cum passtino de locum mitiliano, hubi proprio aquabia bocatur, per finis et mensurie, unde nos compreensimus pro vice predicti nostri monasterii sortionem erga ipso ribus, quem superius vobis confirmabimus, et illorum tradidimus inde in sorte ipsa alia sortionem per finis et mensurie, sicut ipsa scribtio continet, et per ipsa scribtio tingnaberunt illut in pars predicti nostri monasterii, scripta scribtio ista per iohannes notarius roborata sufficienter: predicta scribtio vobis dedimus pro defensionem de supradicta rebus, et quemammodum ipsi benedictus, et iohannes, et balsamus, et grimoaldus ipsa sua sortione de ipsa rebus in predicto nostro monasterio per ipsa scribtio tingnatum et obligatum abuerunt, ita semper tignatum et obligatum semper maneant in pars predicte vestre hecclesie sancti maximi, ut sic semper cum eis maneatis inde, sicuti pars nostri monasteriis cum illis inde permanere debuit, belut supradicta scribtio continet; et quando nos quesieritis habere autores de supradicta nostra bicariatione, detis nobis et ad pars predicti nostri monasterii ista scribtio, quod vobis modo dedimus, abendum nos illa usque dies quaddraginta, et nos et pars nostri monasterii supradicta bicaria vobis defensemus, sicut supra legitur, et post ipse quaddraginta dies salba ipsa scribtio, quale vos illam nobis dederitis, aput vos remittamus, abendum vos illa omni tempore in supradicta ratione et supradicta obligata pena. Et taliter

scribere rogabimus te roderisi notarium actum salerno.

† Ego qui supra petrus iudex

† Ego qui supra sellictus abbas

† Ego qui supra theodericus me subscripsi

† Ego madelfreda

† Ego petrus comes.

DLXXVIII.

A. D. 1005.

† In nomine domini sebtimo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense nobember, quarta indictione. Memoratorium factu a me iohannes sirrentino filio petri, qui sum commanente in locum nuceria, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, qui situm est intus anc salernitanam civitatem, et ibique essent subscripti testes, per demandationem ipsius abbati ad tenendum et lavorandum tradidit mihi petrus presbiter et primicerius ipsius ecclesie qui oto bocad, una clusuria de terra cum arbustis, quod pars ipsius ecclesie abet in ipso locum nuceria, ubi ad catacansulu dicitur, quod ipse petrus presbiter et primicerius ipsa clusuria de terra cum arbustis in beneficium retinet a pars ipsius ecclesie, per ec finis et mensurie: a pars orientis fine bia publica, sunt inde passi quadtuordecim: a meridie fine de eredes ruscinii filii petri, sunt inde passi sidecim, rebolbente per eadem fine in pars meridie passos viginti, rebolbente per ipsa fine ruscini in pars occidentis passi viginti, iterum rebolbente in pars occidentis per eadem fine passi tridecim, rediendo in pars sebtemtrionis per fine sancte marie passi viginti sex, iterum rediendo per eadem fine et per fine domnica, sicud inde limite et muro discernit, sunt inde passi centum decem et sebtem: a pars occidentis fine de eredes erchemperti et de ipsa eredes ipsius ruscini, sicud inde limite discernit, sunt inde passi triginta sebtem et cuvito unum: a sebtemtrionis fine de eredes ipsius ruscini, sicud inde limite discernit, sunt inde passi triginta quadtuor et cubito unum, rebolbente in pars meridie per fine de eredes dacuperti, sicud terminatum est, sunt inde passi decem et nobem et medium, iterum rebolbente eadem fine dacuperti in pars orientis, et per ipsa fine pergente et coniungente se in ipsa via priore fines, sunt inde passos centum quadtordecim et medium, totum ad iusto passum omini

mensuratum; ec vero clausum per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illud cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de bia sua inclitum illud mihi ipse petrus presbiter et primicerius per demandationem ipsius abbati ad lavorandum et tenendum tradidit tali ordine, ud amodo et semper omni tempore ad nostra et de nostris eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et ibidem resideamus et abitemus, et tota ipsa clusuria de terra cum arbustis abto tempore illud laboremus et cultemus de super et de subter, sicud locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et ubi meruerit, infra ipso arbustum arbores et vites pastenare et propaginare, nos autem et nostris eredibus illud ibidem pastenemus et cultemus sicud meruerit, et ubi meruerit, illud cludamus et clusum abeamus, sicud meruerit; et per vindemie tempore faciamus scire ipse petrus presbiter et primicerius, vel pars ipsius ecclesie, ud dirigad ibidem missum suum, et ego et meis eredibus totum ipso arbustum abto tempore vindemiemus, sicud meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum illud inter nos dividamus per medium: ipse petrus presbiter vel pars ipsius ecclesie tollad ipso vinum medietatem, et ego et meis eredibus tollamus requa medietate, et portemus ipsa eorum sortione de ipso vinum usque ad cellario, quod pars ipsius ecclesie abet in ipso locum nuceria a li pariti, et adsingnare nobis ibidem organeum vonum da vinum, et nos et nostris eredibus organeum ipsum vonum conciemus et reponamus in ipso organeum ipsa sua sortione de ipso vinum; et dum ibidem steterit ipso missum, nos et nostris eredibus illud nutriemus secundum nostra possivilitate et demus ei palmentateca, sicud meruerit; et que amodo et semper ibidem seminaverimus, demus inde ad ipso petrus presbiter vel ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore ego et meis eredibus illud per ipse finis et mensurie tenere et lavorare non boluerimus, inclita ipsa rebus laborata et cultata et clusa remittamus ad potestate ipsius ecclesie, et licead nos et nostris eredibus inde disturbare reditum, et excotere et omnis nostra causa movilia, et ire cum illud ubi boluerimus, sine contrarietate ipsius petri presbiteri vel de pars ipsius ecclesie. Unde pro taliter per vona convenientia per demandationem ipsius abbati guadia mihi ipse petrus presbiter et primicerius dedit, et mediatorem mihi posuit iaquintus diaconus et primicerius filius gaudiosi; et per ipsa guadia *etc. Sequitur formula consueta, statuta multa triginta auri solidorum constantinianorum.* berumtamen et oc memoramus, quia supradicta tradictio tradidit mihi ipse petrus presbiter per demandationem ipsius abbati una cum petrus comes, qui est adbocator et unum de domini ipsius ecclesie, per supradicta guadia omnia suprascripta omni tempore mihi et ad meis eredibus natos nascente ipse abbas et suis successoribus, vel pars

ipsius ecclesie adimplendum, et ipso binum quod est sortione sua, per tempore, quando boluerit, illud reponere ibidem intus ipsa casa mea, adsingnare nobis ibidem ipso organeum, et nos et nostris eredibus organeum ipsum bonum conciemus et reponamus ibidem ipsa sua sortione de ipso binum, et faciamus eorum ipso binum salbum, dum illud inde tulerit, absque degeneratione et ingne; et ipsa pecia cum arbustis, qui modo non est cultata, qui est intra ipse finis et mensurie, a partibus occidentis erga ipsa fine de eredes erche-perti et ruscinii, nos autem et nostris eredibus illud pastenemus, et cultemus et operemus amodo et usque sex anni completi de super et de supter, sicud de tantos annos locus ipse meruerit, ud bene paread factum, et ego et meis eredibus omnia adimpleamus omni tempore ad pars ipsius ecclesie, sicud eius continet brebe, per supradicta guadia et obligata pena, et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego Maio

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primicerius

† Ego Amore presbiter.

DLXXIX.

A. D. 1005.

Summarium :

† Decimo septimo anno principatus Guaimarii, mense Novembri, quarta Indictione.

« Haec charta de eadam locatione agit, de qua antecedens. »

« Idem notarius Romoaldus hanc chartam exaravit. »

Adsunt testium subscriptiones:

† ego maio

† ego iaquintus.

DLXXX.

A. D. 1006.

† In nomine domine sebtimo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense yanuarius, quarta indictione. memoratorium factu a me mari filio quondam ciceri, eo quod ante presentiam domni grimoaldi venerabilis archiepiscopus sancte

sedis archiepiscopatui salernitano, et ibique esset subscripti testes pro pars et vice ipsius archiepiscopii, per demandatione ipsius domni archiepiscopi ad tenendum et laborandum et pastenandum arbustum tradidit mihi truppoaldus presbiter et abbas ecclesie sancte marie plevis nucerie una pecia de terra bacua, quod pars ipsius archiepiscopii abet in ipso locum nucerie a subtus molinum ipsius archiepiscopii per ec finis et mensurie : a meridie fine archaturia de ipso molinu de fluvio saltera, sunt inde passi centum : a pars occidentis fine ipsius archiepiscopii, sunt inde passi quadraginta octo : de super a parte sebtetrionis fine ipsius archiepiscopii, sicud via discernit, sunt inde passos alii centum : a pars orientis fine ipsius archiepiscopii, et coniungente se in ipsa archaturia priore fines sunt inde passi quadraginta dui, totum ad iusto passum omini mensuratum. Ec vero predicta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illud cum omnia intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de bia sua illud nobis ipse truppoaldus abbas ad pastenandum arbustum tradidit tali ordine, ud amodo et usque duodecim anni completi ad nostra et de nostris eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et per circoitum illud cludamus et clusum abeamus, sicud meruerit, et totum eos pastenemus arbustum de bono vitineo, et quantum vinum vel frugens, et quic annualiter amodo et usque octo anni completi ibidem fecerimus, totum nostre sint potestatis, et nullam sortionem inde ad pars ipsius archiepiscopii demus; ad completi autem ipsi octo anni in antea usque quadtuor anni completi, ud amodo se compleant ipsi duodecim anni, quantum vinum ibidem fecerimus, tertiam partem inde demus ad pars ipsius archiepiscopii et due sortis illud nobis abeamus; ad completi autem ipsi duodecim anni nos autem et nostris eredibus abeamus in tota ipsa terra per ipse finis et mensurie arbustum factum, operatum, et cultatum, et surtum de super et de subter, sicud de tantos annos locus ipse meruerit, ud vene paread factum. Et yam in antea omni tempore, dum nos et nostris eredibus illud per ipse finis et mensurie tenere et laborare voluerimus, totum nostre sint potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et totum eos abto tempore illud laboremus et cultemus de super et de subter ipso arbustum, sicud locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et per vindemie tempore faciamus scire pars ipsius archiepiscopii, ut dirigad ibidem missum suum, et nos et nostris eredibus totum ipso arbustum abto tempore bindemiemus, sicud meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum inter nos dividamus in tertia parte : missum predicti archiepiscopii tollad ipso vinum tertiam partem, et nos et nostris eredibus tollamus relique due sortis; et ipsa tertiam parte, quod ad pars ipsius archiepiscopii ebenerit, nos et nostris eredibus annualiter illud

portemus usque ad cellario ipsius archiepiscopii, quod abuit ad ipsa plebem, et reponamus illud in organeum ipsius archiepiscopii, et demus ego et meis eredibus annualiter per vindemie ad pars ipsius archiepiscopii ad conciandum ipse bucti dua cercla bona, ud sufficiant ad ipse bucti ad conciandum; et dum ibidem steterit ipso missum nostrum, nos vel nostris eredibus illud nutriemus secundum nostra possivilitate, et demus ei palmentateca, sicud meruerit; et que amodo et semper ibidem seminaverimus, demus inde ad pars ipsius archiepiscopii terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea rebus ipsa per ipse finis et mensurie ego et meis eredibus tenere et laborare non boluerimus, inclita ipsa rebus laborata et cultata et clusa remittamus ad potestate ipsius archiepiscopii, et licead nos et nostris eredibus inde disturbare reditum, si ibidem factum abuerimus, et excotere et omnis nostra causa movilia, et ire cum illud ubi boluerimus, sine contrarietate ipsius archiepiscopii. Unde pro taliter per bona convenientia per demandatione ipsius domni archiepiscopi guadia mihi ipse truppoaldus presbiter et abbas dedit, et mediatorem nobis posuit amatus presbiter filius radecisi; et per ipsa guadia obligavit se ipse domnus archiepiscopus et suis successoribus, et pars ipsius archiepiscopii amodo et semper omni tempore defensare nobis nostrisque eredibus inclita supradicta tradictione cum vice de bia sua da omnis omines omnique partibus, et non illud mihi meique eredibus tollere aud contrare queras; quod si taliter omnia, ut superius legitur, mihi meique eredibus non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia obbligavit se ipse domnus archiepiscopus et suis successoribus, et pars sui archiepiscopii ad componendum nobis nostrisque eredibus triginta auri solidos constantinos, et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui. berumtamen, et si ego vel meis eredibus da ipsi duodecim anni in antea de ac terra salernitana exierimus pro aliubi ad abitandum, aut si talem fecerimus culpa, unde ad palatium . . . . inclita ipsa rebus remittamus ad pars ipsius archiepiscopii; et si infra tres anni in ac terra fuerimus rebersi ad abitandum, inclita ipsa rebus redeant ad nostra potestate, ad tenendum illut in suprascripta ratione; et si ipso annum, quando redierimus, ipsa rebus laborata inbenerimus, liceat ipso frudium tollere pars ipsius archiepiscopii; et si infra ipsi tres anni in ac terra non fuerimus rebersi ad abitandum, de ipsa rebus faciant pars ipsius archiepiscopii omnia quod voluerit, et ipso arbustum, quando meruerit, faciamus . . . . et ego superius dictus romoaldus notarius subiunsit.

† ego cedrus presbiter

† ego qui supra truppoaldus presbiter et abbas

† ego dauferius clericus.

DLXXXI.

A. D. 1006.

† In nomine domini octabo decimo hanno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense martius, quarta indictione. Memoratorium factum a me gizzu filius quondam iohanni, eo quod in locum nucerie ante bestigiis supradicti domni magni principi, dum astarent ibidem leo iudex et subscripti testes, per largietatem et absolutionem ipsius domni excellentissimi principi ad pastenandum tradiderunt mihi petrus clericus et notarius et iohannes ministeriali superii domni gloriosi principi, terra bacua, quem pars ipsius domni bidetur abere in locum balnearia finibus mitilianense, que abet finis et mensurie: de subter parte fine bia publica, inde latitudo passi biginti duo et medium: ab occidentem fine ipsius domni, et exsientem per vie ab inde descendente per limite et clusamen in parte orienti per tote iste finis abet inde passi duocenti triginta tres, ab inde se rebolbente in pars meridie et inde limite et clusamen dixscernit, inde passi quadraginta duo: similiter ab inde rebolbente et descendente in pars orientis inde limite et clusamen inde passi sexaginta quadtuor: de super ab ipsa pars orientem fine proprietate ipsius domni que est terra cum castanietum et quertietum, inde passi quadraginta tres: a pars meridie similiter propietate ipsius domni, inde passi triginta quadtuor, ab inde se rebolbet in pars septemtrionis passi octo et medium et summisse unum, ab inde descendente et coniungente se in ipsa priore bia per fine ipsius domni et de consortes eius et inde clusamen dissernit, inde passi duocenti quadtuor: tota ista mensuria ad iusto passum homini est mensuratum; ec bero rebus per iamdicte finis et mensuria cum omnia et cum propie finis et bice de ipse bie, et cum omnia intro se abentibus suis pertinentiis inclitum illut mihi ad pastenandum tradiderunt ipsi ministeriali per vice iamdicte gloriose potestatis; unde per bona combenientia ipsi ministeriali per demandatione ipsius domni magni principi guadia mihi qui supra gizzu dederunt, et mediatorem mihi posuerunt sesamus filius quondam litti; et per ipsa guadia hobligabit se ipsum domnus excellentissimus princeps et suis heredibus defensaret mihi et ad ominem illum, que nos ibidem ad pastenandum et laborandum miserimus, vel a nostris heredibus inclita ipsa sua tradictione ab omnis homines omnique partibus amodo et usque decem anni completi, et non illut nobis tollere aut contrare querant; et nos autem vel nostris eredibus debeamus illut tenere et lavorare et cultare, et circoitum illut cludere et clusum abere; et si voluerimus ibidem residere et abitare, et fobee

et omnis nostre utilitas ibidem facere, sicut meruerit, et totum illut per ipse finis et mensurie pastenare arbores et bites de bono bitineo; et de quantum vinum amodo et usque ipsi decem anni completi inde tollere et abere potuerimus, totum nobis illut abeamus et faciamus exinde omnia, qualiter nobis placuerit, apsque omni contrarietatem ipsius principi vel de eius heredes; at completi vero ipsi decem anni tunc nos vel nostris eredibus abeamus ipsa tota terra per supradicte finis et mensurie pastenatum et factum ibidem pastinum bonum cultatu, et surtum, et operatum, sicut de tantos annos fuerit et locus ipse meruerit, et ab ipsi decem anni in antea, donec nos vel nostris heredibus supradicta rebus per supradicte finis et mensurie illut tenere et laborare boluerimus, nostre sint potestati illut tenere et laborare de super et de subter suis temporibus, ut bene paread lavoratum et cultatum, et ubi meruerit, arbores et vites annualiter per tempore debeamus eos ibidem pastenare et propaginare,sicut meruerit, ut accrescant et non dispereant ipso pastino, et amodo clusum illut abere; et omne annu per vindemie tempore faciamus scire pars ipius iamdicte gloriose potestati vel de eius heredes, ad dirigendum ibidem missum suum at bigilandum ipsum vinum et recipiendum inde sortionem, et pars ipsius domni debeant nobis assignare organeum da vinum, ubi recipere possamus ipsa sortionem eius de ipso vinum, et nos vel nostris eredibus at nostrum spendium debeamus conciare ipso organeum da vinum bonum et illut preordinare in domus nostra intus ipsa curte, et acto tempore vindemiemus; et quantum vinum per omne annum inde nato fuerit, ibidem ad palmentum illut dividamus in tertia parte: pars ipsius domni mangni principi inde percipiant una sorte quod est tertia parte, et nos vel nostris eredibus inde percipiamus probter ipsa pastenatione et laboratione due sortis; et ipsa sortem ipsius domni de ipso vinum debeamus illut reponere in domus nostra in ipso horganeum, et faciamus illut salbum apsque generatione et ingne et mures, donec inde illud tulerint pars ipsius domni; et amodo et dum nos supradicta rebus tenere voluerimus, de que ibidem seminaberimus, per omne annum demus inde at pars ipsius domni terraticum secundum consuetudine de ipsum locum; et si nos vel nostris eredibus ipsius domni a foras ipse mensurie pastenaberimus et fecerimus ibidem arbustum, vel abellanietum, seu insitetum, vel alia poma ibidem plantaberimus, similiter ibidem omnes fruges dividamus in tertia partem, et sorti inter nos compreendamus in suprascripta ratione, et per partes faciendum de nostre sorti, qualiter nobis placuerint. et dum per ipse bindemie ibidem steterint missum ipsius domni at recipiendum ipsa sortionem de ipso vinum, tunc nos vel nostris eredibus secundum nostra possibilitate debeamus eum nutrire, sicut consuetudo est; et si nos vel nostris eredibus de ac terra exierimus et aliubi ad abitandum yerimus, vel talem fecerimus culpam, ud ivi a palatium cecidere debuerimus, tunc inclita

ipsa rebus per ipse finis et mensurie et est terra ipse mensurie heveniant potestati ipsius vel de eius eredes illut tenendum et frudiandum; et si infra quinque anni ic rebersum erimus ad abitandum, et in ipsa nostra pastenationem boluerimus redire, tunc licentiam abeamus illut recolligere; et si voluerimus ibidem residere et abitare, et in supradicta ratione illut laborare, et totum ipsum frudium per omne annum in tertiam partem inter nos dividamus, et illut dividere, et sorti tradere in supscripta ratione, hubi liberati fuerimus de ipsa culpa; et quot si nos vel nostris eredibus noluerimus tenere et lavorare ipsa nostra pastenationem ab ipsi decem anni completi in antea, tunc licentiam abeamus inde disturbare redita et palmenta, si ibidem abuerimus, et inde illut tollere cum omni causa nostra quem ibidem abuerimus, et inde illut excotere et portare, ubi boluerimus, absque omni contrarietate. . . . . vel de eius eredes. unde obligabit se ipsum domnus excellentissimus princeps et suis eredibus . . . . nostris eredibus ipsa rebus tenuerimus inclitum illut defensare nobis vel a nostris eredibus . . . . berumtamen oc recordamus, quia supradicta rebus que est a foras ipsa mensuria per hec finis. . . . . meridie fine ipsius domni et dę consortes eius: ab oriente sicut media serretella dixsernit: a septemtrione sicut mediam balletella dixsernit fine rebus ominibus airolisi; quot si ipsum domnus gloriosus princeps vel eius eredes noluerint defensare nobis nostrisque eredibus inclita ipsa sua traditionem per supradicte finis et mensurie, et est terra ipse mensurie usque ipsa serrā, ab omnis omines omnique partibus, et tollere aut contrare illut nobis quesierint ante ipsa costituta, vel si de omnia, quomodo et qualiter superius legitur, aliquit inde remobere aut. . . . . quesierint, tunc per bona combenientia hobligabit se ipsum domnus gloriosus princeps et suis eredibus at componendum mihi meique eredibus, vel ad ominem aput quem brebem istum in manu paruerit, quinquaginta hauri solidos constantinos. † et unc brebem scripsi ego isdictus petrus clericus et notarius per iussionem superii domni magni principi.

† Ego qui supra Leo.

DLXXXII.

A. D. 1006.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, quarta indictione. Memoratorium factu a me leo presbiter filio

iohanni, eo quod ante subscribti testes per bona combenientia tradidit mihi iannaci castaldus filius quondam ursi bice sua et vice grusu genitrice sua inclita sortionem et bice illorum et pertinentiam, quam illis abent in ecclesia illorum pertinentes bocabulum sancte dei genitricis marie et sancti iohanni apostoli, qui constructa est in rebus illorum de locum beteri, cum casis qualiter modo sunt, et cum omnis rebus et causam ipsius hecclesie pertinentes et cum causa mobilia de ipsa hecclesia pertinentes; hoc sunt, hunum liber comite betere, et alium liber comite nobum, et una omelia, quaddraginta et unum gestaru betere, et unum antephanarium de nocte betere sine note, et unum spalteriu betere, et planete de linu due, et una planeta de siricu, ammicta dua, orari dui, calice de stamu [1]) duo, et una pactena de stamu et alia de lingnu, manule unu intaliatu, cortine due, sindones undecim, pannilli serici decem, unum crucifixum de lignum et una cruce de rame, cona una, duobus becti [2]) de ferru, et dua tiribula, et candelari de rame tres et alie tribus cone; de ec omnia que supra legitur, et de predicta ecclesia et de omnis rebus stabile et mobile ipsius hecclesie pertinentes inclita sortione sua et ipsius genitricis sue, et quale bicem et pertinentia hibi bunt [3]) et habuerunt, vel abuerint, mihi tradidi; quam et tradidit mihi rebus in ipso locum beteri quod ipse iannaci et ipsa genitrice sua in eadem ecclesia offeruerunt, ut sic manead rebus ipsa in ipsa hecclesia, sicut continet scribtio offertionis quod illis abunt, qualiter illut in ipsa hecclesia offeruerunt. Tali ordine illut mihi tradidit, ut amodo et diebus bite mee inclitum illut nostre potestatis teneamus et dominemus, et in cellis ipse et casis residere ed abitare, et in ipsa hecclesia die noctuque officiemus et officiare faciamus, sicut decet presbiter billanus, et rebus ipsa laboremus et ad laborandum demus, ut proficiant et non dispereant; et omnis binum, et frugens, et offerta, et botationes, seu sepultura, quod inde tollere et abere potuerimus, totum illut nobis abeamus, faciendum quod boluerimus, et que per illis vel per aliis in eadem ecclesia datum vel offertum quomodocumque fuerit, totum illut nobis abeamus; tantum, si rebus vel animalia biba, aut talem causam in ipsa hecclesia introierit, qui pertinead ad ornamentum et regimen de ipsa hecclesia, semper sint de ipsa hecclesia, ad ego illut regendum et gubernandum, sicut et ipso aliut, et amodo et diebus bite mee inclita supradicta sua tradictione ille et suos heredes nobis defensare cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus, et non illut vel exinde nobis tollere vel contrare que-

---

[1]) *de stamu*, scilicet *ex stanno*,

[2]) *becti*, idem ac vectes.

[3]) *bunt*, pro *habent*.

rad: tantum per omnis annum amodo et diebus vite mee in passca resurrectionis et in natibitas domini demus eis vel ad eorum heredes due oblate et unum cereum; post vero meum hobitum inclita supradicta sua tradictione ad eius et de suis eredibus rebertar potestatem, et heredes meas habeant licentiam inde excutere omnis meum mobilem, sicut per me dispositum fuerint, et licentiam habeam diebus bite mee mittere unum omo ad colligere castanee in casstanieta, quod illis commune habunt cum consortibus suis in locum passciano, et quante casstanee hibi collexerit ipsum homo, tote ille nos tollamus et abeamus. de qua per bona combenientia guadia mihi ipse iannaci dedit et mediatorem mihi posuit ioannaci filium mansoni castaldi; et per eadem guadia *etc. Statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.*

Et unc brebem scribsi ego roderisi notarius qui interfui.

† Ego toto me subscripsi

† ego romoaldus me subscripsi.

DLXXXIII.

A. D. 1006.

† In nomine domini hoctabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense magius, quarta indictione. memoratorium factu a nos andrea presbiter et garofalus germani filii quondam ursi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie vocabulum sancti maximi de intus civitate salernitana, et una cum ipso abbas adessent romoalt et petrus comitibus germani filii alfani comiti, qui sunt dominii ipsius ecclesie, per bona combenientia per demandationem ipsius abbati et per largietatem ipsorum comititus tradidit nobis iaquintus diaconus et vicedominum ipsius ecclesie de rebus, quod pars ipsius ecclesie habet in locum ubi ad caminatella dicitur finibus nucerie, per hec finis et mensurie: a pars occidentis fine via puplica, sunt inde passi triginta septem et medium: a septemtrionis fine ipsius ecclesie, sunt inde quinquaginta hocto: ab oriente fine similiter ipsius ecclesie, et inde sunt passi sexaginta duo: revolvente per ipsa fine in pars occidentis sunt indeque passi viginti tres et cubitum unum: iterum revolvente per eadem fine in pars septemtrionis sunt inde passi decem et hocto: iterum revolvente in pars occidentis per ipsa fine et coniungente se ad ipsa via que est priora fine, sunt inde passi triginta quadtuor, totum ad iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus per

iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua illut nobis ipse iaquintus diaconus ad pastenandum arbustum tradidit tali ordine, ut amodo usque duodecim anni completi ad nostram et de nostris heredibus sint potestatem eos tenendum et dominandum, et fovee et omnis nostre utilitatis iuxta rationem ibidem faciendum, et ibidem resideamus et abitemus, et pastenemus ibidem arbores et vites de bono vitineo seu arboribus pomiferis; et quantum vinum et quodcumque frudium amodo usque decem anni inde tollere vel abere potuerimus, totum nostre sint potestati, faciendi que voluerimus. ad completi autem ipsi amodo duodecim anni, nos vel nostris heredibus habeamus in tota ipsa rebus per iamdicte finis et mensurie perfectum arbustum factum, surtum et operatum secundum consuetudinem loci uius, et sicut de tantos annos esse meruerit; et da completi ipsi duodecim anni in antea omni tempore, dum nos et nostris heredibus illut tenere et lavorare voluerimus, licead nos illut tenere et annualiter aptis temporibus lavoremus eos de super et de subter, sicut locus iste meruerit, et totum eos per circuitum cludamus et clusum illut habeamus, sicut meruerit, et ubi meruerit, arbores et vites et propagines eos ibidem plantemus et propaginemus, ut bene paread lavoratum et cultatum, quatenus proficiad et non dispereat; et quantum vinum da ipsi decem anni in antea inde exierit, totum illut ibique ad palmentum inter nos in tertiam partem dividamus, et omnem annum per vindemie faciamus nos scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum pro recipiendum ipsa sua sortione de ipso vinum: ipso missum eidem ecclesie tollat inde una sorte quod est tertiam pars, nos autem vel nostris heredibus tollamus inde duobus sortionibus, et pars ipsius ecclesie adsignet nobis organeum bonum da vinum ad cellarium quod habuerit in eodem locum nucerie, ubi ad li pariti dicitur, et nos ipsum annualiter apto tempore conciemus bonum, sicut meruerit, et reponamus illum intus ipso cellarium, et ipsa sortione de ipso vinum, quod a pars predicte ecclesie inde evenerit, nos illut portemus ad predictum cellarium, et mittamus illut intus ipsum organeum; missum vero quod pars prefate ecclesie per vindemie ibidem direxerit, nos illum nutriamus secundum nostra possivilitatem et demus ei palmentatica iuxta ratione, et de quem annualiter in eadem rebus amodo et semper seminaverimus, demus inde terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudinem loci uius; et si propter iram de seniorem, vel pro qualivet causa de hanc terra exierimus et infra tribus anni reversi fuerimus hic ad abitandum, tunc ipso annum quando redierimus, licead ille homo qui illut lavoraverit, ipso frudium de ipsum annum inde tollere, et post ipsum frudium recollectum inclitum illut ad nostram et de nostris eredibus perveniant potestatem, ad tenendum et lavorandum illut in supradicta ratione; et si da

ipsi duodecim anni in antea aliquando tempore ipsa rebus tenere et lavorare non voluerimus, licead nos vel nostris heredibus inde exire et tollere inde redita et omnis nostra causa movilia, et iret cum eo voluerimus, sine contrarietate predicte ecclesie, et tota ipsa rebus operata et clusa remittamus ad potestatem ipsius ecclesie. unde per bona combenientia per demandationem ipsius abbati et de ipsi domni ipsius ecclesie guadia nobis ipse iaquintus diaconus dedit et mediatores nobis posuit petrus filius quondam benedicti et ursus presbiter filius iohanni qui sunt abitatori in locum pau; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.* verumtamen et hoc recolimus, quia per supradicta guadia obbligavimus nos et nostris eredibus, ut quanta poma de ipsi decem anni in antea inde exierit, nos vel nostris eredibus apto tempore colligamus, et tertiam partem inde demus ad pars iamdicte ecclesie, et due sortis inde nobis abeamus, et hunc brebem scripsi ego ioannes clericus et notarius qui interfui.

† ego qui supra maio presbiter et abbas

† ego iaquintus diaconus et primicerius.

DLXXXIV.

A. D. 1006.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, mense magius, quarta indictione. Ante me adenolfus comes et iudex coniuncti sunt dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie, quem domnus iohannes et domna sichelgaita principibus construxerunt in curte sua intus anc civitatem ad ortum magnum inter muro et muricino, et maraldus presbiter qui est commanente de cumpsie [1]) filio genci, et una cum illis adessent iaquintus notarius qui est adbocatorem ipsius ecclesie, et alfanus et pepinus filii petri, una cum ipsi germani adessent (*deest nomen*) adbocatorem illorum, propter rebus stavile que fuit cuidam leti. unde ipse maraldus presbiter ostedit una cartula continentem, qualiter supradictus letus filius gaidoni dederat omnis rebus sua stavile et movile medietatem cum medietate de casis exinde de rebus, quod clarificaverat abere in locum copercle et pellenzanu et per aliis locis, ubique inde inbentus dederit in tinore quem inferius declaramus, ut si de adelchisa visavia eidem maraldi eredes fuerit, aberet ipsa rebus

---

[1]) *Cumpsie*, hodie *Consa* in Princ. Salern.

rocci viro illius et eredes eius; et si de ipsa adelchisa que fuit filia predicti gaidoni, eredes non fuerit, redirent at potestatem ipsius leti et de eius eredes; unde ipse maraldus presbiter qui natus est de eredes predicti rocci et adelchise, offeruit medietatem tota ipsa rebus in predicta ecclesia sante marie. unde ibique ostederunt due cartule offertionis, unam emisit ad pars ipsius ecclesie, et aliam talem quod ipse maraldus sue potestatis retinuit. unde et ipsi germani ostederunt una cartula continentem, qualiter martinus filius predicti leti venumdederat rebus sua quod abuit in copercle et in pellenczanum et silbuncino, leoni et mandelchisi germani filii ademari visavio ipsorum germani, unde inter illis de ex eadem rebus plures causationes fuerunt; set antequam per legem illut inter se finirent, venerunt exinde ad vona combenientia, unde et ipsi germani et ipsi abbas et maraldus presbiter adcommunaverunt tota ipsa rebus que fuit predicti leti, de quanta illis modo de ipsa rebus dominaturi et possessuri sunt ex medietate ipsorum germani, et medietate de ipsum abbas et predictum maraldus, et in antea per partes quanta monimen de ipsa rebus per partes abere potuerint, totam illam ostendere usque ad veram et diffinitam legem et cum alteri hominibus qui de ipsa rebus tenunt, unanimiter exinde causare absque omni colludio usque ad veram et diffinitam legem, et de quod de ipsa rebus advincere potuerint, vel acquidere, per medium illut inter se dividere: ipsi germani cum consortibus suis tollant illut medietate, et ipse maraldus presbiter cum partibus predicte ecclesie medietate, faciendum inde per partes quod voluerint. Unde in eo hordine ad combenientia, sicut diximus, inter se pervenierunt et fecerunt per largietatem et absolutionem suprascripti gloriosi principis, et per vona combenientia sue bolumtatis guadiarunt, inter se exinde ipsi germani cum predicto suo adbocatorem posuerunt mediatores se ipsis, et ipse abbas et iamdictus maraldus posuerunt mediator iohannes presbiter filius maghenolfi presbiteri; et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula, statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* tamen, si de alia rebus ipsorum germani aliquit contentio preposuerint ipsi abbas et iamdictus maraldus presbiter et partibus ipsius ecclesie, et ipsi germani monimen eorum ostederit, quomodo non fuisset de partibus ubi ipse maraldus presbiter ereditare deberet, et per legem illut cum sacramentum firmare potuerit, securiter illut sivi aberent, et ipse nominatus maraldus presbiter obligavit se illorum germani, ut in ec combenientia firmiter facerent, permanerent omnes consortes suos et illorum eredibus, et omnes homines qui pro sua parte et datum et pro pars et datum ipsius consortibus eius de ec combenientia emiserit quodcumque causationes, et pro pars ipsius ecclesie et predicti maraldi presbiteri hoc scribere fecimus te dauferius notarius.

† ego qui supra adenolfus.

DLXXXV.

A. D. 1006.

† In nomine domini hoctabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense magius, quarta indictione. memoratorium factu a me iaquintus diaconus et vicedominum ecclesie vocabulum sancti maximi de intus civitate salernitana, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ipsius ecclesie sancti maximi, et ibidem adstantibus subscripti testes, per bona combenientia per demandationem ipsius abbati tradidi ego andree presbiteri et garofali germani filii quondam ursi de rebus, quod pars predicte ecclesie habet in locum ubi ad caminatella dicitur finibus nucerie; tamen una cum ipso abbas adessent romoalt et petrus comitibus germani filii alfani comiti qui sunt dominii ipsius ecclesie; est enim rebus ipsa per hec finis et mensurie: a pars occidentis fine via puplica, sunt inde passi triginta septem et medium: a septemtrionis fine ipsius ecclesie, sunt passi inde quinquaginta hocto: ab oriente similiter fine ipsius ecclesie, et inde sunt passi sexaginta duo; revolvente per ipsa fine in pars occidentis, sunt inde passi viginti tres et cubitum unum; iterum revolvente per eadem fine in pars septemtrionis sunt inde passi decem et hocto; iterum revolvente in pars occidentis per ipsa fine et coniungente se ad ipsa via que est priora fine, sunt inde passi triginta quadtuor, totum ad iusto passum homini mensuratum. hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie cum omnia infra se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua ego illut ipsorum andree presbiteri et garofali ad pastenandum arbustum tradidi tali ordine, ut amodo usque duodecim anni completi suam et de suis heredibus sint potestatem eos tenendum et dominandum, et fovee et omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem faciendum, et ibidem resideant et habitent, et ibidem pastenare arbores et vites de bono vitineo seu arboribus pomiferis; et quantum vinum vel quodcumque frudium amodo usque decem anni inde tollere vel abere potuerint, totum illut sibi abeant, faciendi quod voluerint; ad completi autem ipsi duodecim anni illis vel illorum heredibus habeant in tota ipsa rebus per iamdicte finis et mensurie perfectum arbustum factum, surtum et operatum, secundum consuetudinem loci illius, et sicut de tantos annos esse meruerit; et da completi ipsi duodecim anni in antea omni tempore, dum illis vel illorum heredibus illut tenere et lavorare voluerint, licead illis illut tenere, et annualiter aptis temporibus lavorare eos de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, et totum eos per circoitum cludere et clusum habere, sicut meruerit, et ubi me-

ruerit, arbores et vites et propagines eos ibidem plantemus et propaginemus, ut bene pareat lavoratum et cultatum, quatenus proficiat et non dispereat; et quantum vinum da ipsi decem anni in antea inde exierit, totum illut ibique ad palmentum inter nos in tertiam partem dividamus, et omnis annum per vindemie illis vel suis heredibus faciant scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missum suum pro recipiendum ipsa sua sortione de ipso vinum: ipso missum eidem ecclesie tollat inde una sorte quod est tertiam partem, et illis vel suis heredibus tollant inde duobus sortionibus, et pars ipsius ecclesie adsignet illorum organeum bonum da vinum ad cellarium, quod pars eidem ecclesie habet in eodem locum nucerie, ubi ad li pariti dicitur, et illis annualiter apto tempore ipsum organeum conciare, sicut meruerit, et reponat illum intus ipso cellarium; et ipsa sortione de ipso vinum quod ad pars predicte ecclesie inde evenerit, illis vel suis eredibus dirigad illut ad predictum cellarium, et mittamus illut intus ipsum organeum; missum vero quod pars prefate ecclesie per vindemie ibidem direxerit, illis vel suis heredibus nutrire eum secundum suam possivilitatem, et deant ei palmentatica iuxta ratione, et de quem in eadem rebus annualiter seminaverint, deant inde terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudinem loci illius amodo et omni tempore. et si propter iram de seniorem, vel pro qualivet causa de hanc terra exierint, et infra tribus anni reversi fuerint hic ad abitandum, tunc ipso anno quando redierint, liceat ille homo, qui illut lavoraverit, ipso frudium de ipsum annum inde tollere, et post ipso frudium recollectum inclitum illut ad illorum potestatem perveniant, ad tenendum et lavorandum illut in supradicta ratione; et si da ipsi duodecim anni in antea aliquando tempore ipsa rebus tenere et lavorare non voluerint, liceat illis vel suis heredibus inde exire et tollere inde redita et omnis sua causa movilia, et iret cum eo voluerint sine contrarietate predicte ecclesie, et tota ipsa rebus operata et clusa remittat ad potestate predicte ecclesie. Unde per bona combenientia et bone sue voluntatis guadia mihi qui supra iaquinti diacono pro pars et vice ipsius ecclesie ipsi nominati andrea presbiter et garofalus dederunt, et mediatores mihi posuerunt petrus filius quondam benedicti et ursus presbiter filius iohanni, qui sunt habitatori de locum pau finibus ipsius nucerie; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus, ut si taliter omnia, ut superius legitur, ipsi nominati andrea presbiter et garofalus vel suis heredibus ad pars predicte ecclesie noluerint adimplere, vel aliquit de quo superius legitur, removere aut contrare quesierint, per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus ad componendum ad pars predicte ecclesie viginti auri solidios constantini, et omnia, ut superius legitur, per invitis eos adimpleant in supradicta ratione. verumtamen et hoc recolimus, quia per supradicta guadia obligaverunt se ipsi germani et suis heredibus, ut quanta poma da ipsi

decem anni in antea inde de ipsa rebus exierit, illis vel suos eredes illa debeant apto tempore colligere, et tertiam partem inde deant in pars iamdicte ecclesie, et due sortis inde sivi abeant. et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

DLXXXVI.

A. D. 1006.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu cristi temporibus domni sergii et domni mansoni genitorem et filium gloriosissimi ducis, anno tertio die . . . . mensis iunii, indictione quarta, amalfi. Certum est me urso filio quondam lupini de domno erini, et invicem de ipsi infantuli nepoti mei filii quondam leoni presbiteri, et sergio germani mei a presenti die et tempore prontissima voluntatem tradere et assignare visus sum vobis domno mastalo filio quondam leoni roiboli, idest partes tres de ipsum campum nostrum in fonti positum; hoc est ipsa portionem meam et ambe ipse portionis de suprascripti infantuli nepoti mei; tote tres partes vero inclite vobis assignavimus cum vie sue et omnia sua pertinentia, qualiter per ipsi merisi continet quod inter nobis fecimus; eo vero placito, ut cultetis, pastinetis ividem vineam et pomifera, et armetis cum omnem vestrum expensarium, et de sex in sex annos partire deveamus, dum oportuerit vos de suprascripta terra laborare; et omnem frugium, quod vovis deus dederit ividem, totum vestre sit potestatis, nobis exinde aliquod non detis usque in suprascripta constituta, quod dicimus partire de sex in sex annos: tantum, et diximus, dum vos de suprascripta terra laborare volueritis per ipsa suprascripta constituta, hoc est de sex in sex annos, partire deveamus celum terra per medietatem, et neque nos, neque omo noster vobis ividem nullus invitus, aut virtutem, vel invasionem faciamus, set av omnem ominem nos vobis eos defensare promittimus; et quando iam non oportuerit vos de suprascripta terra laborare quantum vacuum exinde remanserit, in nostram remaneat potestatem; et si vos ipsa portionem vestram vindere venieritis, nobis eos vendere deveatis at appretiato; et si nos eos comparare non voluerimus, vindere deveatis cui volueritis; et si nos vindere venierimus ipsa portionem nostram, vos aveatis pro timissi eos conparare at appretiato; et si vos eos conparare non volueritis, vindere deveamus cui voluerimus. Unde inter nos promittimus, ut qui de nos de suprascripto placito minuare aut retornare presumerit, componere deveat auri solidi viginti bytiantei, et ipsum placitum per

invitus conplere deveat, et chartula ista firma permaneat in presentia testium leone filio petro de campulo, mirando filio leoni comitis, tauro filio constantini de tauro comite.

† ego ursus scriva scripsi.

DLXXXVII.

A. D. 1006.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guarimarii glorioso principe, mense iulius, quarta indictione. Memoratorium factum a me disiio de mitiliano filio ingnelgardi presbiteri ante subscribti testes tradidi petri de amalfi filio ursi, ut liceret ille abscidere lingna de montaneis nostris, quod ego et lando germanus meus abemus in falerzo, et cetara, et carbonara, et ferolitu; infra ec finis illut ei tradidi: de una parte fine medio flubio de carbonara: de alia parte fine, sicut discernit media serra de falerzo, qui et ipsa serra dicernit da fine nostra: da parte meridie fine vinee de locum ercle: de super capite fine montaneis de amalfi, que dicitur vitice; per iste finis tradidi ipsius petri ad laborandum vice mea et vice liutardi consortes meos et vice ipsius landoni germanus meus, ut ille et eius eredes tanta lingna exinde abscidere, ut sufficiant ei laborandum matere [1]) et alia causa pro paramentum de una barca, et dedit nobis exinde censum duo auri tari; et si plus ibidem laborare boluerint, similiter iusta rationem inde nobis censum dare. unde guadia michi dedit, et mediatorem michi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter nobis non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, componere nobis nostrisque eredibus decem auri solidos costantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent, et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego amatus me subscripsi.

[1]) *matere*, idest *materiem*.

DLXXXVIII.

A. D. 1006.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iulius, quarta indictione. memoratorium factu a me sergi filio iohanni presbiteri, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit michi maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eo esset romoaldus comes adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, inclita curte illa qui est terra cum arbusto de locum cornu finibus mitilianense, quod per bicaria data fuit cum alia rebus indeque in pars ipsius ecclesie per pars monasterii sancti benedicti; ideo inclita ipsa curte, qualiter nunc ego tenui da pars ipsius monasterii, sic inclita ipse abbas michi tradidit ad laborandum. unde pro taliter guadia michi dederunt, et mediatorem michi posuerunt maghenolfus presbiter filius quondam granati, tali ordine, ut amodo et usque septem bindemie recollecte licead nos et nostris eredibus et omines, quem ibidem miserimus, inclita ipsa curte nostre potestatis tenere et dominare, et ibidem residere et abitare, et omnis sua utilitate iusta rationem ibidem facere, et abtis temporibus arbustum ipsum potare, et ubi meruerit, arbores et bites plantemus, et eos propaginemus et studiemus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread factum, et ubi meruerit, illut cludamus et per tempore, quando meruerit, illut bindemiemus et curam inde abeamus, et per bindemie faciamus scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum et poma exinde per medium illut inter nos dibidamus: missum ipsius ecclesie tollad illut medietatem, et nos medietatem; organea bero da binum, quem nobis pars ipsius ecclesie adsingnaberint, illas autem eam, sicut meruerit, conciemus, et ipsa sortionem predicte ecclesie de ipso binum ibidem mittamus et salbum illum faciamus, donec illut inde tulerint pars ipsius ecclesie, absque degeneratione et ingne et mures; casa vero que ibidem est, eas bona conciemus, et ibidem resideamus et abitemus, et omnis nostra utilitate ibidem faciamus, et ipsa organea cum predicto binum ibidem abeamus; et de quod annualiter usque ipso constitutum in ipsa rebus seminaberimus, demus inde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et dum ibidem steterint missum predicte ecclesie annualiter pro ipse bindemie reponendum, ille autem eum nutriemus secundum nostra possibilitatem, et sicut meruerit, demus ei ipsa palmentateca. ad complete ipse septem bindemie licead nos et nostris eredibus et omines quem ibidem miserimus, inde exire cum omnis

nostra causa, et ire ubi boluerimus, et inclita supradicta illius tradictione cum ipsa casa bona conciata remittamus ad potestate predicte ecclesie. et per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie amodo et usque ipso constitutum defensare nobis nostrisque eredibus inclita ipsa sua tradictione, cum bice de bia sua et cum bice de bia ad fontane indeque pertinentem ipsius ecclesie da omnis omines omnique partibus; quod si taliter *etc. Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primicerius

† Ego iaquintus

† Ego ioannes.

DLXXXIX.

A. D. 1006.

Summarium huius instrumenti vetustate erosi:

† « Decimo octavo anno principatus Guaimarii filii quondam Guaimarii principis, mense « Septembri, quinta Indictione. Locatio in perpetuum medietatis terrarum *in loco Nucerie* « *in Barbacianu* a Canforato subdiacono, una cum Amato iudice et advocato, adstante « Adelferio abbate, facta Costantino amalphitano pro medietate vini et fructuum. »

Finis textus:

Unde pro taliter per convenientia pro pars et vice ipsius ecclesie guadia nobis ipse costantinus dedit et mediatorem nobis posui guiso filio quondam martini, et per ipsa guadia obligavit se ipse costantinus et suos eredes; quod si taliter *etc.* Quod scripsi ego romoaldus notarius.

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego smaracdus notarius me subscripsi.

DXC.

A. D. 1006.

† In nomine domini hoctabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense september, quinta indictione. memoratorium factu a nobis iaquinto et riso germani filii nandi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia guadia nobis dedit petrus filius sellicti de pandola eo tinore, ut tollere sibi uxor habendum puella nepotem nostra imelaita nomine, filia maiorini, qui fuit germanum nostrum, et ubi eam habuerit, aput se emittere ad eius potestatem firmum scriptum morgincapb de quartam partem ex ua [1]) substantia, sicut lex et consuetudo est omini langobardi dandum ad suam uxorem, et quieta bita cum ea bibere, et iniuste ei non facere; et si aliquit inde contradixerit et talia non adimpleberit, quinquaginta solidos constantinos componere obligabit se nobis nostrisque heredibus, et per inbitis eos complirent, si quis iniuste ei facere presumserit. unde quante vices a nos aut da hominem illum, cui brebem iste in manum paruerit, fuerit pulsatus, et ubi nos ei evbangelia habuerimus paratam, et ille non fuerit exinde ausus nobis iurare cum duodecim suís parentibus, tunc per omnis vices componere nobis se obligavit biginti solidos, et in antea per inbitis beneam habere, et colere sibi uxorem, et quieta bita cum ea bibere, et iniuste ei non facere, pignera que pro talia pignerata fuerit, siad retdita absque iustitia; et si capta fuerit foras castello aut cibitate de quo fuerit abitantes, et ista parte mare iusta infra ista italia fuerit inbenta, tunc de quantum pretium ei dare boluerit unum talem suum parentes quod iuste fuerit, ille autem eos recipere et a sua parte adiungere ibi duos tantum pretium, et abeant pro eam maxima certamen et inquisitione; et si eam inbenerit, emant illam et reducant eam aput se uxorem abendum in suprascripta ratione, scepto si eam inbenire non potueri, aut ad ipso pretium eam emere non potuerit, unde ausus fuerit iurare iusta legem, tunc retdant ipsa tertiam parte de ipso petium et solutus inde manea. alia wadia nobis dedit ipsum sellictum, et per eadem wadia obligabit se dandum ad ipsum filium suum et ad predicta uxore sua nepotem nostram, ubi deus illis coniunserit et quesierit ei sorte de omnis rebus, substantiis, et casis et mobilibus suis talem inclita sortione, quale ad unum filium suum masculinum legitimum, ita

---

[1]) *ex ua*, ex sua.

tamen talem sortionem inde sibi percipiant, quale et unum de ipsi filii sui, et largire illis super se abitare, et de omnis illorum causa que modo abunt et in antea parare et conquidere potuerit, non illut vel exinde eorum tollere absque eorum bolumtate, nec de ipsa sorte quod eorum dederit; et si aliquit inde eorum tulerit per inbitis, illut eorum retdant, et alium filium suum, vel alia nura sua non remeliorare de omnia sua causa; et si remelioratum paruerit, non sit stabile, set per ista wadia flad disrupto et redeat ad confusione, ad dibidendum inter se fratres equaliter. quod si taliter non adimpleberit et aliquit de omnia suprascripta remobere aut contrare quesierit, tunc per bona combenientia per ipsa wadia obligabit se componere ad ille ominem, cui brebem iste in manum paruerit, biginti solidi constantini, et per inbitis taliter adimplerent; et pro omnia suprascripta adimplendum, sicut supra legitur, ipsi nominati pater et filius, tamen ipse petrus filius eius per absolutionem ipsius genitori suo, et ipsum astante mediatores nobis posuerunt disiio filium et germanum eorum et maraldus filium machenolfi presbiteri. quod scripsi ego mirandus notarius et interfui.

† Ego romoaldus

† Ego sikenolfus.

DXCI.

A. D. 1006.

† In nomine domini hoctabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, Mense hoctuber, quinta indictione. ydeoque nos disiio filius quondam iohanni et mulier nomine bigurita filia boroni, relicta quondam mari et supradicto iohanni, qui sumus mater et filia, declaro ego bigurita, quoniam mihi est pertinente abere a pars supradicti mari qui fuit priore viro meus, quartam pars in omnis rebus sua, quod michi ipse vir meus emisi in die nostre copulationis, quando me sivi uxorem sociavit, et congruum michi est exinde venumdare quartam pars de medietate de una pecia de terra cum vinea et bacuum uno teniente in locum campiliano salernitane finibus per hec finis et mensurie: de suptus latere a pars meridie fine petri filii mauronti, sicut termiti ficti sunt, est passi triginta quinque et gubitum unum: a pars orientis similiter fine ipsius petri, et exiente in bia pupblica est inde passi biginti minus gubitum unum: de super latere fine ipsa via publica, est per ora de ipsa via passi biginti hocto: de alia pars ab occidente similiter fine ipsius petri, sunt inde passi decem usque in fine falconi presbiteri, et per ipsa fine fal-

coni pergente per medio refaneo et coniungente in priore fine, sicut termiti discernit, sunt inde passi quindecim. Totum mensuratum at iusto passum homini per iste finis et mensurie congruum michi exinde est venumdare supradicto petri inclita quartam pars de supradicta media pecia de terra; et ut pleniter ego iamdicta mulier vinditrice ipsa perficere possamus, feci exinde notitia alechisi diacono, et pandoni, et petri qui sunt germani mei, et secundum legem michi inde consentiens esse; illis autem michi exinde consentiens fuerunt, et una simul cum ipsis meis germanis perreximus quorum presentia romoaldi castaldi nostro, cui hec omnia nota fecimus: ipse vero castaldus secundum legem me iamdicte mulier diligenter me interrogavi et inquisivi, ne forte aliqua violentia esse patibula ab ipso filio meo, aut a quacumque homine: in eius presentia manifesta sum, nullam patere violentia, set spontanea mea esse bolumtate ipsa terra per suprascripte fini et mensurie, sicut dictum est, inclitum illut venumdare ipsius petri, quorum ipsi germani mei michi inde consentiens fuerunt; et pro firmitatis causa ipsi mei germani et ipso castaldo in ac cartula suis manibus posuerunt, et iaquinto notario per notitia de ipso castaldo et de ipsi germani mei cartulam vindictionis cepit inde scribere, ut apsque damnationis legis securus inde manere. Et ydeo nos suprascripti filius et mater, sicut nobis congruum est, bone nostre boluntatis per hanc cartulam per apsolutione suprascripti gloriosi principis, quem nobis dandum direxi per ipsum romoaldum castaldum, communiter nos suprascripti mater et filius venumdedimus tivi iamdicto petri inclita suprascripta nostra vindictione per suprascripte finis et mensurie, cum omnia infra se abentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua, at securiter et firmiter amodo et semper tu tuique heredibus, et cui cartula ista in manu paruerit, illut abendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis. et pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram vindictionem a presentis recepimus a te communiter tres auri tari in omnis deliberationem, sicut inter nos combenit: finitoque vero pretium ipsum aput nos ea ratione, et per bona combenientia guadia tivi petri dedimus et mediatorem tibi posuimus me ipsum disiio; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa decem auri solidorum constantinianorum.* quando autem de suprascripta nostra vindictione per vos ipsis bolueritis inde esse auctores, vice nostra licentiam et potestatem abeatis, cum ista cartula et cum quale monimen et rationem inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, et vobis illos abeatis; nam, quando nos quesieritis inde abere auctores, nos autem et nostris heredibus illut vobis defensemus et omnia vobis adinpleamus, sicut superius legitur, per suprascripta guadia et obligata pena. Quam enim iaquintus notarius per partes scribere rogabimus hactum salerno.

† Ego qui supra romoaldus castaldu.

DXCII.

A. D. 1006.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe; mense december quinta indictione. Ante me leo iudex causabit petrus presbiter et primicerius ecclesie sancti maximi pro pars et vice ipsius ecclesie cum petrus presbiter filius ermengardi de locum nuceria dicendum ei, ut ipse petrus presbiter et ominibus suis malo ordine et sine ratione introisset in rebus cum arbustis de eodem loco nuceria ubi ad catacansulu dicitur, pertinentem ipsa rebus de ipsa ecclesia, quod ipse petrus presbiter et primicerius illut in beneficium retinet, et fobee ibidem fecisset, et force et assari inde tulisset, et sepali inde abscidisset. et ipse petrus presbiter talia audientes, responsum ei retdidit dicendum, plures rebus in eodem loco nuceria ubi dicitur catacunsula abere, set nescire unde cum eum causavit. ex quo inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut per partes a super ipsa rebus pergere cum iudice notario, et ipse petrus presbiter et primicerius pro pars ipsius ecclesie monstraret ipsius petri presbiteri ipsa rebus, unde cum eo cause abet, et per partes plicaret se cum suis rationibus et secundum legem inter se inde finem facere. modo autem, ut diximus, abierunt in die bero constitutum, et per partes ipsi petrus et petrus presbiteri una mecum et alii plures ominibus a super ipsa rebus perrexemus, et ipse petrus presbiter et primicerius ante me qui supra leo iudes monstravit ipsius petri presbiteri ipsa rebus, et ipse fobee, et ipse force et assari et sepali abscise, qualiter superius cum eo causavit, et bolebat inde ascidere iudicium de ipsa inbasione. Unde ego qui supra iudex interrogavimus ipsum petrus presbiter, ut ipse fobee, et force, et assari et ipse sepali ipsum abscidisset et tulisset: ipse Petrus presbiter ibique presens negavit dicendum, ut in ipsa rebus quam monstravit ipsa supradicta inbasione, numquam in ipsa rebus fecesset. iterum inter eis iudicabi et utrisque illis guadiare feci, ut ipse petrus presbiter et primicerius pro pars ipsius ecclesie parare sancta dei evvangelia, et ipse petrus presbiter secundum legem inde ei iurare; unde ipse petrus presbiter et primicerius posuit ei mediator iaquintus diaconus et primicerius, et ipse petrus presbiter posuit mediator petrus salperti, et taliter scribere precepimus tivi romoaldus notarius.

† Ego qui supra Leo.

DXCIII.

A. D. 1007.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, quinta indictione. memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes, una mecum adesset romoaldus et petrus comitibus, qui sunt de dominii et adbocatori de ipsa ecclesia, coniuntus sum cum petrus, et iohannes, et ursus, et amatus germani filii garofali, et cicerus qui sunt congnati, et maraldus et ferrandus germani filii adelgardi, et iohannes filius sellicti, et boso filius iohannis, ipse iohannes filius sellicti pro bice sua et pro bice de germani sui et ipse maraldus filius adelgardi pro bice sua et de iohannes nepote suo filio mirandi propter quod inter se associatam abunt rebus, qui est arbustum et abellanietum de locum, ut proprio trocclati et intenza dicitur finibus rotensis, quod ante os annos ipse garofalus genitor ipsorum germani per brebem ad pastenandum compreensum abuit, et inter se rebus ipsa associaberunt, una socia in pars meridie et alia in pars septemtrionis; unde ipsi nominati maraldus et ferrandus filius adelgardi, et iohannes filius sellicti, et boso filius iohannis compreensam et tultam abunt ipsa socia da meridie, qui aduc non est operatum ipso arbustum, et ipsi alii compreensam abunt ipsa socia da pars septemtrionis, et pro qua operatum non est ipso arbustum qui est in ipsa socia da meridie; nos autem causabimus cum illis de ipsa socia qui est a pars meridie de ipso arbustum, qui adhuc operatum et surtum non est, et per lex cecidere debunt exinde ipsi filii garofali; et illis ostederunt ipso brebem pastenationis, et nos ipso brebem nostrum continentem, qualiter ipse garofalus ad pastenandum compreensum abuit ipsa rebus per finis et mensurie, sicut ipsi brebri continunt. et cum fuerunt ipsi brebri relecti, bolumtarie nostre una cum ipsi domini ipsius ecclesie donabimus illorum exinde omnis calumnie, et nos una cum ipsi comitibus tradidimus illorum tota et inclita ipsa rebus, quem ipsi brebri continunt, in eo ordine, ut illis et suis eredibus operarent et surgerent, sicut meruerit, totum ipso arbustum, que aduc ad surgere est in ipsa socia da meridie, et de quantum binum inde exierit, amodo et usque duos annos completos, faciant scire nos vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ipso binum que exierit de ipsa socia da meridie, per medium illut inter se dibiderent: missum ipsius ecclesie ibidem ad palmentum tollad ipso binum et ipsa poma medietatem, et illis medietatem; et ipso alio binum et poma que exierit, et ipse abellane de

totum ipso aliut arbustum dibidant cum missum ipsius ecclesie, sicuti per partes ipse socie tenunt, in tertiam partem: missum ipsius ecclesie tollat inde tertiam partem, et illis due sortis in illo ordine que ipse garofalus per ipso brebem tenere debuit, ad completi ipsi duos annos illis et suis eredibus abeant operatum et surtum ipso arbustum de ipsa socia da meridie, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread factum, operatum, et laboratum et surtum ; et iam in antea omni tempore illis et suis credibus inclita ipsa rebus tenerent et laborarent in omni ordine et ratio, sicut continet ipso brebem pastenationis da ipsum garofalus; et de quod amodo et semper in tota ipsa rebus annualiter seminaberint, deant exinde in pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et ego et meos successores et pars ipsius ecclesie illorum et ad eorum eredes adinplere debeamus, sicuti adinplere debuit ipsius garofali et ad eius eredes per ipso eius brebem; et illis pro taliter bolumtarie sue obligaberunt se et suis credibus, ut omnia nobis vel in pars ipsius ecclesie similiter adinplere, sicuti ipse garofalus et eius eredes obligatus fuit per ipso nostrum brebem in partibus ipsius ecclesie, et per omnis annum per bindemie deant illis et suis credibus ibidem ad missum ipsius ecclesie, sicut meruerit, palmentateca. unde de omnia suprascripta illis et suis credibus in pars ipsius ecclesie adinplendum in omnes suprascripti guadia nobis dederunt, et mediatorem nobis posuerunt ipsum maraldus filius adelgardi pro se et pro ipsi germani sui, et ipsi alii mediatorem posuerunt domnandus filius quondam alfani de ipso locum muntoru qui est genero ballense; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis credibus, ut si omnia suprascripta per supradicto ordine nobis vel in pars ipsius ecclesie non adinpleberit, et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obligaberunt se suosque eredes ad componendum nobis vel in pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos; tamen ipsa medietate quod ipsi duos annos de ipso binum in pars ipsius ecclesie ebenire debet, portarent illis ipso binum ad casa de ipsa eredes garofali, ubi positum fuit ipso alium binum, et da inde in antea omni tempore illis et suis credibus in pars ipsius ecclesie sic adimplerent, sicut continet ipso brebem que abemus a parte ipsius garofali, per supradicta guadia et obligata pena, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego grimoaldus notarius me subscripsi

† ego iaquintus.

DXCIV.

A. D. 1007.

† In nomine domini octabo decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense februarius, quinta indictione. memoratorium factu a me iohannes clericus filius amori presbiteri, eo quod ante presentia petri clerici et abbatis ecclesie sancti petri cappella palatii, et ibidem adesset subscripti testes, per bona combenientia quam et per eius demandatione tradidi petri filio quondam godiczi, una mecum adesset toto adbocatorem ipsius cappelle, terra vacua pertinentem ipsius ecclesie de locum uliaria finibus salernitanis, quod ego in beneficium retineo da pars ipsius ecclesie per ec finis et mensuria : a pars occidentis fine flubio grancaria, et aliquantum pertange in fine ipsius ecclesie, sunt circa ora de ipso grancario passos quinquaginta duo ; et da inde rebolbente in pars orientis, qualiter rebolbit ipso flubio, passos duodecim ; et da inde saliente et rebolbente in pars septemptrionis circa ribus qui se coniungit cum ipso flubio, rectum passos sex, et ubi complunt ipsi sex passi prebaricante ipso ribus in pars orientis aliquantulum pertange in fine predicte ecclesie, et abiente circa alio ribus passi biginti sex : a pars orientis, sicut discernit media sepe, qualiter per totum rebolte discernit, sunt passi septuaginta sex : a pars septemtrionis sunt passi quadraginta, totum mensuratum ad iusto passum omini; ec vero supradicta terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum illut ipsius petri tradidimus una cum ipso adbocatorem ipsius cappelle. unde pro taliter guadia nobis ipse petrus dedit et mediatorem nobis posuit petrus filius quondam (*deest nomen*) qui dicitur desenda, tali ordine, ut amodo et usque biginti anni completi licead ille et suis eredibus et omines quem ibidem miserint, tota nostra supradicta tradictione sue potestatis tenere et dominare, et fobeas et omnis sua utilitate ibidem facere, et eos totum pastenarent arbustum , sicut meruerit et ubi meruerit, cannietum et salicetum adque pomis , et quantum frudium et binum, et quicquit exinde tollere vel abere potuerint amodo et usque decem anni completi, totum illut sibi aberent, faciendum que boluerint : tantum de quod annualiter ibidem seminaberint amodo et usque ipsi decem anni completi, deant inde ibidem ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, ad completi ipsi decem anni ille autem et suis eredibus abeant in tota ipsa terra infra predicte finis et mensurie arbustum factum operatum et surtum, seu cannietum et salicetum et pomis, totum bonum factum, sicut de tantos annos meruerit ;

et iam in antea da completi ipsi decem anni usque alii decem anni, ut amodo se compleant ipsi biginti anni, ille autem et suos eredibus totum illut annualiter, quando meruerit, laborarent et cultarent, sicut locus ipse meruerit, ut bonum paread laboratum et cultatum, et per tempore, quando meruerit, rationabiliter ipso arbustum bindemiarent, et faciant me vel pars ipsius ecclesie per tempore scire, ut ibidem dirigere missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum, et quicquit de tota ipsa terra exierit, et poma, et salices, et canne, per medium totum illut inter se dibiderent : missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et ille et suos eredes medietatem : ipsum missum predicte ecclesie, dum ibidem steterint, ille et suos eredes eum notrirent secundum suam possibilitatem. ad completi vero ipsi biginti anni ille autem et suos eredes abeant in tota ipsa terra infra predicte finis et mensurie arbustum bitatum, factum, et operatum, et cultatum, et surtum, sicut de tantos annos meruerit, ut bene paread factum, seu cannietum et salicetum et pomis, et plicarent se pars ipsius ecclesie, et ille et suos eredes dibiderent tota ipsa terra cum arbusto et cannietum et salicetum et pomis iusta ratione per medium: pars ipsius ecclesie compreendad et tollad exinde medietatem in quale parte boluerit, et illius ed ad eius eredes tradant exinde in sortes ipsa alia medietate cum bice de bia sua, per talem firmam securitatem bonam factam, ut omni tempore ille et suos eredes securiter et firmiter illut abere possant, defensatum semper per pars ipsius ecclesie ipsius petri et ad eius eredes, cum bice de bia sua, da omnis omines omnique partibus : reditum et palmentum que ibidem abuerit, si ebenerit in ipsa sua sortione, aberent illut sibi, et si ebenerint in ipsa sortione ipsius ecclesie, potestatem abeant illut exinde exfigere et excutere exinde cum omnis sua causa et portare ubi boluerint, sine cuiuslibet contrarietate vel requisitione: tantum, si aliquando tempore ille et suos eredes ipsa sua sortione vel exinde daturo vel binditturo abuerint, non aberent potestatem cuicumque illut dare, preter in pars ipsius ecclesie, ad iusto pretium que iuste fuerit adpretiatum, et faciant scire pars ipsius ecclesie pro illut tollendum per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerit illut emere ad iusto baliente pretium, tunc post ipsa constituta licead ille eos dare cui bobuerint; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederint absque licentia de pars ipsius ecclesie, sic ut de illorum potestate flad substractum, tunc sine pretium rebertar ad potestate ipsius ecclesie; et si aliquando tempore ille aut suos eredes de ac terra salernitana exierint pro aliubi ad abitandum, aut si talem fecerint culpam, unde ad palatium cecidere debuerit, tunc sortionem suam de ipsa rebus, si in suprascripto ordine non fuerit datum, perbenirent ad potestate ipsius ecclesie; et si infra tribus anni ic ad abitandum rebersi fuerint, aut si de ipsa culpa liberati, tunc sortionem

suam de ipsa rebus, si in suprascripto ordine non fuerit datum qualis illis diebus fuerit, rebertar ad illorum potestate, ad abendum illut omni tempore in suprascripta ratione; et si taliter omnia, ut superius legitur, ipse petrus et suos eredes in pars ipsius ecclesie non adinpleberint et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obligabit se suosque filios et eredes ad componendum in pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos: tamen da completi ipsi decem anni usque alii decem anni de quod in ipsa terra seminaberint, amplius exinde in pars ipsius ecclesie non deant, preter ipso terraticum, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego alfanus notarius me subscripsi

† Ego romoaldus me subscripsi.

DXCV.

A. D. 1007.

† In nomine domini nono decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iunius, quinta indictione. memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia, una mecum adesset romoaldus, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, tradidimus iohanni et grimoaldi germani filii quondam stefani una clusuria de terra cum arbusto et bacuum uno teniente, quod pars ipsius ecclesie abet in locum angre, ubi ad casamabile dicitur, per ec finis et mensuriis: a pars orientis fine bia, est inde longitudo passos nonaginta sex: a pars meridie fine bia puplica, sunt inde passi centum octo: a pars occidentis quomodo limite discernit, sunt per ipso limite longitudo passos sexaginta octo: rebolbente et exiente da inde usque in fine de eredes domni radelghisi, sunt per ipsa rebolta latitudo passos nonaginta quadtuor: a pars occidentis per ipsa fine de eredes predicti domni radelghisi usque in palude pertinentem ipsius ecclesie, sunt per ipsa fine longitudo passos octoaginta quadtuor: a pars septemtrionalis quomodo ipsa palude de ipsius ecclesie discernit, super per ipsa fine latitudo passos centum septuaginta quadtuor, et exiente in ipsa bia qui est priore fine; ec vero supradicta rebus ad iusto passum omini mensuratum totum et inclitum illut eorum ad pastenandum et laborandum tradidimus. unde pro taliter guadia nobis ipsi germani dederunt et mediatores nobis posuerunt se ipsis, tali ordine, ut amodo et usque sidecim anni completi licead illis et suis eredibus et omines, quem

ibidem miserint, tota supradicta nostra tradictione per supradicte finis et mensurie sue potestatis tenere et dominare, et de quantum est ipso bacibum, totum illut pastenarent arbustum, sicut meruerit de bono bitineo, et ubi meruerit, illut propaginarent infra totum ipso arbustum, et arbores et bites plantarent, et totum ipso arbustum temporibus suis laborent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiad et non disperead, et quando meruerit per tempore, totum ipso arbustum bindemiarent, et faciant annualiter illis scirent pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum et omnis poma exinde per medium illut inter se dibiderent: missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et ipsi germani medietatem; tamen de quantum binum et frugens exierit de illut quod pastenaberint amodo et usque octo anni completi, totum illut sibi aberent et nullam sortionem in pars ipsius ecclesie exinde deant; ad completi ipsi octo anni illis et suis eredibus abeant in totum ipso bacibum arbustum bonum factum, operatum et surtum, sicut decet de tantos annos, et da inde in antea usque ipsi sidecim anni completi illut tenerent, et abtis temporibus illut laborarent et cultarent, sicut locus ipse meruerit, et totum ipso binum ibidem ad palmentum cum ipsum missum ipsius ecclesie per medium illut inter se dibiderent, sicut et ipso aliut de ipso arbustum, et licead illis et suis eredibus usque ipso constitutum in ipsa rebus residere et abitare, et ipsa rebus, ubi meruerit, clusam aberent, et per tempore pars ipsius ecclesie adsignarent eorum organea da binum ad cellarium ipsius ecclesie de illuc ubi dicitur ad ipsi pariti, et illis organea ipsa per tempore, sicut meruerit, conciarent et studiarent, et totum ipso binum sortionem ipsius ecclesie ad ipso cellarium per bindemie portemus, et ipso binum in ipsa organea quem·illis conciaberint, mitterent; et, dum ibidem pro ipse bindemie steterint ipsum missum predicte ecclesie, aut pro ipse aire, illis eum notrirent secundum suam possibilitatem, et ipsa palmentateca ad ipsum missum ipsius ecclesie darent, sicut meruerit; et de quod in tota ipsa rebus seminaberint, deant illis exinde in pars ipsius ecclesie annualiter ibidem terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; ad completi ipsi sidecim anni licead illis et suis eredibus inde exire cum omnis sua causa que ibidem abuerint, et pergere cum illo ubi boluerint, et inclita ipsa rebus laborata et cultata et, ubi meruerit, clusa remitterent ad potestate ipsius ecclesie; et si taliter *etc. Statuta multa quinquaginta solidorum auri constantinianorum pro pactis non servatis.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego iaquintus

† Ego grimoaldus notarius me subscripsi.

DXCVI.

A. D. 1007.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense octuber, sexta indictione. memoratorium factu a nobis maghenolfus presbiter et petrus clericus, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia per demandatione et largietate domni maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et ipsum astante, tradidimus maghenolfi filio sellicti, una nobiscum adesset maio filius quondam maioni, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, de rebus predicte ecclesie de locum muntoru, ubi campu faraoni dicitur, quod nos in beneficium tenemus da pars ipsius ecclesie per ec finis et mensuria: est ipsa rebus a pars orientis fine ipsius ecclesie, quod ad pastenandum retinet iaquinto et grimo, sunt inde passos octoaginta duo: a pars meridie similiter fine ipsius ecclesie, sicut bia discernit, sunt inde passos septuaginta quadtuor; et da inde abiente in pars meridie per fine de eredes alerisi et fine sancte marie et dommerami, sunt inde passos centum duo: a pars occidentis fine bia, sunt inde passos triginta quadtuor: a pars septemtrionis fine ipsius ecclesie sancte marie, inde sunt passos septuaginta; et rebolbente in pars occidentis per eadem fine sunt passos decem et octo; et ab inde iterum rebolbente in pars septemtrionis erga fine ipsius ecclesie sancti maximi sunt inde passos triginta quadtuor usque in priore fine, totum mensuratum ad iusto passum omini; de ec vero res infra supradicte finis et mensurie inclita medietatem in pars occidentis eidem maghenolfi tradidimus, qui est ista medietate pastenatum arbustum et bacuum: in simul et tradidimus ei inclita medietatem de una pecia de terra cum abellanietum et bacuum ibique coniuntum qui est in pars septemtrionis: ec supradicta medietatem totum, sicut diximus, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bia sua ei tradidimus. Unde pro taliter guadia nobis dedit et mediatorem nobis posuit iohannes congnato suo filio amati tali ordine, ut amodo et usque decem anni completi licead illum et suos eredes supradicta nostra tradictione sue potestatis tenere et dominare, et fobeas et omnis sue utilitatis ibidem facere, et eos pastenare, sicut meruerit, arbustum et abellanietum; et quantum binum et abellane annualiter amodo et semper inde exierint, faciant illis et suis eredibus annualiter scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum et abellane secche dibiderent inter se in tertiam partem: missum predicte ecclesie tollad inde tertiam partem, et illis due sortis, et amodo et semper ille

et suos eredes tota ipsa rebus temporibus suis laborare et cultare, et clusum abead, sicut meruerit locus ipse, et totum eos laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et pars ipsius ecclesie adsingnarent ibidem eorum organea, ubi reponerent ipsa sua sortione de ipso binum, et illis organea ipsa, sicut meruerit, conciarent, et ab intro casa sua, ubi residente est, in ipso locum reponere, et ipso binum salbum facerent, usque dum pars ipsius ecclesie illut inde tulerint, absque degeneratione et ingne et mures: missum predicte ecclesie, quem ibidem direxerint pro ipse bindemie reponendum et recipiendum ipsa sua sortione de ipso binum et ipse abellane, dum ibidem steterint, illis et suis eredibus eum notrirent secundum suam possibilitatem et eius fuerit mensura; et de quod in ipsa rebus annualiter seminaberint, deant in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi amodo ipsi decem anni illis et suis eredibus abeant in tota supradicta tradictione infra supradicte finis et mensurie arbustum factum, bitatum, et cultatum et surtum, et in ipsa medietate de ipso abellanietum totum factum plantatum abellanietum surtum, sicut de tantos annos meruerit et loci illius est consuetudo; et illis et suis eredibus omni tempore illut tenerent et laborarent in suprascripta ratione, et annualiter in pars ipsius ecclesie palmentatica darent, sicut consuetudo est locus ipse; et quale tempore da ipsi decem anni in antea rebus ipsa tenere et laborare non boluerint, tunc inclitum illut laboratum et clusum remitterent ad postestate ipsius ecclesie; et si forsitans illis et suis eredibus de ac terra salernitana exierint pro aliubi ad abitandum, tunc rebus ipsa perbeniant ad potestate predicte ecclesie; et si infra tribus anni ic ad abitandum rebersi fuerint, et boluerint rebus ipsa tenere et laborare in suprascripto ordine, tunc inclitum illut ad illorum rebertas potestate, ad abendum et tenendum illut in suprascripto ordine: tantum ipso annum quod ic rebersi fuerint, licead pars ipsius ecclesie de ipsa rebus tollere ipso frudium. quod si taliter *etc. Statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi

† Ego Iaquintus.

DXCVII.

A. D. 1007.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri guaimari gioriosi principis, mense nobember, sexta indictione. Memoratorium factum a me machenolfus presbiter filius granati, eo quod ante subscripti testes per bona combenientiam per demandationem et largietatem domni maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, qui edificatum est intus salernitana cibitatem, et ipsum astantem, et una mecum adesset maio filius idem maioni qui est adbocatorem et unum de dominii ipsius ecclesie, tradidimus ad laborandum et pastenandum maioni clerico . . . . . . una pecia de terra pertinentes ipsius ecclesie sancti maximi qui est igitur terra ipsa in locum muntorum, ubi campu faraoni dicitur, rotense finibus, quod ego in beneficium reteneo a pars ipsius ecclesie per ec finis et mensurie: da partibus orientis fine ipsius ecclesie sancti maximi, sunt inde passi biginti nobem: da partibus septemtrionalis est similiter fine predicte ecclesie, sunt inde passi septuagintam: da partibus occidentis fine bia anticam, sunt inde passi sidecim: da partibus meridie fine predicte ecclesie, sunt inde passi sexaginta et medium, totum ad iusto passum ominis mensuratum. ec bero rebus per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut ei ad laborandum et pastenandum tradidimus, tali ordinem, ut amodo et omni tempore liceat illum et eius eredes rebus ipsa tenere et laborare, et fobeas et omnis sua utilitatem ibidem faceret, et illut pastenaret arbusto bitatum de bono bitineo; et amodo et usque septem anni completi, tunc quantum binum et quitquit frugens et labores inde tollere et abere potuerit, totum illut sibi aberet, et nulla sortionem inde tollere querat pars ipsius ecclesie: preter, de que annualiter ibidem seminaberit, daret inde terraticum ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudinem de ipso locum, et da ipsi septem anni in antea quinque annos, ut compleant se amodo duodecim annos, tunc quantum binum inde fecerit, daret inde tertiam pars ad pars ipsius ecclesie, et due sortionis sibi aberet. ad completi autem amodo ipsi duodecim anni tunc ille et suos eredes abeat in tota ipsa terra infra ipse finis et mensurie arbustum bitatum, et laboratum, et cultatum, et surtum, sicut de tantos annos meruerit et loci illius est consuetudo, ut bene pareat laboratum et cultatum; et iam in antea omni tempore liceat illum et eius eredes inclita rebus ipsa per iamdicte finis et mensurie sue potestatis tenere et laborare, et acto tempore arbusto ipso potaret et propaginaret, et cultaret de super et de supter, sicut lo-

cus ipse meruerit, ut bene pareat laboratum et cultatum, et clusum aberet, sicut locus ipse meruerit, et acto tempore illut bindemiaret. et da ipsi septem anni in antea omni tempore per bindemie faciat scire pars ipsius ecclesie, ut dirigat ibidem missos suos pro ipsa sua sortione de ipso binum recipiendum, et quantum binum inde fecerit, totum illut dibideret cum missos suos ibidem in ipso locum ad palmentum in tertiam pars : ille et eius eredes tollat inde due sortionis, et missum predicte ecclesie una, quod est tertiam pars; et pars ipsius ecclesie daret ei organea, ubi ipsa eius sortione de ipso binum reponere possat, et ille et eius eredes organea ipsa conciaret, sicut meruerit, et reponere eos sub domo sua in qua ille est residentes, et ipsa eius sortione de ipso binum ibidem micteret et salbum illut faceret, donec dirigat ibidem pars ipsius ecclesie, et illut exinde tollere faciat, scepto degenerationem et igne et de mures, et donec ibidem steterit ipse omo, quod pars ipsius ecclesie ibidem dirigit pro ipsa sua sortionem de ipso binum recipiendum, ut ille et eius eredes illum notrire secundum suam possibilitatem, et palmentateca daret ad pars ipsius ecclesie vel ad missum eius secundum consuetudinem de ipso locum, et de que annualiter in ipsa rebus seminaberit, dare inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. et quale tempore ille aut eius eredes rebus ipsa tenere et laborare noluerit, liceat illum et eius eredes inde exire cum omnis suos iusto conquisitum, et inclita rebus ipsa laboratum et clusum rebertas ad pars ipsius ecclesie, et ille et eius eredes nulla sortionem inde tollere querat; et si da ipsi duodecim anni in antea de ac terra exierit ille aut eius eredes, et in alia ad abitandum perrexerit, ut inclita rebus ipsa per iamdicte finis et mensurie rebertas ad pars ipsius ecclesie; et si infra tres annos ille aut eius eredes in ac terra rebersi fuerit ad abitandum, ut inclita rebus ipsa rebertas ad potestates ipsius maioni clerici et de eius eredes, illut abendum in supradicto ordinem: tantum frudium exinde de ipso annum quod ic rebersi fuerit ad abitandum, licentiam abeat illut exinde tolleret ominem illum qui rebus ipsa laboraberit. unde per bona combenientiam guadia nobis ipse maio clericus dedit et mediatorem nobis posuit moscatus filius oliti; et per eadem guadia obligabit se et suos eredes, ut si taliter omnia suprascripta ad pars ipsius ecclesie non adinpleberit et aliquit inde contradixerit, componere ad pars ipsius ecclesie biginti auri solidi constantini. et unc brebem scripsi ego iso presbiter et notarius qui interfuit.

† ego grimu

† ego gari.

DXCVIII.

A. D. 1008.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, sexta indictione. memoratorium factu a me maraldus clericus filius romoaldi clerici, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit michi maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eo adesset romoaldus et petrus comitibus qui sunt de dominii et adbocatoribus ipsius ecclesie, de terra pertinentem ipsius ecclesie de intus ec salernitanam cibitatem paucum a super ipsa ecclesia, ubi nunc ego casam edificatam abeo per licentiam de ipso abbate, per ec finis et mensuria: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, inde pedes nobem: a pars orientis similiter fine ipsius ecclesie , sicut anditum ipsius ecclesie discernit, inde pedes quindecim: a pars meridie similiter fine ipso anditum, inde pedes biginti : a pars septemtrionis similiter fine ipsius ecclesie, inde sunt pedes biginti unum et summisse, totum mensuratum ad iusto pedem manum omini mensuratum. ec vero supradicta terra per supradicte finis et mensurie, ubi ipsa casam edificatam abeo, totum et inclitum illut mihi tradiderunt et extra ipsa mensuria sericidium cecidente; unde pro taliter guadia mihi ipse abbas cum ipsi comitibus dederunt et mediatorem michi posuerunt maghenolfus presbiter filius quondam granati tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi licead nos et nostris eredibus tota supradicta illius tradictione per supradicte finis et mensurie, et extra ipsa mensuria sericidium cecidente, et cum bice de ipso anditum, nostre potestatis tenere et dominare, et ibidem residere et abitare, et omnis nostra utilitate iusta rationem ibidem facere amodo et usque ipso constitutum, et quicquit tollere exinde vel abere potuerimus, totum nostre sint potestatis. et per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie amodo et usque ipsi biginti nobem anni completi defensare nobis nostrisque eredibus inclita supradicta sua tradictione, cum bice de ipso anditum, da omnes omines omnique partibus, et per omnis annum usque ipso constitutum demus exinde in pars ipsius ecclesie oleum candela parbula una, dum ego in ipsa ecclesia ad officiandum benerimus; et a quo ego in ipsa ecclesia ad officiandum non benerimus, demus exinde annualiter ego et meos eredes ad pars ipsius ecclesie usque ipso constitutum unum aureum tari; ad completi autem ipsi biginti nobem anni potestatem abeamus nos et nostris eredibus ipsa casa exinde disturbare et tollere exinde omnis lingnamen et omnis nostra mobilia, et ire

cum illo ubi boluerimus, et ipsa terra bacua cum parietibus, si illis diebus ibidem facti abuerint, rebertas ad potestate ipsius ecclesie; tamen si boluerimus ipsa casa in solarium lebare et facere, quale boluerimus, potestatem abeamus eos facere et abere in suprascripta ratione. et si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine nobis nostrisque eredibus non adinpleberit, et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie ad componendum nobis nostrisque eredibus triginta auri solidos constantinos, et licentiam abeamus nos et nostris eredibus in ipsa terrola qui est in partibus occidentis, usque ipso constitutum facere iusta ratione nostra utilitate, et organea ibidem excotere, et conciare sine cuiuslibet contrarietate per supradicta guadia et obligata pena. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas
† Ego petrus presbiter et primicerius
† Ego iohannes presbiter et cardinalis
† Ego petrus me subscripsi
† Ego radoaldus notarius me subscripsi.

DXCIX.

A. D. 1008.

Summarium:

† Decimo nono anno principatus Guaimarii, mense Ianuario, sexta Indictione.

« Haec charta de eadem locatione agit, de qua antecedens.

« *Haec adsunt subscriptiones testium:*

† ego radoaldus notarius me subscripsi
† ego petrus me subscripsi.

DC.

A. D. 1008.

† In nomine domini nonodecimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense februarius, sexta indictione. memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia, una mecum adesset romoaldus et petrus comitibus, qui sunt de dominii et adbocatoribus ipsius ecclesie, tradidimus ciceri filio quondam cennami, et iohanni et ciceri, pater et filii, qui fuerunt de nuceria, rebus pertinentem ipsius ecclesie, qui est terra cum arbusto cum aliquantum bacuum de locum mitilianense, ubi dicitur cassiano, quod in eadem ecclesia per bicaria datum fuit da pars monasterii sancti benedicti per hec finis et mensuria : de pede fine bia antiqua, indeque passos quinquaginta : a pars septemtrionis fine ipsius ecclesie quod ad pastenandum retinet maio filius iaquinti, et inde passos centum quadraginta : de capu fine predicte ecclesie, inde passos quadraginta duo : a meridie similiter fine ipsius ecclesie, inde passos centum quadraginta, totum ad iusto passum. ec vero supradicta rebus, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum illut eorum ad laborandum et cultandum tradidimus : in simul et tradidimus eorum una pecia de terra ibique coniunta cum aliquanti arboribus bitati per ec finis et mensuria : a pars orientis fine ipsius ecclesie, inde passi octo : a pars meridie similiter fine ipsius ecclesie, inde passi octoaginta sex : a pars occidentis similiter fine ipsius ecclesie, passos septuaginta quadtuor ; et de alia parte similiter fine ipsius ecclesie, passos septuaginta quadtuor ; et de alia parte similiter fine ipsius ecclesie, inde passi octoaginta, totum mensuratum ad supradicto passum. Istut, sicut diximus, eorum tradidimus ad pastenandum, ubi meruerit, arbores et bites amodo et usque sex anni completi ; et quantum bictum et quicquit exinde tollere vel abere potuerint amodo et usque ipsi sex anni completi, totum illut sibi aberent, et nullam inde in pars ipsius ecclesie deant, et ipsa priore curte, quod superius eorum tradidimus, qui est terra cum arbusto cum aliquantum bacuum, amodo et semper licead illis et illorum eredes illut tenere et dominare, et casa lingnitia ibidem facere, et ibidem residere et abitare, et omnis sua utilitate iusta rationem ibidem facere, et abtis temporibus totum ipso arbustum laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiad et non disperead, et ubi meruerit, infra totum ipso arbustum cum totum ipso bacibum arbores et bites plantarent, et

bites traerent, et ubi meruerit, infra tota supradicta tradictione illut cluderent, et per tempore, quando meruerit, illut bindemiarent, et poma que ibidem sunt, colligerent, et faciant annualiter illis scirent pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum et omnis poma exinde per medium illut inter se dibiderent: missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et illis et suis eredibus medietatem, et nos adsingnemus eorum ibidem organea da binum, et illis, quando meruerit, organea ipsa bona conciarent, et eas reponerent illam subtus ipso reditum ubi abitaberint, et ipsa sortione predicte ecclesie de ipso binum ibidem in ipsa organea reponere, et salbum illut faciant, usque dum pars ipsius ecclesie illut inde tulerint, absque degeneratione et ingne; et dum ibidem steterint ipsum missum predicte ecclesie, illis autem eum notrirent secundum suam possibilitatem, et ad completi ipsi sex anni illis autem et suis eredibus in ipsa posteriore tradictione per supradicte finis et mensurie arbustum bonum operatum et factum, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread factum operatum et cultatum, et da ipsi sex anni in antea omni tempore illis et suis eredibus illut tenere et dominare, et sua utilitate iusta rationem ibidem facerent, et ubi meruerint, eos cluderent, et annualiter ipso arbustum laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerint, ut bonum paread laboratum et cultatum; et annualiter, quando meruerit, illut bindemiarent et poma exinde colligerent, et per annum, quando meruerit, faciant illis scirent pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum et poma exinde in tertiam partem illut inter se dibiderent: missum predicte ecclesie tollad inde tertiam partem, et illis et suis eredibus due sortis; et ipsa sortione de ipso binum predicte ecclesie annualiter in ipsa organea mitterent et salbum faciant, sicut et ipso aliut quod superius dictum est, et ipso missum predicte ecclesie nutrirent, dum superius dictum est; et que amodo et semper in tota supradicta rebus annualiter seminaberint, deant exinde in pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et, dum ibidem steterint ipsum missum predicte ecclesie annualiter pro ipsa frudia reponendum et recipiendum, illis autem eum notrire, sicut supradictum est, et per omnis annum deant in pars ipsius ecclesie ipsa palmentateka, sicut meruerit; et quale tempore illis et suis eredibus rebus ipsa in supradicto ordine tenere et laborare noluerit illut, aut non potuerint, tunc laboratum bonum et clusum remitterent ad potestate ipsius ecclesie, et licead illis et suis eredibus inde exire cum omnis sua causa et ire ubi boluerint: tamen et si de ac terra salernitana exierint aliubi ad abitandum, similiter tota rebus ipsa perbeniant ad potestate predicte ecclesie; et si infra tribus anni ibidem rebersi fuerint ad abitandum, rebus ipsa rebertar ad illorum potestate, ad tenendum illut illis et

suis eredibus in supradicto ordine: tantum ipso annum quod redierint, tollerent exinde ille qui eos laboraberint, ipsum suum laborem. Unde per bona combenientia ipsi pater et filii guadia nobis dederunt, et mediatores nobis posuerunt petrus congnato ipsius ciceri filii iohanni et disiio filius grimoaldi abitatori de locum faibano[1]); et per ipsa guadia *etc. Statuta multa quinquaginta solidorum auri constantinianorum.* et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego ragemprandus me subscripsi

† Ego iohannes.

DCI.

A. D. 1008.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense aprelis, sexta indictione. memoratorium factu a me amore filio petri, et sum ministeriale maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, qui situm est intus salernitanam civitatem, eo quod ante presentia ipsius maioni presbiteri et abbati, et ibidem adstantibus subscripti testes, et una cum ipsum abbas adesset romoaldus comes, qui est unum de dominii ipsius ecclesie, per bona combenientia et per iussione ipsius abbati tradidi ego iaquinti et petri et iohanni germani filii sellicti per absolutionem ipsius sellicti et maioni filii madelmi de rebus pertinentes ipsius ecclesie sancti maximi, que sunt due pecie de terra, una cum aliquantis castanei et alia cum aliquantis aliis arboribus in locum agella finibus nucerie: per ec fini videtur esse ambo ipse pecie de terra: da ex omni parte fine ipsius ecclesie, et est per mensuria ipsa pecia, ubi ipsi castanei sunt, a meridie et a septemtrionis latitudo passi triginta tres, et longitudo ab oriente et ab occidente ana passi quinquaginta; ipsa alia pecia est per mensuria, per longitudo ab oriente et ab occidente ana passi triginta sex, et per latitudo a septemtrionis et a meridie ana passi quadtuordecim, totum ad iusto passum homini est mensuratum. hec vero duabus pecie de terra per iamdicte finis et mensurie ego illut ipsorum iaquinti, et petri, et iohanni, et maioni tradidi per demandationem ipsius abbati; unde ad ipsi germani tradidi inde due sortis, et ipsius ma-

---

[1]) *Faibano*, fortasse idem ac *Fabianu*, vicus in Cilento.

ionì tradidi inde una sorte quod est tertiam partem, tali ordine illut eorum trado, ut amodo et semper omni tempore licead illis et suis eredibus eos sue potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iuxta rationem inde facere, et liceant illis ipsi castanei inde ascidere, et pastenare in ipsa prima pecia, ubi ipsi castanei sunt, abellanietum et insertitum, et in ipsa alia pecia pastenare abellanietum et arbustum; sic tamen, ut amodo usque tridecim anni totum illut per ipse finis et mensurie abeant illut factum, et cultatum, et clusum, et operatum, sicut meruerit, secundum consuetudinem loci illius, et sicut de tantos annos esse meruerit, et da ipsi tridecim anni completi in antea in omnibus illis et suis eredibus licead illis eos tenere et omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem facere, et annualiter aptis temporibus lavorare et cultare illut de super et de suptus, sicut locus ipse meruerit, ut bene paread lavoratum et cultatum et clusum; et quantum vinum vel quodcumque fruges et lavores inde tollere, vel abere potuerint amodo usque decem anni completi, totum illut sivi habere et nullam sortionem ad pars ipsius ecclesie inde deant. preter tantum, dum ipsi castanei ibi fuerint, ipse castanee quod inde collexerint, et quante inserte inde exierint, tote ille debeant seccare, sicut meruerit, et illis tollant inde due sortis, et pars eidem ecclesie tollant inde tertiam partem; et da ipsi decem anni in antea omni tempore de quantum vinum et abellane et inserte inde exierit, pars ipsius ecclesie tollat inde tertiam partem, et illis et suis eredibus tollant due sortis; tamen ipse abellane et inserte debeant illis eas seccare, et sic ille inter se dividere per iamdicto ordine aptis temporibus; et per tempore vindemie ipsi nominati omnes supradicti et suis eredibus faciant scire pars ipsius ecclesie, ut dirigad ibidem missum eius, et pars ipsius ecclesie adsignet illorum organeum bonum da vinum, et illis et suis eredibus annualiter conciare et studiare illum, sicut meruerit, ad cellarium, quod pars eidem ecclesie habuerit ad ipsi pariti; et si pars ipsius ecclesie voluerit ipsum organeum ponere in casa illorum, tunc illis et suis eredibus ipsum organeum ponant intus casa sua quod abuerint, in alia rebus eidem ecclesie quod illis modo retinunt, et ipso vinum annualiter salvum faciant, donec pars ipsius ecclesie illut inde tulerit, absque degenerationem et igne et mures; et si voluerint pars ipsius ecclesie ipsum organeum et ipso vinum reponere ad ipso cellarium suum, tunc illis et suis heredibus debeant portare ipsa sortione de ipso vinum, quod ad pars ipsius ecclesie inde evenerit, ad ipso cellarium; et dum ibidem steterit ipso missum ipsius per vindemie pro recipiendum ipsa sortionem sua de ipso vinum, illis eum nutrire secundum suam possivilitatem, et deant ei palmentatica iuxta rationem, et de quod in ipsa rebus seminaverint amodo et semper, deant inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum ad pars ipsius ecclesie; et si da ipsi tridecim anni noluerint illis rebus ipsa tenere et lavorare, liceant illis et suis eredibus inde tollere omnia

causa sua quod ibi abuerint, et ipsa rebus operata, et cultata, et clusa remittat ad potestatem de predicta ecclesia, et illis et suis eredibus absoluti inde maneant a partibus ipsius ecclesie. Unde per bona combenientia guadia michi ipsi nominati iaquintus, et petrus, et iohannes, et maio dederunt, et mediatorem michi posuerunt, pro pars et vice ipsius ecclesie, iaquintus filius mirandi de eodem locum nucerie; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti solidorum auri constantinianorum.* Verumtamen et hoc recordamus, ut a quo inde inserte inde exierit, per iamdicto ordine illut inter nos dividamus: illis et suis eredibus tollant inde due sortis, et pars predicte ecclesie tollat inde tertiam partem. et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

† Ego iohannes me subscripsi

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego lolegrimo

† Ego balsamu.

DCII.

A. D. 1008.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense aprilis, sexta indictione. Ante me truppoaldus castaldus et comes, et una mecum essent subscripti idoneis hominibus, coniunti sunt madelmo filius iaquinti et mulier nomine imperatissa germana sua, que fuit uxor sergi atrianensis, et cum petrus filio ipsius sergi et istius imperatisse propter rebus illa que fuit supradicti iaquinti et rodelghisi presbiteri, qui sasso bocabit, qui fuit germanus ipsius iaquinti de locis transboneie, et per finis et pertinentia de ipso locum transboneie in montibus et in planis, et per tota finibus et pertinentia mitilianense, nominatibe locis fabale, troncle, ragitu, albole et per aliis locis indeque, unde iam hante os dies ipse petrus cum ipso madelmo exinde causabit. unde per partes ante me sua monimina inde hostenderunt, et inter monimina quod ipse madelmo ostedit, inbenimus una scriptio dibisionis continentem: in nomine domini decimo anno principatus domni nostri iohanni et quarto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense ianuarius, sexta indictione. Memoratorium factu a me madelmo filio iaquinti, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum ad bona combenientia cum mulier nomine imperatissa uxore sergi atrianensi filii ursi et cum tucta domina uxore

genci filii petri que sunt sorori mee , una cum ipse mulieribus adesset ipsi viribus illarum, ad dibidendum inter nos res de finibus transboneie , que fuit supradicti iaquinti genitor et socero nostro, et iam ante os annos illud qui dicitur da mammalopa, et illud qui dicitur da maiulo, et ipso campu dibisum inter nos abuimus per scriptionem ; set nunc inter nos combenientes, accommunabimus illud inter nos, ad dibidendum inter nos iterum per illo hordine, sicut inferius declaramus. primitus quidem cum ipso madelmo dibidere cepimus terris cum castanieta et bacuum uno teniente, qui inter nos commune abemus qui est a super illud da maiulo et mammalopa, et a super binee de filii maraldi fratri nostro; et statim ambo ipse sorores una cum ipsi viribus suis et ipse gencus pro vice rigale filiastre sue, quem superius domnus principes ei adbocatorem dedit, eos dibiderunt per medietatem: una sorte fecerunt in pars septemtrionalis et alia in pars meridie ipsa sortione a partibus meridie per ec finis et mensuriis: ab oriente fine de ipsi filii maraldi, qualiter badit et coniungit ad bia que descendit ab ipso monte et discernit a castanietum, quod retinunt ipsi filii maraldi, est per ipsa fine rectum mensuratum passi centum decem : ha meridie, qualiter ascendit ipsa bia contra ipsum monte usque in serra: ab occidente, qualiter sicut media ipsa serra discernit, est per ipsa serra passi centum quinque, et in medium per trabersum passi nonaginta quadtuor: a septemtrionis qualiter ipsa alia socia discernit, et ipsa socia ha septemtrionis per ec finis et mensuriis: ab oriente abiente per capite de ipsa rebus da mammalopa et de illud da maiulo et coniungente ad terra cum castanietum et insitetum de ipsi parrelle, est per ipsa fine rectum mensuratum passi centum decem: a septemtrionis ascendente per fine monasterii de pasetanu per fine de heredes mauri usque in media ipsa serra : hab occidente sicut media ipsa serra discernit, est per ipsa passi septuaginta quinque, et in medium per trabersum passi septuaginta nobem: ha meridie fine ipsa alia sortione. unde ego compreensit prius ipsa sortionem a pars meridie per ipse finis et mensurie, et palamfacio ego paratam abere ipsa sortionem que fuit amate sorori nostre medietatem, et ipsa alia medietate pertinet ipsius infantule nomine rigale; ideo ipsa sortionem qui est a pars septemtrionalis de ipso castanietum , per ipse finis et mensurie ipse nominate ambo sorores, et ipse gencus pro vice ipsius infantule, et ego madelmus pro media ipsa sortionem que fuit ipsius amate in sorte compreensimus in oc hordine, ut ipsa imperatissa et suis heredibus abead ipsa sortionem de ipso castanietum medietatem, et ipsa alia medietate quam inde remanserint, dibidant illa ipsa tuctu domna cum ipsa infantula et cum me iamdicto madelmo: ipsa tucta domna tollant eos medietatem, et ego iamdictus madelmus cum ipsa infantula ipsa alia medietatem; et in ipsa sortionem ipsius infantule abeant ipsa tucta domna ipsum suum mor-

gincap, qui a iohanne genitor ipsius infantule ei emissum fuit; et ego et meis eredibus et omines nostros abeamus bia per capite de ipsa rebus da mammmalopa usque in capite de bia caba, ut cum omnis nostre congruitatis inde ingredere et regredere possamus; de ipsa rebus vero de mammalopa combenit inter nobis, ut equaliter quanta terra cum binea et bacuum et casis ego modo ibidem dominaturus sum, et que exinde ad pastenandum dedit, aliut tantum ad equale mensuria longitudo et latitudo abeant et tollant ipse sorores, et ipsa infantula una mecum ibidem coniuntum in partibus septemtrionalis; et si non abet ibi tantum de latitudine, tollerent eos de longitudine, ita ut ipsa imperatissa et suis eredibus tollant et abeant inde inclita tertiam partem secus fine mea, a bia que per pede deducit, et usque in capite ubi ipsa mensuria cecidere debet, et ipse alie due sortionis abeant ego iamdictus madelmo cum ipsa tucta domna et cum ipsa infantula; et pro restaurationem quod ego dare debui eidem tucte domne pro rebus illa, quam ego seu genitor et genetrice mea alterius dederunt, unde ego guadia eidem genci datam habui de restaurandum ea exinde, et ipsa infantula statim sublaxabi ipsius tucte domne et predicte infantule inclita ipsa sortione mea, quam a parte ipsius amate mihi pertinuit de ipsa sortione de ipso castanietum, quod cum ea superius commune compreensimus, et ipsa sortione mea da mammalopa similiter, et ipsius tucte domne sublaxabi sortione mea de illud da maiulo quod mihi a parte ipsius amate pertinuit: seu et dibiderunt ipse ambo sorores ipso campu, et fecerunt inde due sortis a puteum qui est paucum a subtus poiu et a super alium poiu subtano; ideo abiente per media ipsa terra que inter ambo ipsa podia est, per trabersum rectum usque in bia, et ex alia parte rectum usque ad fine de ipsi filii maraldi, una sorte fecerunt in parte septemtrionis et alia in pars meridie usque ad fine petri de urso monacho; unde ego compreensi ipsa sortione suprana secus ipsa bia que per capite deducit, et ipse sorores et ipse gencu una mecum compreensimus ipsa sortionem a pars meridie in oc hordine, ut ipsa imperatissa et suis eredibus abead inde tertiam partem, et ipsa tucta domna et eius eredes alia tertiam partem, et ego et ipse genco pro pars ipsius infantule alia tertiam partem: illud denique da maiulo quem in sortionem nobis obbenit da ipsi filii maraldi, dibidamus illud inter nos per medietatem: prius tollad ambo ipse sorores cum ipso gencu medietatem, quale boluerint, et ipsa alia medietate tollant inde ego; et ipsa medietas que ad ipse sorori inde ebenerit, similiter; et ipsa sortionem quam de ipso constanietum compreenserunt, debidere ipse gencus cum ipsa uxore sua debead, de ipso castanietum tollat ipse gencus medietatem quale boluerit, et ipsa alia medietatem quam inde remanserit, ipse gencus cum ipsa uxore sua abeant inde tres sortis, et pro ipsa infantula compreendat inde ipse gencus quartam partem; et ipsa sortione illarum da maiulo similiter dibidant in tres

sortis: ipsa imperatissa tollant inde tertiam parte, quale boluerit, et ipse gencus cum ipsa uxore sua due sortis una cum ipsa infantula; et de illud quam ipse gencus pro vice de ipsa infantula compreendit, abeant ipsa uxor sua ipsum suum morgincap; reliqua autem omnis rebus, quanta quantoque ego cum ipsi filii maraldi commune dominaturus ac possessurus sum a foras anc cibitatem, sibe quod per successione, seu et quod a parte saxi qui fuit germanus ipsius iaquinti, mihi quomodocumque pertinentes abere, totum dibidere eos inter nos debeamus per medietatem: ego et meos eredes tollamus inde medietatem, et ipsa alia medietatem tollant ambo ipse sorores cum ipsa infantula in oc hordine, ut ipsa imperatissa et suis eredibus tollant illut medietatem, et ipsa alia medietatem dibidant illud ipsa tucta domna cum ipsa infantula et cum ipso madelmo: ipsa tucta domna abeant eos medietatem, et ego cum ipsa infantula medietatem. et ipse ambo sorores se manifestabit nobis, ut nec illis nec suis eredibus non querant nobis aliqua sortione tollere de terra cum arbusto et binea, ut ipse genitor noster residentes fuit que ab illa et ab ipsa alia sorore nostra nobis in sortione obbenit, et ipsa imperatissa similiter abeant exinde de ipsa binea sortionem suam, quod a nos et ab ipsa alia sorore nostra ante os anno ei confirmatum est, et per partes ego et ipsa imperatissa abeamus sortionis nostre de terra cum binea que dicitur ad ipsa clusa, sicuti ille inter nos dibidimus, et ipsa infantula abead sortionem suam de ipso arbustum a fine ipsius imperatisse in supto latitudo in capite passi quinque, in medio tres, in pede quadtuor et medium passum; et per bona combenientia ipse ambo sorores una cum ipsi viribus suis et ipse gencus pro vice ipsius infantule manifestaberunt nobis, ut non aliquando nec illas nec illarum eredibus, nec nullus pro illarum partibus, nulle sortionis querat tollere de terra et arbustum, et castanietum, et insitetum et bacuum uno teniente qui dicitur da ipsa rota, eo quod proprium est meumque madelmi; similiter et abeant ego ipsa terra cum binea et bacuum et casis de illud, quod superius diximus, da mammalopa, et ego cum ipsa imperatissa abeamus terra cum arbustum qui dicitur da firmusu, sicuti inter nos eos dibisum abemus. seu et manifestaberunt mihi nominato madelmi ambo ipse sorores inperatissa et tucta domna cum ipsi viribus earum, ipse gencus pro vice de ipsa filiastra sua, de inclita ipsa rebus de quantum fuit rodelghisi presbiteri thio meus, tam intus ista cibitate seu foras; et ipsa tucta domna cum ipse gencus pro vice de ipsa filiastra sua manifestaberunt mihi supradicto madelmi de inclite terris et casis de intus ec cibitatem qui fuerunt supradicti iaquinti genitori nostri et de uxore eius, ut totum illud qui fuit ipsius rodelghisi presbiteri, et ipse terris et casis de intus ec cibitatem quod fuit ipsius genitori meo et de ipsa uxore illius, meum esset pertinentes, et nec illis, nec illorum eredes nulle causationis mihi vel ad meis eredibus exinde preponere. et per bona combenientia

guadia mihi ipse sorores cum ipsi viribus illorum, ipse gencus pro vice de ipsa filiastra sua mihi dederunt ipsorum sorores, consentientes ipsi viribus illorum, et mediatorem mihi posuerunt urso binsobrino germano suo filio iohanni; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis eredibus omni tempore permanendum in suprascripta debisione et manifestationem, et semper illis et suis eredibus defensare illud nostris nostrisque eredibus da illi ominibus et partibus, cui per illis vel per ille illud vel exinde datum aut obligatum paruerit, vel quod pro illorum partibus et datum quodcumque causationes inde nobis preposuerit: insuper et ipse gencus et suos eredes defensare illud nobis a pars de ipsa filiastra sua et da illi ominibus et partibus, qui pro eius parte et datum quodcumque causationes inde preposuerit. et si taliter illud nobis non defensaberit et aliquit de suprascripta remobere aut contrare quesierit, componere obligaberunt se et suis eredibus mihi meique eredibus, vel cui unc brebem in manum paruerit, centum auri solidos constantinos, et omnia supradicta nobis complirent. et hunc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui. ego maraldus. ego aghenardus notarius me subscripsi. ego amatus me subscripsi. seu et ostedit ipse madelmo unum scriptum, qualiter ipse roderisi presbiter, qui sasso bocabit, rebus et causam suam continentem: in nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense agusto, quarta indictione. ideoque rodelghisi presbiter, qui sasso bocatur, filius quondam roderisi clarefacio, quoniam a magna infirmitatem sum depreensum, unde, si dibina misericordia mihi non obbiaberit, citius de ac vita dimissurus sum, set tamen plenam habeo mente et recti loquere baleo, cogitabi umana fragilitas et oc mundum instabile, ne subito sic mors mihi ebenit, ut rebus et causam meam iniudicatam dimittas; et ideo ante subscripto notario et testes palamfacio abere rebus mea stabile et mobile, tam intus ec cibitatem salernitanam quam et foras casalibus, quem mihi est pertinentes da suprascripto genitorem meum; bolo enim in primis hoc disponere et iudicare pro anima mea, ut mulier nomine lea que est commatre mea, et infantulum filium eius nomine bisantulo, pro bonum et utilem serbitium quam mihi factum abet, vel in antea facturi estis, abeant et deteneant sue potestati omni tempore firmissime illud abendum ipsa terra bacua cum aliquantum casa, que ibi est intus anc cibitatem in quo ego residentes sum, que est in longitudo pedes decem et nobem, da bia que est subtus porta sancti maximi et usque ubi descendit ipsa mensuria, et latitudo pedes duodecim ad iusta manum homini mensurata, totum cum omnia infra se abentibus ebeniad ad potestatem ipsius lee et de ipsum infantulum filium eius, omni tempore illud abendum, et faciendum omnia quod eorum placuerit; et ipso aliut quam de ipsa terra cum ipsa casa et bacibum inde remanserit, abead ille homo potestatem, cui scriptum iste in manum paruerit, illud bindere, et

pretium quam inde tulerit, distribuad illud pro anima mea, sicut ei deus melius inspiraberit. simulque et abeant sue potestati omni tempore firmum ipsa prenominata lea et ipsum infantulum filium eius sortionem de rebus mea cum arbustum de locum dragonege qui dicitur da scontratu; ideo quantum legibus mihi ebenire debes, totum et inclitum illut ipsa nominata mulier et cum ipsum infantulum omni tempore sue potestati illud abead, faciendum inde omnia quod eorum placuerit, absque cuiuslibet contrarietatem. iterum et domnandus filius madelgari qui fuit cognato meus, abead sue potestati omni tempore inclita sortione de rebus mea, quantum mihi est pertinentes ad ipse iscle circa mare de locum beteri: simulque et potestatem abead ille homo cui scriptum iste in manum paruerit, bindere inclita sortione de terra cum arbusto et insirtetum et castanietum et bacuum uno teniente in eodem loco dragoncie, ubi proprio ad rota bocatur, et pretium quod inde tulerit, simulque illud distribuad pro anima mea per sacerdotes et pauperes, sicut ei deus melius inspiraberit. et iterum badat pro anima mea ad potestatem benedicti libertino nostro filio marie de rebus mea de heodem loco dragoncie quadraginta duo passi in omni parte longitudo et latitudo circa urso tio suo, firmissime illud abendum omni tempore, et faciendum omnia quod eorum placuerit, absque cuiuslibet contrarietatem vel requisitionem; nam alia omnis rebus mea stabile, ubicumque exinde inbentus dederit, que mihi undecumque fuerit pertinentes, siad dibisum in tertiam partem, scepto illud quod superius iudicabi et disposui: ipse due sortionis bindat illud ipse omo qui istum iudicatum aput se abuerit, et quantum pretium inde tulerit, badat pro anima mea; et ipsa alia sortionem quod est tertiam partem, siad dibisum in tres sortis: una ex ipse sortionis abead illud puella nomine gemma nepote mea filia maraldi qui est germanus meus, alia sortionem abead infantuli filii ipsius maraldi, et alia sortionem abead infantulum filium quondam iaquinti qui fuit germanus meus, faciendum inde omnia quod eorum placuerit; et una colciara et uno plomacio bindat illud ipse homo aput quem iudicatum ista paruerit, et pretium quam de ipsa colciara et de ipso plomacio et de una cappa mea tulerit, siad distributum pro anima mea; et si eredes meas de hec omnia, quod superius legitur, quesierit aliquit inde remobere aut contrare, ad compositio siant obligati ad componendum ad illo hominem, aput quem scripto iste paruerit, quinquaginta solidos constantinos, et taciti omni tempore inde manere, et omnia quantum superius legitur, firmum et stabilem permanead. tamen hec omnia, que superius iudicabi et disposui, ad mea reserbabi potestatem ad frudiandum nomine, et post mea defuntionem siad datum in ecclesia dei genitricis virginis marie que edificata est in locum betranto, una planeta mea, et orario, et ammitto, et quanti codices abeo, ut in ipsa ecclesia semper permanead. et taliter scribere rogabimus te iohannes notarius. actum sa-

lerno. ego alchoin notarius me subscripsi. ego ragenprando. ego gaidenardus. quam et hostedit ipse madelmo una cartula bicariationis continentem: secundo anno domni mansoni et domni iohanni principes, mense iulius, undecima indictione. radecisi qui maraldus bocabit, filius iannelgari, pro vice gemme nure sue filia maraldi clarificabit, quoniam ipsius mulieri nomine gemma nura sua abuit rebus in locum transbonege et per aliis locis de eodem loco, pertinentem ei per datum ipsius rodelghisi presbiteri qui sasso bocabit, thio suo, sicut in ec scriptum ipsum testamenti continet, quem germani eius filii supradicti maraldi aput se abuerunt cum ipsum madelmo consobrino fratre illorum filio iaquinti, et sicut ipsius radecisi congruum fuit, pro vice de ipsa nura sua et de infantulum filium suum nomine iohannes, bicariationis hordine tradidit risi, et roderici, et maraldi, et musandi germani filii supradicti maraldi, et madelmi filio iaquinti tota et inclita ipsa rebus, qualiter per ipsum scriptum testamenti ad ipsa nura sua fuit et erat pertinentes, ad faciendum quod boluerit, sicut in ipsa cartula continet: ipsi filii maraldi medietatem, et ipse madelmo et suos eredes medietatem, et receperat hab illis una clusuria de terra cum binea et arboribus et pomifera sua in ipso locum pro vice de ipsa nura et nepote suo per finis et mensuria: hab occidente fine illorum, inde passi octuaginta tres: a septemtrionis fine bia, inde passi biginti nobem: ab orientis fine illorum, et inde sunt passi octuaginta quadtuor: et a meridie similiter fine illorum, et inde sunt passi quadraginta unum, et in medium sunt per latitudo passi triginta octo: scripta per romoaldus notarius, et ibidem scripti petrus et lademari. ego teudericus me subscripsi et madelmus. et inter monimina quod ipsi mater et filio hostederunt, inbenimus una cartula continentem: in nomine domini tricesimo septimo anno principatus domni nostri paldolfi gloriosi principis, et secundo anno eius salerni, et sexto anno principatus domni paldolfi eius filio, mense aprelis hoctaba indictione. ideoque ego madelmus filius quondam iaquinti, sicut mihi congruum est, bona mea bolumtate per anc cartulam dono adque concedo vobis inperatisse et sergi viro tuo, qui est germanus et cognatus noster, quartam partem de omnibus rebus et casis, quantum quantoque fuit supradicti iaquinti genitori nostro, tam quam habuit intus anc cibitatem, seu foras ubicumque de rebus ipsius genitori nostro, sibe in montibus quam et planis, cum finis et biebus suis, cum aquarum husibus et monimina indeque pertinentibus; de hec totum inclita quartam partem vobis nominati inperatisse et sergi cognati nostri donabimus, ad securiter et firmiter amodo et semper vos nominati viri et uxor et vestris eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod bolueritis. et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra donationem ha presentis recepimus a vos, secundum legem, launegilt cammiso unum, sicut inter nos combenit: finitoque

launegilt ipsum aput nos ea ratione obligo me qui supra madelmus et meis eredibus amodo et semper antistandum et defensandum vobis nominati viri et uxori et ad vestris eredibus tota suprascripta nostra donatione da omnis homines homnique partibus; et si illud defensare eorum non potuerint, sicut in lex langobardorum de donum et launegilt continet, iustitiam eorum persolbere promisit; et si taliter non adimpleberint et qualiscumque causationes inde eorum preposuerit, quadraginta auri solidos constantinos eorum componere se suique eredibus obligabit; et aliut continet. scripta cartula ipsa per ademari notarium, et ibidem scripti ademari iudex et theodericus notarius. seu et ostederunt ipsi mater et filio alia cartula bicariationis continentem : in nomine domini decimo anno principatus domni nostri iohanni, et quinto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principis, mense aprelis, sexta indictione. ideoque ego madelmus filius quondam iaquinti, sicut mihi congruum est, bona mea bolumtate ante subscripti idoneis hominibus per anc cartulam bicariationis hordine tradidimus vobis sergi atrianensi cognato meus filio quondam ursi et imperatisse germana mea uxore tuaque sergi una pecia de terra mea cum binea, et aliquanti insites, et bacuum uno teniente quod abeo in locum transboneia, ubi proprio ad clusa dicitur, per ec finis et mensurie: de una parte fine vestra qui supra viri et uxore, sunt inde passi biginti unum: de alia parte fine roderici consobrino fratrem meum filium maraldi, sicut termiti ficti sunt, sunt inde passi quadraginta unum: et coniungente in bia commune de alia parte fine ipsa bia commune, et inde sunt passi alii viginti unum: et de alia parte fine risi consobrino fratrem meum filium suprascripti maraldi, sicut termiti ficti sunt, et inde sunt passi alii quadraginta unum, totum mensuratum ad passum qui signatum est in columnea marmorea ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano. ipsa res tota et inclita ipsorum viri et uxori in bicaria dederat, ad faciendum quod boluerit illis et suis eredibus, et cui cartula ipsa in manum paruerit; et receperat ipse madelmo ab illis pro ipsa bicaria terra illorum bacua de intus anc salernitanam cibitatem qui est a subtus platea, qui pergit ad sanctum maximum, et a super platea que pergit erga case de eredes radelgrimi iudici, quod da ipsum madelmo eorum in sorte benerat, qui de una parte coniuntum est ad fine ipsius madelmi quod ei datum est per riso et roderico et per musandus consobrini fratri sui, et de alia parte modicum pertange ad anditum commune qui est a pars occidentis per latitudo in omni loco pedes decem et longitudo pedes quindecim, ad iusta manum homini mensuratum. per ipse finis et mensurie, qualiter eorum in sortionem obbenerat ab ipsum madelmo, taliter illud ei tradiderunt, cum bice illorum de predicto anditum, cum sericidia a foras ipsa mensuria cecidentem, ad faciendum quod boluerit; et guadia ipse madelmo ipsorum sergi et imperatisse

dederat, et mediatorem eorum posuerat mascino filio risi; et per ipsa guadia obligaberat se ipse madelmo, et suos eredes et filios, defensandum ipsorum viri et uxori et ad eorum eredes, et cui cartula ipsa in manum paruerit, inclita ipsa rebus, quod eorum in bicaria dedit, cum bice de bia sua, da omnis omines omnique partibus et da omnes consortes suos; et si taliter illud eorum non defensaberint, aut si illis vel suis eredibus per qualecumque rationem quesierint illud vel exinde eorum tollere aut contrare, aut si quodcumque causationis inde preposuerint, componere obligabit se ipse madelmo, et suos filios et eredes, ipsorum viri et uxori et ad illorum eredibus, et cui cartula ipsa in manum paruerit, triginta hauri solidos costantinos et illud eorum defensare; et aliut continet. scripta per iohannes notarius, et ibidem scripti toto scriba palatii et iohannes et romoaldus. iterum et ostederunt unum brebem ipsi mater et filio, qualiter ipse sergi combenientia fecit cum ipsum madelmo de bia, continentem: nono anno principatus domni iohanni et quarto anno domni guaimari, mense augustus, quarta indictione. ipsum sergi filius ursi combenit illum cum ipsum madelmo cognato suo filio iaquinti de bia, quam ille inter se et illum ammisit ad andandum per rebus sua de transboneie a fine imperatisse uxori sue et sua descendentem secus sepale, qui est inter ipsa rebus eius et de eredes maraldi ab intro ipsa sepale per ipsa rebus eius tradidit ei exinde bia ad andandum communiter ab ipsa fine ipsorum viri et uxori, et usque in pede de ipsa rebus eius, et ab inde in pede de ipsa rebus eius rebolbente in partibus meridie per pede de ipsa rebus sua secus sepale, que discernit a fine ursi clerici et coniungente in partibus meridie ad fine de heredes ipsius maraldi, et alia bia ei dedit per rofaneo de binea sua, sicut ipso brebem continet qui scriptum est per petrus notarius, in quo scripti sunt toto scriba palatii et mirandus et aghenardus notarii; et postea ipse madelmo et ipsum sergi propter ipsa coniunti fuerunt ante adenolfus iudex, et ipse sergi ostedit ipso brebem, et ipse madelmo brebem ipsum adberabit, et bia ipsa fecerunt unum passum per latitudine in omni loco, sicut continet scriptum, quam inde ostederunt ipse mater et filio qui scriptum est per romoaldus notarius, in quo scriptum est ipsum adenolfus iudex. seu et ostederunt ipsi mater et filio alium brebem continentem: primo anno principatus domni iohanni et domni guidoni pater et filius, mense december, duodecima indictione. ipsorum sergi et imperatisse vir et uxor donabit eorum ipsum madelmo fratrem et cognatum eorum una peciola de terra, in quo pergolatum[1]) et binea factum abuerunt in locum transbonege, in quo ipse iaquintus genitor et socero illorum residentes fuit,

---

[1]) *pergolatum*, vox vulgaris idiomatis, idest locus vitibus contextus.

qui coniuntum est de super parte ad fine ipsorum viri et uxori, quem ante os [1]) eorum in sortionem obbenit da tucta domna soror et cognata eorum et a iohannes viro eius, inde passi decem et octo: de alia parte coniuntum est ad fine ipsius madelmi, inde latitudo passi duo: de subtus fine ipsius madelmi, sicut sepe discernit, inde passi alii decem et octo: alia parte fine de eredes maraldi, inde latitudo alii duos passi ad passum de columna sancti mathei; inclitum cum bice de bia sua illud eorum donabit, sicut ipso brebem continet qui scriptum est per alderisi notario, in quo scripti sunt toto scriba palatii et theodoricus notarius. Et cum fuit relecta supradicta monimina, ipsi mater et filio et ipse madelmo per partes manifestaberunt, ut in omnibus, sicut continunt, beraces essent; et per partes iterum manifestaberunt, ut in ipsa scriptionem dibisionis quod inter ipsa monimen ipsius madelmi inbenimus, qui tota per hordine super declarata est, qui scripta est per ipsum romoaldus notarius, sic per partes illis et suis eredibus ibidem permanerent et adimplere bolerent, sicut ipsa scriptione continet; de molinum vero, quod ipse madelmo ante os tempus edificabit in rebus qui fuit ipsius iaquinti in locum beteri, quod stefanus monachus cum ipsum madelmo edificabit, combenit inter illis: ipsi mater et filio dederunt ipsius madelmi pro laborem de ipso molinum duodecim auri tari, et ipse madelmo adcommunabit cum ipsi mater et filio inclitum ipso molinum cum omni pertinentia sua, et cum aquarum husibus, et cum trasita et exita sua, et cum rebus in quo edificatum est, et cum bice de bia sua, omni tempore communiter abeant illud inter se et suis eredibus: ipse madelmo et suos eredes tres sortis, et ipsi mater et filio et eorum eredes abeant exinde inclita quartam partem, per partes faciendum exinde quod boluerint, et molinum ipsum communiter omni tempore hordinarent, qualiter meruerint et iuste fuerit; et quando meruerit, ibidem mole et serraturia communiter eos ibidem mitterent: ipse madelmo et suos eredes tres sortis, et ipsi mater et filio et eorum eredes quartam partem; et omnis molitura exinde dibiderent in quartam partem: ipse madelmo ed eius eredes tolleret inde tres sortis, et ipsi mater et filio et eorum eredes quartam partem; et si alium molinum ibidem factum fuerit in ipsa rebus illorum commune, communiter illum inter se facerent et aberent ipse madelmo et suos eredes tres sortis, et ipsi mater et filio et illorum eredes quartam partem per illo hordine, sicut et supradictum alium molinum diximus abere; et ipsi mater et filio confirmaberunt et tradiderunt ipsius madelmi sortionis sue de terra cum binea qui dicitur ad sub monte, quod ipse sergi et madelmo ante os annos ad pastenandum dederunt cum riso

[1]) *ante os* (annos).

et roderico. unde ipse madelmo brebem ostedit continentem. duodecimo anno principatus domni iohanni et sexto anno principatus domni guaimari eius filio gloriosi principibus, mense februarius, octaba indictione. risu et roderico germani filii quondam maraldi, et madelmo filius quondam iaquinti, et sergi atrianense filius ursi, ipse sergi pro vice sua et pro vice ipsius imperatisse uxoris sue tradiderunt ad tenendum et pastenandum petri filio dumnelli et stephani filio alberici abitatori de mitiliano una pecia de terra bacua quod illis communiter abunt in ipso locum mitiliano, qui propinquo et coniuntum est ad flubio beteri per hec finis et mensurie: de super parte fine monte de catabulu, et inde sunt passi octuaginta: da pars orientis fine illorum et coniungente in ipso flubio: de subter parte fine ipso flubio, et est circa ipso flubio passi alii octuaginta, et da ipso flubio saliente et coniungente in ipso monte quod est priore fine mensuratum ad iusto passum hominum. per iste finis et mensurie illis eorum illud ad pastenandum tradiderat, sicut ipso brebem continet qui scriptum est per iohannes notarius, in quo scripti sunt iohannes notarius, arechisi notarius et ursu. et mensuraberunt illud da ipso flubio in supra: de uno latere a parte orientis passi quanti fuerint da ipso flubio usque ipso monte; et de alio latere passi da ipso flubio et usque ipso monte et erga ipso flubio ipsos octuaginta passi; et de super parte fine monte ipso passi alii octuaginta. infra iste finis et mensurie ipsi mater et filio inclite sue sortionis exinde ipsius madelmi tradiderunt et confirmaberunt, ad faciendum quod boluerint, et nullam illorum infra iste finis et mensurie remansit, et ipse madelmo et suos eredes permanead exinde cum ipsi pastenaturi, sicut ipso brebem continet, et ipsa bice illorum de ipsa tinga que ipso brebem continet abead ipse madelmo, et ipsi mater et filio et eorum eredes semper defensare ipsius madelmi et ad eius eredes ipse sue sortionis exinde da illi ominibus et partibus, cui per illis vel per ipsum sergio illud vel exinde datum, aut obligatum paruerit. de alia omnis rebus qui fuit supradicti iaquinti genitor ipsorum madelmi et imperatisse, qui est a foras rebus qui continet ipsa scriptionem dibisionis, et estra ipso molinum et omni pertinentia de ipso molinum, et a foras ipse sortionis sue de ipsa terra cum binea ad submonte, quod ipsi mater et filio superius ipsius madelmi dederunt et confirmaberunt, infra ipse mensurie et estra illud de ipsa clusa, quod per ipsa bicaria et per ipsa dibisione ipse madelmo illud dedit et confirmabit ipsorum sergi et inperatisse, et estra ipsa terra cum pergolatu et binea per latitudo ipsi duos passos et per longitudo ipsi decem et octo passi, et estra ipsa bia quod ipse madelmo eidem ammisit, sicut supradicta monimina ipsorum mater et filio centinet. per ipsis locis et per ipsa fines mitilianense et per aliis locis indeque ipsi mater et filio et eorum eredes abeant inde inclita quartam partem, sicut continet ipsa cartula donationis, quod ipse madelmo exinde emisit ipsorum sergi et

imperatisse, ad faciendum exinde ipsi mater et filio et eredes eorum de inclita ipsa quarta omnia quod boluerint, et nec ille nec suos eredes nulle causationis de inclita ipsa quarta non emittere ipsorum mater et filio nec ad illorum eredes, et ipse madelmo et suos eredes abeant relique tres sortionis, ad faciendum quod boluerit, et ipsi mater et filio et illorum eredes nulle calumnie emittere ipsius madelmi et ad illius eredes de ipse relique tres sortis, et de quantum ipse madelmo de ipsa rebus ad pastenandum datum abet in locum traberse ad iohannes filius petri et filiastro stephani scontratu, sicut continet brebem exinde pastenationis qui scriptum est per petrus notarius de sexto decimo anno principatus domni nostri guaimari, mense martius secunda indictione. ipsum madelmo partionis ordine tradidit ad pastenandum ipsius iohanni filio petri de rebus de ipso locum transboneie finibus mitilianense, ubi traberse dicitur, in plaiu exinde per finis et mensurie: de una parte fine bia publica que pergit ad mare, sunt inde passi nonaginta duo: de alia parte fine sua, inde passi alii nonaginta: de alia vero parte similiter fine sua, inde passi sexaginta usque ipsa priore fine ad iusto passum; per iste finis et mensurie illud ei ad pastenandum dedit, sicut ipso brebem continet qui scriptum est per petrus notarius, in quo scripti sunt petrus et iohannes notari. seu et ostedit ipse madelmo alio brebem de sexto decimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iunius, secunda indictione. ipse madelmo filius quondam iaquinti in partio ordine ad pastenandum tradidit petri filio iohanni amalfitano una pecia de terra bacua in locum transboneie ubi proprio fabale bocatur, a super ecclesia sancti iohanni que edificata est in locum beteri per ec finis et mensurie: de pede fine sua sicut termiti discernit, inde passi biginti quadtuor: de alia parte fine sua, inde longitudo passi sexaginta: de capu similiter fine sua, sicut termiti discernit, inde passi triginta: de alio latu passi alii sexaginta, mensuratum ad iusto passum; et aliut continet: scripta per iaquintus notarius, et ibidem scripti arechisi et alphanus notarii et romoaldus. de ambo iste pecie per supradicte mensurie, quod per ipsi brebri dedit ad pastenandum, ipse madelmo abeant ipsi pastenatori exinde sue sortionis, et ipsi mater et filio et eorum eredes cum ipsum madelmo et cum illius eredes permanead in ipse pastenationis, sicut ipse madelmo permanere debet per supradicti brebri. tantum sceptuabimus de ipsa rebus, que fuit ipsius iaquinti de ipsis locis qui dicitur fabale et troccle et ragitu, quod ipso madelmo benumdedit arechisi et iaquinti castaldi germani filii (*deest nomen*), nulle causationis ipsius madelmi inde emittere, vel ad eius eredes, nec ad illi ominibus et partibus, qui illut modo tenent et dominant. tantum quartam partem de ipsa rebus quod inde remansit, que fuit rigale que fuit uxor supradicti iaquinti et genetrix ipsorum inperatisse et madelmi, flad dibisa iusta rationem in quartam partem : ipsi mater et filio et eorum

eredes tollat inde inclita quartam partem, et ipse madelmo et suos eredes relique tres sortis, per partes faciendum quod boluerit. et quale tempore potuerint parare sibe ipse madelmo vel eius eredes, sibe ipsi mater et filios et eorum eredes ipsa rebus, vel exinde quod ipse madelmo benumdedit ipsorum arechisi et iaquinti castaldi in ipsi locis fabale et troccle et ragitu, per qualecumque ratione a quacumque parte una pars sine altera, non illud exinde parare, set mitteret ipse madelmo et eius eredes tres sortis pretium, et ipse mater et filio et eorum eredes quartam partem, et ipsa rebus pararent; et sicut pretium ibidem miserit, sic per partes rebus ipsa habere, et quale pars illud parare non boluerit, non siant inde culpabilem; set ille qui boluerit ipse eos parare, sic tamen per partes inde inter se scire facere, quando illud ad parandum benerit, de alia vero que fuit supradicti rodelghisi presbiteri qui sasso bocabit, quod per ipso scriptum testamenti disposuit, benumdare, quod ipsi madelmo et ipsi filii maraldi paraberunt, et illud quod ipse rodelghisi ipsius madelmi iudicabit per ipso scriptum testamenti, et illud quod ipse rodelghisi iudicabit ipsius gemme filia predicti maraldi et ipse radecisi illud bicariabit ipsorum filii maraldi et predicti madelmi, sicut supradicta cartula bicariationis continet, de quantum fuit ipsius radelghisi presbiteri per supradictis locis a fora ipsa rebus, quam ipsa scriptionem dibisionis continet, et a foras ipso molinum et omni pertinentia eius et a foras illud de sub monte, quod ipsi mater et filio dederunt et confirmaberunt ipsius madelmi, et a foras illud de ipsa clusa, quod pertinet ipsorum mater et filio per ipsa bicaria et per ipsa dibisione, et a foras ipsa bia, quod ipse madelmo ammisit ipsius sergi et a foras illud de ipso pergolatu per ipsa mensuria, quod supradiximus, et a foras illud de troccle et fabale et ragitu, quod ipse madelmo bendidit ipsorum arechisi et iaquinti, adcommunabit illud ipse madelmo cum ipsi mater et filio in oc hordine, ut ipsi filii maraldi abeant illud medietatem, et ipse madelmo abeant ipsa alia medietate cum ipsi mater et filio et cum illorum eredes; et ipsa medietate, quod inde eorum benerit da ipsi filii maraldi, siad dibisa iusta rationem in quadtuor sortis: ipsi mater et filio et eorum eredes tollad inde inclita quartam partem, et ipse madelmo et suos eredes tres sortis, per partes faciendum quod boluerit, et ipse madelmo et suos eredes defensare ipsa quartam partem ipsorum mater et filio et ad eorum eredes a pars uxoris sue et da illi ominibus et partibus cui per ipsum madelmo, vel per ipsa uxore illius illud vel exinde datum, aut quomodocumque obligatum paruerit; et si de ipsa rebus que fuit ipsius rodelghisi presbiteri, qui sasso bocabit, contentio fuerit exurta, communiter inter se et suis eredibus se exinde coniungere, cum quanta monimen inde inbenire potuerit vel abere, et cum quale meruerit et abta fuerit, cum tale monimen et rationem inde causare absque omni colludio; et si exinde perdiderit per legem, absque colludio unus alterum inter se et suis eredibus

inde restaurare, et ipsi mater et filio et suis eredibus nulle causationes emittere de ipsa pecia de terra ibique in ipso locum, quod ipse madelmo et ipsi filii maraldi per supradicta bicaria dederunt ipsius radelghisi, qui maraldo bocabit, pro vice de ipsa nura et nepote sua per ipsa mensuria: ab occidente passi octuaginta tres: a septemtrione passi biginti nobem: ab oriente passi octuaginta quadtuor: a meridie passi quadraginta unum, et in medium per latitudo passi triginta octo ad iusto passum; per iste finis et mensurie nulle causationis ipsi mater et filio nec illorum eredes inde emittere ipsius madelmi, vel ad eius eredes, nec quacumque homo pro illorum parte. seu et esceptuaberunt de ipsa rebus que fuit ipsorum iaquinti et rodelghisi presbiteri de predicto locum transboneie, ubi proprio ballenara dicitur, quod modo tenunt et dominant heredes iohanni filii adelgari, qui modo dicitur scontrati, quod ipse rodelghisi et predictus iaquintus bendiderunt predicto iohanni filio ipsius adelgari: ha super parte passi centum quinquaginta, et erga casale qui fuit ipsorum rodelghisi et iaquinti, sicut poiu discernit, passi centum, et ab inde coniungente ad ipsi centum quinquaginta passi sunt passi septuaginta, quod est per circoitum ipsa bindictio passi tricentos biginti ad iusto passum homini mensuratum; nam a super per parte, ubi sunt ipsi centum quinquaginta passi, reserbaberunt bia estra ipsa mensuria communiter ipsi rodelghisi et iaquintus cum illis abendum. quam et benumdederunt ipsius iohanni ipso castanietum ibique estra ipsa bia, que communiter reserbaberunt coniuntum in una parte ad predicta bia communalis: in alia parte ad fine de atrianensi que dicitur boccapiczola, et fine ribus, et per ipsa fine de ipsi atrianensi sunt passi triginta quadtuor usque ipso ribus, et per ipso ribus coniungente ad flubium boneia: de alia parte fine ipsorum que fuit rodelghisi et iaquinti, quomodo ballone discernit et ascendit per medio ipso toru et coniungit rectum ad ipsa bia, quem fecerunt erga suprascripta bindictio cum bice de bia sua. ista rebus per supradicte finis et mensurie sceptuaberunt, ut ipsi mater et filio, nec eorum eredes nulle calumnie aut causationis inde preponant ipsius madelmi vel ad illius eredes, eo quod ipsi scontrati, qui sunt eredes ipsius iohanni filii predicti adelgari, ostederunt modo cartula, que est scripta per theodericus notarius emissa anno bicesimo principatus domni gisolfi, qualiter ipse rodelghisi qui tando erat diaconus, et rodericus, qui iaquintus bocabat, supradicta rebus bendiderunt predicto iohanni filio adelgari; seu et abeant bice ipse madelmus et eius eredes de bia per rebus ipsorum mater et filio, unde modo est, usque ad casa predicti madelmi, ut licead ipsum madelmo et eius eredes iusta rationem cum sue congruitatis inde ingredere et regredere per ipsa bia, absque damnietatem de binea et pergola, que super et iusta ipsa bia est, et ipsi mater et filio et eorum eredes semper super ipsa bia ipsa pergola abere. verumtamen ipse finis de ipse pastenationis da ipsum iohannes filius petri et ipsius petri

filii iohanni amalfitano, quod ipse madelmo posuit fine sue, sicut ipsi brebri continunt, illud quod posuit fine sue est de ipsa rebus que fuit ipsorum rodelghisi et iaquinti de illud de iste finis de ipsi brebri pastenationis, quod ipse madelmo declarabit finis sue, si de ipse finis sue aliquit adbincerit, dibidere illut cum ipsi mater et filio in quartam parte: ipsi mater et filio tolleret inde quarta sua, et ipse madelmo tres sortis; et si inde adbincere non potuerit, nullam siad ipse madelmo inde culpabilem absque suo colludio. et de ipsa rebus vero de ipso locum ragitu que fuit predicti iaquinti, abeant exinde ipse madelmo et eius eredes exinde tres sortis, et ipsi inperatissa et petrus et illorum eredes quartam partem, sicut supra legitur. tantum, si surrexerit qualibet homo, qui per datum rigale genitrice ipsorum madelmi et imperatisse, de ipsa rebus que fuit predicta de ipso locum ragitu, per beram legem adbincat quartam partem que fuit ipsius rigale, absque colludio ipsius madelmi vel de eredes, non querant ipsi imperatissa et petrus vel illorum eredes de ipsa quarta quod perdiderit, qualibet sortionem; set securiter ipse madelmo et eius eredes inde manere; et sicut inter illis complacuit, per partes guadiarunt se exinde ipsi mater et filius, commune consensu posuerunt mediatore ioannaci castaldum filium quondam iaquinti, et ipse madelmo posuit mediatorem adelari filius quondam mascini; et per ipsa guadia obligavit se ipse madelmo et suos eredes omni tempore permanendum in omnia suprascripta per supradicti hordines et tenores, et per nullis modis querant illut vel exinde remobere vel contrare. et si taliter ibidem non permanserit, vel de suprascripta quesierit remobere aut contrare, et qualiscumque causationes inde preposuerint, tunc per ipsa gaudia componere obligabit se ipse madelmo et suos eredes ipsorum imperatisse et petri, vel ad illorum eredes centum auri solidos constantinianos et in suprascripta omni tempore ille et suos eredes firmiter permanerent in illo hordine et tinores, sicut supra legitur. et taliter pro parte ipsorum mater et filio scripsi ego petrus notarius.

† ego roderisius

† ego qui supra truppoald stolsaiz et comes.

DCIII.

A. D. 1008.

† In nomine domini anno vicesimo principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iunius, sexta indictione. Ideoque ego iohannes filius quondam iaquinti de mitiliano

clarefacimus abere comune cum germani mei una pecia de terra cum binea et bacibum uno teniente in locum betrantum mitilianense finibus per ec finis et mensuria: da pars orientis fine bia qui modo se andad, inde sunt per latitudo passi duodecim: per latitudo a septentrionis fine iohanni filii quondam iohanni: a parte occidente fine bia caba, inde sunt per latitudo passi biginti quadtuor: a meridie fine de consortibus nostris longitudo vero quantum est da ipsa bia da pars orientis et usque ipsa halia bia da pars occidentis: infra ipse finis et mensurie mihi est pertinente una quartam partem, totum mensuratum ad iusto passum homini. Nunc autem congruum est mihi iamdicto iohanni ipsa mea sortionem venumdare ipsius iohanni; et ideo, sicut mihi congruum est, mea bolumtatem per hanc cartulam venumdedimus adque ad semper habendum confirmo tibi iamdicto iohanni inclita ipsa quartam partem de tota suprascripta rebus quod est mea sortionem, unde nullam nobis, nec cuiquam ominibus, vel uxori mee, aut in quabis partibus de ipsa quartam partem exinde restitit, aut dicimus remanere sortionem, set inclita ipsa mea sorte tibi venumdedi cum omnia infra se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod volueritis, absque cuiuscumque contrarietatem vel requisitione. et pro confirmandam et stabiliscendam supradicta nostra vindictione a presentis recepit a te quadtuor auri tari boni pesanti, sicut inter nobis combenit in omnis deliberatione, finitoque pretium ipsum aput nos. de qua per bona combenientia guadia tibi dedi et mediatorem tibi posuit meipsum, et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.* et quando volueritis, bice nostra potestatem abeatis in omnibus inde exet autorem et defensorem, cum quale monimen et ratione inde abueritis, qualiter volueritis; et, sicut diximus, ab oriente est per latitudo ipsi duodecim passi, et da pars occidentis, sicut diximus, per latitudo ipsi biginti quadtuor passi. et taliter scribere rogabimus te iohannes notarius, hactum salerno.

† Ego roderisius

† Ego Iaquintus notarius.

DCIV.

A. D. 1008.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense agustus, sexta indictione. memoratorium factu a me iohannes portario filio quondam petri eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit mihi maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, una cum eo adesset romoaldus comes, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, terra pertinentem ipsius ecclesie, ubi nunc ego casa lingnitia terranea edificatam abeo per ec finis et mensuria: a pars meridie fine ipsius ecclesie, sunt inde pedes sidecim minus summisse unum et planta: a pars occidentis similiter fine ipsius ecclesie, inde sunt pedes decem et octo et planta una: a pars septemtrionis fine ipsius ecclesie cum totum ipso parietem qui ibi est, et inde sunt pedes quadtuordecim et summisse: a pars orientis similiter fine ipsius ecclesie, sicut anditum predicte ecclesie discernit, et inde sunt pedes decem et nobem et summisse et uncie due, totum mensuratum ad iusta manum omini. ec vero supradicta terra, qualiter superius finis posite sunt et mensuria ipsa percurrit, totum et inclitum illut mihi tradidit, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bia sua in tali ordine, ut amodo et ad completum unum anno abeamus nos et nostris eredibus et omines quem ibidem miserimus, in tota ipsa mensuria casa lingnitia terranea, clusa ex omni parte et intus per medietatem, et tota cooperta, ut bona siad facta cum ista lingnamina et cum alia lingnamina noba, quale meruerit; et ubi ad completo amodo unum annum ipsa casa, sicut supradiximus, facta abuerimus, dibidamus illam iusta ratione per medietatem, et faciamus scire ipsum abbatem, vel pars ipsius ecclesie, et compreendad exinde de ipsa casa una medietate quale boluerit, et nobis abeamus reliqua medietate, ut amodo et usque biginti sex anni completi ad nostra et de nostris eredibus et de ominibus, quem ibidem miserimus, illas tenendum, et ibidem residendum et abitandum et omnis nostre utilitatis ibidem faciendum. et per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie usque ipso constitutum defensare nobis et ad nostris eredibus et ad omines quem ibidem miserimus, inclita supradicta medietate ipsa terra per supradicte finis et mensurie que superius nobis in sorte obbenit, cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus, et non ante ipso constitutum illut vel exinde nobis querad tollere aut contrare. ad completi ipsi biginti sex anni potestatem abeamus nos et

nostris et omines, quem nos ibidem miserimus, media ipsa casa exinde disturbare et tollere exinde ipsa lingnamina et omnis nostra mobilia, que intus ipsa casa abuerimus, et portare ubi boluerimus, et nullam inde nobis contrarent, et ipsa terra bacua remittamus ad potestate predicte ecclesie; tamen, quantun censum oc annum pro seditura de ipsa terra et casa exire debuerit, demus illut exinde in pars ipsius ecclesie per rationem medietatem. quod si taliter omnia, ut superius legitur, ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque eredibus et ad omines quem ibidem miserimus, non adinpleberit et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, tunc per ipsa guadia obligabit se suosque successores et pars ipsius ecclesie ad componendum nobis nostrisque eredibus biginti auri solidi constantini. unde de omnia et in omnibus, ut superius legitur, ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie nobis nostrisque eredibus adinplendum, per bona combenientia guadia mihi ipse abbas cum predictus comes dedi, et mediatorem mihi posuerunt maghenolfus presbiter filius quondam granati. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego qui supra maio presbiter et abbas

† ego petrus presbiter et primiclericus.

DCV.

A. D. 1008.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri wuaimari gloriosi principis, mense september, septima indictione. Memoratorium factum a me andrea domini misericordia abbate hecclesie sancti magni qui in finibus lucanie situm est, eo quod intus sacro salernitano palatio ante subscripti nobilibus tradiderunt et confirmaberunt mihi et in predicta hecclesia sancti magni per bona combenientia adelbertus et rodelgrimus comitibus hecclesia monasterii sancte marie bocabulum qui fundatum est in finibus maliano illorum comitatum, in loco qui dicitur campu rubu, quod guiselgardus monachus et abbas retinet, et ipse guiselgardus monachus et abbas iam preterito tempus ipso monasterio sancte marie in ipsa nostra ecclesia sancti magni hofferuit cum omni pertinentia sua, quando se monachum fecit, eo quod ex cossita sua fuit. Ideo, quantum in publico de ipso monasterio sancte marie pertinet vel pertinuit, et de rebus eius inclitum illut in iamdicta nostra ecclesia sancti magni confirmaberunt predictis comitibus, videlicet per hos fines incipiente

da coniunctura de fluvio alento et riu curbu, quomodo ascendit per predicto fluvio alento: a pars meridie usque ubi mittit ipso ballone qui desscendit a pars orientis super ipsa ecclesia et quomodo asscendit per predicto ballone: a pars orientis usque in ipso gualdizzulu: de super a pars septentrionalis, quomodo asscendit per predictum gualdizzulu usque in ipsa serra et coniunget in fine de ipso monasterio sancti ianuarii: de alio namque latere, quomodo descendit a pars occidentis per predicta fine sancti ianuarii usque in riu curbu, et quomodo desscendit per ipso riu curbu et coniungit in ipso flubio alento priore fine. per iamdicte finis cum ipso monasterio et cum omnia infra se habentibus inclitum illut ipsi comitibus nobis et ad pars iamdicte nostre hecclesie sancti magni confirmaberunt; quam etiam et confirmaberunt nobis et in predicta nostra hecclesia ipse terre qui sunt illa pars ipso ballone qui est in parte orientis qui pertinunt in predicto monasterio sancte marie. hec omnia suprascripta rebus et monasterium, sicut dictum est, nobis et in partibus predicte nostre hecclesie sancti magni ipsi comitibus confirmaberunt trasactibus nomine et a funditus, cum bice de bie sue et cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis, ad securiter et firmiter amodo et semper ego iamdictus andreas abbas et meis successoribus et pars iamdicte nostre hecclesie sancti magni illut habendum, dominandum, possidendum, omnis nostre hutilitatis hibi faciendum, qualiter voluerimus, et abbatem potestatem abeam ego et posteros meos, qui ecclesia ipsa sancti magni tenuerit, in ipso monasterio sancte marie ordinare, quale boluerimus; et potestatem habeamus in rebus ipsius monasterii homines, quales et quantos habere potuerimus, ibi mittere et ordinare ad laborandum et pastenandum; et si potemus, casales sibe unum, vel plures, hibi faciamus, et ipsi homines sub nostro dominio teneamus et iudicemus, ita ut ministeriale vel comite de maliano nullam pertinentiam habeant in ipsi homines, seu et sortionem potestatem abeamus de ipsa rebus tradere et confirmare ad illi hominibus qui ad pastenandum inde tulerint; sic tamen, ut non fiat haliquando monasterio ipso substractum de comitato maliano, set semper ego vel posteros meos demus ad ipsi comitibus, vel ad posteris eorum per omnis annum unum aureum tari bonum. de qua per bona combenientia guadia michi ipsi comitibus dederunt, et mediatorem mihi posuerunt petrus comes filius quondam petri comitis de matere [1]); et per eadem guadia per bona combenientia obligaberunt se et suis posteris et eredibus illorum amodo et semper antistandum et defensandum michi meique successoribus et ad pars predicte nostre hecclesie sancti magni inclita supradicta illorum confirmatione da omnibus publicis

---

[1]) *Matere*, nunc *Matera*, urbs in Apulia.

partibus et da omnes homines abitatores de maliano; et si taliter illut nobis non defensaberint, vel aliquit, de quomodo superius legitur, remobere aut contrare quesierint, aut si quodcumque causationes nobis vel ad pars predicte nostre hecclesie inde preposuerint, per bona combenientia per ipsa guadia componere obligaberunt se et posteris illorum ed eredibus eorum tricentos auri solidos constantinianos. et hunc brebem scribsi ego roderisi notarius.

† ego qui supra adelbertus comes

† ego qui supra rodelgrimus.

DCVI.

A. D. 1008.

Aliud exemplar praedicti Memoratorii *habetur sub hoc numero.*

DCVII.

A. D. 1008.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense octuber, septima indictione. declaro ego iohanne, domini gratia abbas monasterii sancti michaelis archangeli qui in lucaniense finibus situm est, quoniam pars nostri monasterii plures abet ereditates, que abunt ec finis: da ipsa ecclesia in foras in omni parte ana mille passi, et infra iste finis congruum michi est exinde dare una pecia de terra bacuum ad laborandum ad kallino filio iohanni greco, qui fuit natibus de calabria, et modo est commorante in vico qui vocatur ancilla dei lucanie finibus, qui abet ec finis: da pede fine bia que badit per ipsa ancilla dei: a pars orientis fine ipsius vestri monasterii, qualiter badit per uno balloncello minore: de super parte abiente per ora de ipso.... vestri monasterii: a pars occidentis abiente per ipso ballone maiore fine vestri monasterii qui vocatur de ipso sabucita, in tali ordine, ut amodo et usque dum nobis et ad pars nostri monasterii placuerit, liceat te kallino et tuis eredibus lavorare et frudiare, et per singulos annos in ipso nostro monasterio iusto terratico exinde nobis et ad nostris successoribus et

ad pars nostri monasterii daret; et a quo non fuerit nobis et ad nostris successoribus et ad pars nostri monasterii comparutum non fuerit [1]), ut ipse supradicte terre ad ipse kallino et ad suis eredibus ipse supradicte terre nobis et ad nostris successoribus ammittat ipse terre sine omnis calumnie, a quo nobis non fuerit coniacutum illorum dare ad laborandum; quod si ipse kallino et suis eredibus de predicta rebus iusto terratico ad nostro monasterio dare noluerit, et ipse terre ad nostro monasterio sine calumnie ammittere noluerit, et quodcumque causationis adbersus nos exinde emiserit, per se aut per summissam suam, ideo ante omnia et per vonam combenientiam obligavit se ipse kallino et suis eredibus michi et ad meis successoribus et ad pars nostri monasterii componere triginta aurei solidi constantini, et omnia quod superius legitur, per invitis nobis adimpleret; unde de omnia, quod superius legitur, adimplendum guadia michi ipse kallino dedit et mediatorem michi exinde posuit iohanne greco da ipsi balloni. et taliter scripsi ego roffrit presbiter et notarius, actus lucanie, qui intersum.

† signum manum alfani filii stefani
† signum manum nicola ministeriali
† signum manum constantini
† signum manum marini da duliarola [2]).

DCVIII.

A. D. 1008.

† In nomine domini. Anno vicesimo hoctabo principatus domni paldolfi gloriosi principis, et vicesimo secundo anno principatus domni landolfi magni principis filii eius, mense nobember, septima indictione. Memoratorium factum a me angelus filio iohanni magistri, qui sum commorantes de loco monte aperto [3]), de oc quod ante subscriptos testes per bona conbenientia coniunxi me ego cum martino presbiter filio leoni commorantes ex eodem

[1]) Quid per *comparutum non fuerit*, et infra quid per *non fuerit coniacutum?* Fortasse ita intelligi potest: *utile nobis non videretur—nobis non placeret.*

[2]) *Duliarola*, vel *Uliarola*, pagus in Cilento.

[3]) Monte-aperto in Princip. Ult.

loco monte-aperto super ipsa rebus nostra, quod nos communiter abemus in supradicto loco, et quod nobis pertinet per una cartula quod exinde aput nos firmatam retinemus a pars monasterii sancti petri apostoli, qui edificatum est extra et propinquo hanc beneum cibitate trans flubio sabbati; et ideo fecimus dibisionem de ipsa eadem rebus iuxta nostra bolumtate, velut inter nobis conbenientia fuit; et statim ipse iamdictus martino presbiter bona etenim sua volumtatem per fustem [1]), que suis tenebat manibus, dedi et tradidit ipse michi in sorte de ex eadem rebus, qualiter est bineis et terris cum arboribus omnino abendum ego et meis heredibus: primitus quidem dedi et tradidit ipse michi in sorte una pecia de vinea et terra cum arboribus, qualiter est uno tenientem per hec bero finis: de tribus partibus fine, quomodo terminantum est inter hec sorte mea et rebus predicti monasterii: de quarta namque parte fine, sicut termini positi sunt inter hec sorte mea et sorte ipsius, quod a me ei in sorte evenit et reconiungit se in eadem rebus eidem cenobii; et oc declaro, quia infra eadem sorte mea descendet aqueducto per tempore ibernii; super hoc autem dedi et tradidit ipse michi in sorte uno pastino et terra cum arboribus qui est uno teniente infra hec finis: de uno latere et de suprano capite fine, sicut termini positi sunt inter hec sorte mea et rebus supradicti monasterii: de tertia vero parte fine iterum sicut termini positi sunt a rebus eiusdem cenobii, et rectum descendente in ipsa fontana, quod commune inter nos reserbabimus, ab ipsa eadem fontana rebolbente et qualiter vadit per ipsi termini, qui positi sunt inter hec sorte mea et sorte ipsius, et reconiungentes se in isdicta rebus sancti petri fine prioras; et reserbabimus inter nos bia et andito per ipsa eadem sorte sua usque ad ipsa iamdicta fontana, ud omni tempore tam ego quam et meis heredibus, seu et missi nostri, potestatem abeamus indeque ingredere et egredere cum omnibus nostris congruitatibus usque ad ipsa iamdicta fontana. Infra hec vero finis, sicut prelegitur, nec sibi qui supra, nec ad eredibus suis, nec cuicumque alteri homini nullam exinde reserbabit, set una cum inferius et superius, adque cum ipso iamdicto andito per ipsa iamdicta sorte sua, sicut dictum est, seu et cum omnibus suis pertinentiis, quantum quantoque infra supradicte finis exe videtur, illut michi in sortem dedi et tradidit, abendum et possidendum. Nam et ego pro hoc tradidi ei in sortem reliquum de ipsa rebus per ille finis, quod continent ipso brebem eius quod scripsit iaquintus clericus et notarius; de quibus per bona conbenientia talem michi fecit repromissionem adque obligationem ipse superius dictus martino presbiter, quod si aliquando tempore ipse aut suis heredibus de hec vero

[1]) Formula traditionis per fustem.

sua traditione in integrum, velut prelegitur, mecum aut cum meis eredibus causare aut contendere presumpserint per qualibet rationem, volendum nobis exinde aliquit tollere, aut contrare, vel minuare, aut si oc, quod superius legitur, aliquit exinde retornare aut remobere quesierit, ideo ante omnia decem aurei solidi constantini se suisque heredibus michi meique heredibus componere obligabit, vel illius homini qui unc scriptum pro parte nostra heorum in causationem ostenderit, et in antea omni tempore exinde adversus nos per inbitis vacui et tacitis permaneret. Verumtamen et sorte ipsa, qualiter superius legitur, omni tempore adversus vos firma stabilemque permaneant per eadem obligata pena. Ego Iaquintus clericus et notarius interfuit. Actum loco monte-aperto.

† Ego angelus presbiter

† Ego iaquintu presbiter

DCIX.

A. D. 1008.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense nobember, septima indictione. memoratorium factu a me falco filio maraldi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia wadia mihi dedit balsamo per absolutione riinardi genitori suo tali ordine, ut tollere legitima uxore gemma sorore mea et alia dies nuptiarum daret ei firmum iscriptum morgincaput, quod est quartam pars de sua substantia, sicut modo est lex et consuetudo ominis langobardi, alia dies nuptiarum dandum ad suam uxorem; quod si alia dies nuptiarum ipsum iscriptum ipsius sorori mee non dederit, vel si eam legitima uxor tollere noluerit, obligabit se componere mihi meique eredibus centum auri solidos costantinos, et per inbitis eam legitima uxorem tollere, et ipsum iscriptum morgincaput ei dare, et iniuste ei non facere, et bene eam abere et colere secundum suam possibilitate; et si iniuste ei facere presumserit, et si a nos pulsatus fuerit, et ausus exinde non fuerit iurare cum suis parentibus secundum legem, ubi nos eis evbangeli parata abuerimus, per omnes bices componere mihi meique eredibus, aut cui brebem iste in manum paruerit causandum, quinquaginta auri solidos constantinos, et per inbitis eam bene abere et colere secundum suam possibilitatem, pingnera, que exinde pingnerata fuerit, absque iustitia retdantur. et per eadem wadia obligabit se tali ordine, ut si ipsa sorore mea aput illum foras cibitatem vel casstello depredata fuerit per quabis

gentes, tunc de quantum pretium a nostris partibus pro ex ea comparandum datum fuerit tertiam pars, ille a sua parte dare due sortis, et abead maxsima certamen et inquisitione infra italia pro ex ea comparandum et aput se eam reducat uxor abendum. quod si eam illam comparare noluerit, obligabit se componere mihi meique eredibus triginta auri solidos costantinos et in antea per inbitis illam comparare, et aput se eam reducat uxor abendum in supradicto ordine, iscepto si eam illam inbenire non potuerit, aut ad ipso pretium illam comparare non potuerit, unde ausus nobis exinde fuerit iurare secundum legem quod diligenter eam illam comparare boluisset et non potuisset, sit exinde solutura calumniis et retdat nobis ipso pretium, quod nos ei dederimus. quod si taliter illut nobis ipse balsamus non adinpleberit et aliquit inde nobis contradixsèrit, tunc per ipsa wadia obligabit se componere mihi meique eredibus, aut cui brebem iste in manum paruerit causandum, biginti auri solidos constantinos et in antea illut nobis adinplere; unde omnes supradicte wadia quod nobis ipse balsamus dedit, mediatorem exinde posuit maraldo filium idem maraldi, et unc brebem scripsit ego roderissi notarius qui interfuit.

† ego iaquintus presbiter

† ego mirandus.

DCX.

A. D. 1008.

† In nomine domini vicesimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense nobember, septima indictione. Memoratorium factum a nobis macheholfus presbiter filius granati et petrus clericus filius iohanni, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi per vona combenientia per largietate ipsius maioni presbiteri et abbatis, et una nobis adesset romoaldus comes, qui est dominium et adbocatorem ipsius ecclesie, ad pastenandum tradidimus maranci presbiteri de locum muntoru filio petri una pecia de terra cum aliquantis castaneis et vacuum uno teniente; quod in beneficium tenemus a pars ipsius ecclesie in locum muntoru, ubi misciano dicitur, per ec finis et mensurie: de super capite fine via puplica, sunt exinde passi biginti sex : de alia parte similiter fine via, et inde sunt passi tridecim; et rebolbente per fine ipsius maranci et de germanis eius, sicut termiti discernunt, inde sunt passi biginti unum; et iterum rebolbente per fine ipsius maranci presbiteri et de ipsi germanis eius, sicut termiti di-

scernunt, passi triginta duo; et similiter rebolbente per fine illorum, sicut limite discernit, passi duodecim; et descendente per fine illorum, sicut limite et termini discernunt, sunt exinde passi septuaginta sex: de subtus parte fine de eredes aczoni castaldi, sicut et inde termiti discernunt, sunt exinde passi quadraginta duo: et de alia parte fine de eredes maraldi filii leomari, sicut termiti discernit, indeque passi centum biginti quinque et coniungente usque priore fine. ec vero rebus per supradicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua illut eidem maranci presbiteri tradidimus tali ordine, ut liceret ille et eius eredes, et homines quod miserint, illut sue potestatis tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et quanti boluerint et fuerint ratione de ipsi castaneis, abscidant, et totum illut pastenarent abellanietum et arbustis vitatis de vono vitineo; et amodo et usque decem anni quante abellane et vinum et poma inde exierint, totum illut sivi abeant, faciendum quod boluerint, et nullam inde deant: preter quante castanee inde collixerint, tertiam parte secche nobis ille deant, et de quod ibi seminaverint, terraticum inde nobis deant, sicut consuetudo est locus ipse; et ubi completi fuerint amodo duodecim anni, abeant ibidem abellanietum et arbustis factum in tota ipsa rebus per ipsa mensuria surtum et hoperatum et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene pareat laboratum et cultatum; et si boluerint ibidem residere et abitare, et ibidem homines ad avitandum mittere, potestatem abeant; et da ipsi decem anni in antea per vindemie faciant nos vel partibus ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, illis ipso arbustis vindemiare, et poma que ibi fuerit, colligere, et ipse abellane per tempore colligere et secchare, et deant nobis ibique in ipsa rebus tertiam partem, et due sortis illis sivi tollant, et omni tempore illut laborare et studiare, et salbum illut facere, ut proficiant da ipsi duodecim anni in antea et non dispereant; et ipsa nostra sortione de ipso vinum illis reponant in organeis, qui nos ibidem eorum adsignaverimus per omnis annum ipsa horganea conciata per illis, sicut meruerit, et ipso vinum reponant in casa ubi abitaverint, et salbum illut nobis faciant, usque dum illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne, et ipso missum illis notrire, usque dum vindemie ibidem steterit, secundum fuerit illorum possivilitatem, et palmentatica et terraticum inde nobis dare, sicut locus ipse est consuetudo; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea illut tenere noluerint, inclita ipsa rebus laborata et clusa, quale illo tempore meruerit, redeant in ipsa ecclesia, faciendum quod boluerint, et liceat illis inde exire cum omnis sua causa sine cuiuslibet contrarietate; seu et si talem fecerint culpam, unde cecidere debuerint, aut si de anc terra salernitanam exierint pro quacumque causa, expectent illis pars ipsius ecclesie usque tres anni

completi, et si redierint, aut de ipsa culpa liverati fuerint, et boluerint ipsa rebus recolligere, inclitum illut recolligant in suprascripto hordine: tantum ipso annum quod redierint, si laboratum fuerit, liceat prius ille qui eos laboraverit, recolligere ipso frudium, et sic rebus ipsa recolligant. Unde in eo hordine per vona combenientia guadia nobis ipse maranci presbiter dedit et mediator nobis posuit amatus de ipso locum filius garofali; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si taliter, sicut superius legitur, nobis et ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit de omnia suprascripta contradixerit, componere nobis vel ad pars ipsius ecclesie quinquaginta auri solidos costantinos. et unc brebem. scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego ioanne

† Ego sassus clericus.

DCXI.

A. D. 1009.

† In nomine domini bicesimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, septima indictione. memoratorium factu a nobis iohannes filius quondam miri et leo filius romoaldi, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et ante eum astantibus subscripti testes, per bona combenientia tradidit nobis iaquintus diaconus et primicerio ipsius ecclesie, una cum eo adesset petrus comes, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, una pecia de terra qui est pastenatum arbustum, pertinentem ipsius ecclesie de locum nucerie, ubi barbaciano dicitur, a subtus ecclesia sancti dabit non multum longe ab ipsa ecclesia, quod ipse iaquintus diaconus in beneficium retinet da pars ipsius ecclesie per ec finis et mensurie: a pars septemtrionalis fine bia puplica antiqua, est per mensuria per ipsa fine passi septuaginta tres: a pars occidentis quomodo fossatu discernit, sunt exinde passi quinquaginta quadtuor et rebolbente a parte meridie per fine de eredes guaiferi castaldi, sunt per ipsa fine passi triginta sex, et rebolbente quasi in pars occidentis per ipsa fine, sunt inde passi quadraginta sex: a pars meridie quomodo ipso arbustum de ipsa eredes guaiferi discernit, sunt per ipsa fine passi quinquaginta quadtuor: a parte meridie exiente usque in bia puplica: a pars orientis fine ipsa bia, sunt per ipsa fine passi biginti duo, et rebolbente a pars septemtrionalis per fine de eredes ipsius guaiferi sunt passi decem et octo; et rebolbente et descendente per fine

ipsius guaiferi castaldi a parte orientis et exiente usque in ipsa bia puplica antiqua qui est priore fine, per ipsa fine descendente passi nonaginta quadtuor, totum mensurutum ad iusto passum omini. ec vero rebus per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia infra se abentibus, et cum bice de bie sue, inclitum illut nobis ad laborandum et pastenandum, ubi meruerit, tradiderunt, in tali ordine, ut licead nos et nostris eredibus tota et inclita suprascripta illorum tradictione nostre potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis nostra utilitate iusta rationem ibidem facere, et ibidem residere et abitare, et, ubi meruerit, infra tota supradicta rebus arbores et bites pastenemus, et per tempore tota ipsa rebus, quando meruerit, de subter et de super laboremus et propaginemus, et totum illut cludamus, et ipsa rebus cultemus totum bonum, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiad et non disperead, et salbum illum faciamus, et per tempore rebus ipsa bindemiemus; et annualiter faciamus scire pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum et poma exinde per medietatem inter nos dibidamus: missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et nos medietatem; et tota ipsa sortione predicte ecclesie de ipso binum per tempore illut portemus ad cellarium ipsius ecclesie, ubi dicitur ad pariti in subto, et mittamus ipso binum per tempore in organea ipsius ecclesie, et ipso organeum da ipso binum quem nobis adsingnaberint, nos autem illum conciemus bonum, sicut meruerit, et de quod amodo et omni tempore in ipsa rebus seminaberimus, demus inde annualiter terraticum in pars ipsius ecclesie secundum consuetudinem* de ipso locum, et oc annum in ipsa rebus fabricemus palmentum bonum; et quale tempore nos et nostris eredibus rebus ipsa tenere et laborare non boluerimus, tunc inclita ipsa rebus bona laborata et clusa remittamus ad potestate ipsius ecclesie, et licead nos et nostris eredibus inde exire cum omnis nostra causa et ire, ubi boluerimus, sine cuiuslibet contrarietate vel requisitione. et per bona combenientia guadia nobis ipse iaquintus dedi per largietate de ipso abbate, et mediatore [1]) friderisi presbiter filius quondam almari; et per ipsa guadia obligabit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie amodo et semper nobis nostrisque eredibus rebus ipsa in suprascripto ordine defensare cum bice de bie sue da omnes omines omnique partibus; et si nos vel nostris eredibus aliquando tempore de ac terra salernitana exierimus pro aliubi ad abitandum, aut si talem feccerimus culpam, unde ad palatium cecidere debuerimus, tunc inclita ipsa rebus perbeniant ad potestate predicte ecclesie; et si infra tribus anni ic ad abitandum ierimus, aut si de ipsa

---

[1]) *(posuit)*

culpa liberati et boluerimus rebus ipsa tenere et laborare, tunc inclitum illut ad nostra perbeniant potestatem, ad tenendum et laborandum in suprascripta ratione; et ipso annum quod redierimus, si rebus ipsa laborata fuerit, licead illis exinde tollere omnis frugens; et dum rebus ipsa in suprascripto ordine tenuerimus, tunc missum predicte ecclesie, quem annualiter ibidem direxerit pro ipse bindemie et pro ipso terraticum recipiendum, nos autem illum nutriemus sequenter consuetudo de ipso locum. quod si *etc. Statuta multa quinquaginta solidorum auri constantinianorum.* tamen et annualiter ad missum ipsius ecclesie deant ipsa palmentateca, sicut consuetudo est de ipso locum. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego iaquintus diaconus et primicerius

† Ego friderisi presbiter

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego ademari.

DCXII.

A. D. 1009.

Summarium:

† Vicesimo anno principatus Guaimarii, mense Ianuario, septima Indictione. Haec charta de eadem locatione agit, de qua antecedens.

DCXIII.

A. D. 1009.

† In nomine domini vicesimo hanno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, septima indictione. memoratorium factum a nobis leo et amoru germani filii quondam iohanni, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidit nobis petrus clericus filius quondam mundi due pecie de terra bacua pertinente ipsius petri

clerici de locum iobi a super duobus ribora finibus salernitane, quod ei per firma cartula datum et confirmatum est per iaquintus filius adelchisi capuano. et est rebus ipsa per ec finis et mensuria: de pede fine ipso ribus, inde sunt per ipso ribus passi quinquaginta quadtuor: a pars septemtrionis fine mari germani ipsius iaquinti, inde sicut termiti ficti sunt: de capite fine bia comune, inde sunt passi triginta quadtuor: a pars meridie fine medio ribus, sunt erga ipso ribus rectum mensuratum passi centum; ipsa halia pecia de terra ibique a super ipsa bia comune per ec finis et mensuria : de subtus erga ipsa bia inde sunt passi quinquaginta : a pars meridie fine illorum comune, inde passi decem et octo: de capite fine ipsius petri clerici, inde passi quinquaginta: a pars septemtrionis fine sortione ipsius mari, inde sunt passi decem et octo. totum ad iusto passum omini inclitum illut per ipse finis et mensuriis, sicut diximus, nobis tradidit tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi ad nostra et de nostris eredibus sint potestatem illut tenendum, dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis ibidem faciamus, et totum illut per ipsa mensuria pastenemus vinea de bono bitineo, et pomis et cannietum, et salicetum, sicut meruerit, et ubi meruerit, illut cludamus, et omnis vinum et frugium quod inde tollere et abere potuerimus, amodo et usque nobem anni completi, totum illut nobis abeamus, faciendum inde quod boluerimus; et quantum vinum inde exierit da ipsi nobem anni in antea usque ipsi duodecim anni, ut amodo se compleant, dibidamus illut ibique per medietatem cum ipsum petrus clericus: nos tollamus illut medietatem, et ille medietatem, et super ipsa bia comune faciamus in altum pergola iusta ratione; ad completi autem ipsi duodecim anni abeamus in tota ipsa terra per ipsa mensuria vinea de bono bitineo, et pomis, et cannietum, et salicetum, totum vonum surtum et cultatum et laboratum et clusum vonum, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, ut vene pareat factum; et plicarent se ipse petrus clericus vel suos eredes, et nos vel nostris eredibus dibidamus tota ipsa rebus per medietatem iusta ratione, et prius ille vel suos eredes tollant inde quale sortione boluerit, et nobis tradant in sorte ipsa halia medietate qui remanserit, per talem firma securitatem vona facta, ut omni tempore securiter illut abere possamus cum bice de bia sua, defensantum per illis ab omnibus partibus; reditum et palmentum quod ibi abuerimus, si ebenerit in ipsa nostra sortione, abeamus illut nobis; et si ebenerit in ipsa illorum sortione, liceat nos illut excutere et portare ubi boluerimus, et amodo et usque ipso constitutum omnis suprascripta tradictio cum bice de bia sua nobis defensare da omnes homines omnique partibus; et si nos vel nostris eredibus datura aut binditura abuerimus ipsa nostra sortione de ipsa rebus ipsius petri clerici vel ad eius eredes, illut vindamus ad iusto pretium quod iuste adpretiatum fuerit, et faciamus illis inde scire per tertio con-

stitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta noluerit illut emere ad iusto pretium, tunc post ipsa constituta licead nos illut dare cui boluerimus; nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederimus absque illorum solutione, sicut de nostra potestatem exe substractum, absque pretium perbeniant ad illorum potestatem, faciendum inde quod boluerit. unde pro taliter guadia nobis dedit et mediatorem nobis posuit lando comes filius maioni; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti solidorum auri constantinianorum*. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego landemari

† Ego ademari me subscripsi

† Ego petrus me subscripsi.

DCXIV.

A. D. 1009.

† In nomine domini vicesimo hanno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense februarius, septima indictione. declaro ego iohannes presbiter filius quondam iohanni qui amonitus bocabatur, et sum commanente intus salernitanam cibitatem, quoniam a preteritis anni maraldus et madelmu huterini germani mei ac filii supradicti ammoniti, una mecum inter nos acsoczabimus et dividimus rebus cum arbustis vitatis, que commune abuimus in locum tostacio nobis pertinentes per successionem, et fecimus de ipsa rebus tres sorti, et unusquisque sue sorti inde compreensimus, sicuti sunt continentes brebi de ipsa dibisionem, que per partes inter nos inde firmati retinemus et que modo hostedimus quoram presentiis miri et mirandi iudicibus; set, dum ante os annos ipse maraldus germanus meus et madelmus nepotem nostrum una mecum aptabimus fabricare ecclesia ad onorem et bocabulum sancti nicolai in sortione mea que diximus, ipsi germani mei in sorte mihi tradiderunt in ipsum locum tostacio a super bia, ut diximus, sicut inter nos ambo germani et predictus madelmo nepotem nostrum filius supradicti madelmi combenit, illis ad omnem suum spendium fabricaberunt ipsa ecclesia in ipsa sortione mea que dicitur super bia; et dum fabricata fuit ipsa ecclesia in ipsa sortione mea de ipsa rebus a super bia, tunc domnus grimoaldus piissimus atque venerabilis archiepiscopus sancte sedis salernitane meaque postulationem dignanter audibi, et per combenientia recepi a me una libra de argentum, et per firmam scriptionem concessit mihi ipsa ecclesia sancti ni-

colai et rebus eius pertinentes: etiam vero et ipsa scriptionem ante supradicti iudices illam hostedi et relegere eam iusserunt. Continebat: in nomine domini anno vicesimo principatus domni guaimari glorioso principi, mense ianuarius, septima indictione. declaro ego grimoaldus domini gratia archiepiscopus sancte sedis archiepiscopatus salernitano, quoniam iohannes presbiter filius iohanni, qui ammonitus bocabat, a nobo fundamine construxit ecclesia bocabulum sancti nicolai in propria rebus sua de locum nuceria, ubi proprio tostacio bocatur; et dum ipsa ecclesia in ipsa rebus sua constructam esse bidetur, ideo ipse iohannes presbiter benit ad nos, ud nos per combenientiam firmaremus ei hordine combenientie de ipsa ecclesia et de rebus ipsius ecclesie per illo hordine, sicud inferius declaramus, et ille daret nobis una libra de argentum. nos autem talia audientes, cepimus inde abere colloquium cum petrus notarius adbocatorem nostrum et cum cleros honorati nostri archiepiscopatus; inito consilio, comparuit nobis omnibus talia faciendum, et ut firmaret illut . . . . per meipsum supradicto domni principi nuntiabi, ut per apsolutionem anc faceremus combenientiam ; ille autem angnoscentem, quot bonus nobis ebenirent, solutionem nobis dedit ita faciendi, et de suis presentiis inter medium nostrum essendum direxit adenolfus comes et iudex suosque fidele et onoratum, et nos a partibus nostris obserbantes ea que in lex langobardorum continent de combenientiam, pars partium combocabimus idoneis hominibus, ut quo utrumque faceremus, omni tempore firmum stabilemque manere. quo ita factum, ego superius dictus grimoaldus domini gratia archiepiscopus recepi a te iamdictus iohannes presbiter ipsa libra de argentum, et nos una cum ipsum atbocatorem per bona combenientiam per anc scriptionem tradidimus et confirmamus tibi nominato iohanni presbiteri ipsa ecclesia sancti nicolai, ud omni tempore a pars nostri archiepiscopii secura et libera et indemne permanead, et semper siant ad potestate tua et de tuis heredibus, omni tempore presbiteros ibi ordinandum, quomodo aut qualiter volueritis, sine pars nostri archiepiscopii ;et quale presbiter per te et per tuis heredibus quomodocumque in ipsa ecclesia ordinatus fuerit, sic ibidem siant et permaneant, et omni tempore securos et liberos permaneant, apsque omni molestationem et contrarietatem nostram et de nostris successoribus et de pars nostri archiepiscopii; et neque nos, neque nostris successoribus, nec pars nostri archiepiscopii nulla angaria, aut serbitium, aut quolibet vel dationem ivi ponamus, aut exigere queramus ab ipsi presbiteri, qui in ipsa ecclesia per vos et per vestris eredibus quomodocumque ordinati fuerint; et que per vos et per aliis hominibus de suis proprietatibus de rebus et causa vestra in ipsa ecclesia datum et offertum fuerit, semper firmiter permanead in ipsa ecclesia, et non abeamus potestatem aliquando nec nos, nec nostris successoribus, nec pars nostri archiepiscopii per qualecum-

que modum aliquit exinde tollere, aut contrare, seu minuare, aut in qualecumque pars ipsa ecclesia vel de rebus eius in beneficium dare, aut ad nostram potestatem illas tenere. de qua per bona combenientiam obligo me qui supra grimoaldus domini gratia archiepiscopus et meis successoribus et pars nostri archiepiscopii, ut si aliquit, de quomodo superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde vobis vestrisque eredibus preposuerimus, per bona combenientiam componere obligo me qui supra grimoaldus domini gratia archiepiscopus et meis successoribus et pars nostri archiepiscopii tibi tuique eredibus quinquaginta auri solidos constantinos; et ud in aliis modis non siant transmutata, de uno tinore due scriptiones exinde scribere fecimus: ista quod tibi emisimus, et alia tale quod retinent pars nostri archiepiscopii, et taliter scribere rogabimus te iohannes notarius. actum salerno. et ipso domnus archiepiscopus, et ipso inde suis manibus ibidem scripti erant; testes vero lando clericus, dauferius clericus et supradictum adbocatorem suis manibus ibidem positus eram; et cupio ego qui supra iohannes presbiter due sorti de ipsa ecclesia et terra, in quo positam et fundatam est, illut donare ipsorum maraldi germanus meus et predicto madelmi nepoti nostro filio supradicti madelmi. Interea, de sicut mihi congruum est, bona etenim mea bolumtate, ante presentia de exdicti iudices et alii testes per anc quoque videlicet cartulam dono atque ad semper abendum confirmo vobis nominati maraldi et madelmi germani et nepoti nostro, ut diximus, inclite due sorti de iamdicta ecclesia sancti nicolai, que vos a nobo fundamine per combenientiam fabricastitis in ipsa sortione mea, et que ipso domnus archiepiscopus edificabit, et reliqua tertiam partem de ipsa ecclesia nostre potestati illut reserbabimus; unde de nominata mea donationem nec mihi qui supra iohanni presbiteri, nec cuilibet hominibus nihil inde restitit aut dicimus remanere sortionem, set, sicut diximus, inclite due sorti de ipsa ecclesia et terra, in quo positam est, et sepulture facere possamus circoitum ipsa ecclesia cum bice de bia sua, et cum inferius superiusque suis, et cum bice de ipso supradicto scriptum, ut iamdudum diximus, inclite due sorti inde vobis confirmabimus et donabimus amodo et semper vos vestrisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, vel omnia inde faciendum que bolueritis, absque omni contrarietate nostra vel de nostris filiis et eredibus, aut cuiquam hominibus a nostris partibus et datum; set pro confirmandam et stabiliscendam anc mea donationem, nunc a presentis iusta legem launegilt ha bos inde recepimus auri tari per numerum triginta in omnem deliberationem, sicut inter nobis combenit; finitaque vero nostra donationem per susceptum launegilt, de qua per bona combenientia ego qui supra iohannes presbiter guadia vobis qui supra maraldi et madelmi dedid et mediatorem vobis posuit sesamu filius quondam licti; et per ipsa guadia *etc*. *Statuta*

multa sexaginta auri solidorum constantinianorum. et ud in aliis modis non siad commutata vel exemplatum, ista cartula aput nos retinemus, et alia talem de uno tinore aput bos remisimus † et taliter scribere rogabimus te petrus clericus et notarius qui interfuisti.

† ego qui supra miro iudex

† ego qui supra mirandus iudex

† ego maraldus notarius me subscripsi

† ego hodelfrit.

DCXV.

A. D. 1009.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, septima indictione. Ideoque ego grimoaldu filius quondam petri clarefacio, quoniam nobis est pertinente abere due pecie de terris bacue in locum campiliano [1]) a subtus ecclesia sancti marciani: prima pecia est inter reneclu et bicintinu; secunda pecia est a subtus ecclesia sancti marciani, et congruum est michi inclita sortione mea de ambo supradicte pecie benumdare amandi et ursi et achino germani filii quondam grimoaldi, et balzami filio quondam iohanni qui sitis thii et nepotes; interea ego iamdictus grimoaldus, Sicut mihi congruum est, bona mea boluntate, per anc cartulam Ante presentia Romoaldi castaldi benumdedimus atque at semper abendum confirmabimus bobis iamdicti thii et nepotes inclita ipsa sortione nostra de predicta rebus, que est de septem sortionis, inclita una de ambo supradicte pecie, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentis et cum bice de bie sue, at securiter et firmiter amodo et semper vos et vestris eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod bolueritis; et pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra binditione, nunc a presentis recepimus a bos statutum pretium, i sunt auri tari boni numerum biginti sex, sicut inter nobis combenit in omnis deliberatione. Finitoque vero pretium ipsum aput nos, ea quidem rationem, et per bona combenientia guadia bobis iamdicti germani et nepotes dedimus et mediatorem bobis po-

[1]) Extra Salernum.

suimus lando filius quondam mari; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti solidorum auri constantinianorum.* Preter, quando per bos ipsis bolueritis exinde exe autores et defensores, bice nostra licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, quomodo aut qualiter vultis, cum ipsa cartula, aut cum quale alia monimen et rationem quam inde abere potueritis. Nam, quando me quesieritis inde autores abere, nos autem illut bobis antistemus et defensemus, sicut superius legitur, per iamdicta guadia et obligata pena, et unc brebem scribsi ego iaquintus notarius qui interfui.

† ego maio clericus

† ego machenolfus.

In fine huius chartae haec sequuntur ».

Amandus, lando cacalittere, achinus, iohannes, petrus, marius, ursus pater grimoaldi qui vendidit domne; isti septem fuerunt germani filii grimoaldi: gemma uxor abalsami filia suprascripti iohannis vendidit quartam suam de ipsa septima parte suprascripti iohannis germanis ipsorum amandi et landonis et aliorum, reliquum paravit ipsa domna gemma.

DCXVI.

A. D. 1009.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, septima indictione. memoratorium factu a me ursus filius quondam petri pappacena, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia per demandationem et largietate maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi tradidit mihi petrus presbiter inclita curte illa cum arbusto pertinentem ipsius ecclesie de locum agella finibus nuceria, quod ipse petrus presbiter in beneficium retinet da pars ipsius ecclesie, per ec finis et mensurie: a pars septemtrionis fine bia puplica, qui pergit ad ipse turri et ad ipsi pariti, sunt inde per mensuria passi octoaginta duo: a pars occidentis quomodo limite et sepe discernit fine de heredes maghenolfi, inde passi quadraginta: a pars meridie, quomodo poiu discernit, inde passi quadraginta quadtuor: rebolbendo saliendo in partibus meridie usque ad ipso limite sunt inde passi similiter quadraginta quadtuor: iterum a parte meridie, quomodo ipsum predicto limite discernit, fine ipsius ecclesie sancti maximi, sunt inde passi biginti: a pars orientis fine terra ipsius ecclesie, sunt inde passi

octoaginta octo, et se reconiunsit in ipsa bia publica que est priore fine; totum per ipse finis ad iusto passum omini mensuratum totum et inclitum illut mihi tradidit. Unde pro taliter guadia mihi ipse petrus presbiter dedit, et mediatorem mihi posuit maghenolfus presbiter filius quondam granati tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi licead me et meis eredibus et omines quem ibidem miserimus, tota suprascripta tradictione nostre potestatis tenere et dominare, et ubi meruerit, totum illut cludamus, et abtis temporibus arbustum ipsum de super et de supter laboremus et cultemus, sicut locus ipse meruerit, ut proficiat et non disperead, et ubi meruerit, infra totum ipso arbustum astas et bites plantemus, et ubi meruerit, bites tragamus, et totum eos laboremus, sicut dictum est, et licead nos et nostris eredibus fobee et omnis nostra utilitate ibidem facere, et annualiter, quando meruerit, arbustum ipsum rationabiliter bindemiemus, et per bindemie faciamus scire ipsum abbatem vel pars ipsius ecclesie, ut ibidem dirigad missum suum, et totum ipso binum ibidem ad palmentum per medium illut inter nos dibidamus: missum predicte ecclesie tollad illut medietatem, et nos medietatem; et quale organeum da binum pars ipsius ecclesie nobis adsingnaberint ad cellarium que pars ipsius ecclesie abet ad ipsi pariti, nos autem organeum ipsum conciemus, sicut meruerit, et ipsa sortionem de ipso binum ibidem mittamus et portemus ad ipso cellarium, aut si boluerit illut pars ipsius ecclesie per tempore ipso binum reponere ad domus nostra, ubi abitaberimus, nos autem illut in ipso organeum mittamus subtus ipso reditum in quo abitaberimus, et salbum ipso binum per tempore faciamus, donec illut inde tulerit pars ipsius ecclesie, absque degeneratione et ingne; et ipso missum predicte ecclesie, dum ibidem steterit pro ipsa bindemie reponendum, nos autem illum nutriemus secundum nostra possibilitatem, et de quod annualiter in ipsa rebus seminaberimus, demus ibidem ad ipso missum ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso loco. ad completi ipsi octo anni licead nos et nostris eredibus inde exire cum omnis nostra causa et ire ubi boluerimus, et inclita ipsa rebus laborata et clusa remittamus ad potestate ipsius ecclesie, et per bona combenientia *etc. Statuta multa viginti solidorum auri constantinianorum.* tamen et annualiter ad missum ipsius ecclesie demus ipsa palmentateca, sicut consuetudo est de ipso loco, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† ego qui supra maio presbiter et abbas

† ego petrus presbiter et primicerius

† ego alderissi notarius me subscripsi

† ego ademari.

DCXVII.

A. D. 1009.

† In nomine domini anno vicesimo primo principatus domni nostri waimarii gloriosi principis, mense martius, septima indictione. ideoque ego ferrandus filius maiprandi mea boluntate per hanc cartulam ante subscripti testes benumdedit tibi baroni filio quondam iohanni una pecia de terra cum castanietum et quertietum et bacuum uno teniente, quod abeo in actum calbanico ubi posa bocatur, rotense finibus; est quasi per medio loco longitudo passi duocentos duo; da capite coniunctum est ad unum termine ad sortione pandoni filio meum; a septentrionalis fine medio ballone; a meridie fine de consortes nostros, sicut terminatum et coniungunt in pede ambo ipsi balloni. insimul et benumdedit tibi a supra ipsa sorte pandoni filio meum, qui est da ipsum termine in supra usque ad alii termiti passos quinquaginta; da ipsa mensuria in supra et da ipsi balloni de quantum undecumque aut quomodocumque per qualecumque ratione ibidem coniunctum abuit, scepto quarta parte sortione quod ipse pando ibi abuit; nam illo aliut totum et inclitum cum ipsa pecia suptana per suprascripte finis et mensuriis inclitum illum cum omnia infra se abentes, omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, totum funditus, ut diximus, ego nominatus feri tibi suprascripti baroni benumdedit, ad securiter et semper et firmiter tu tuique eredibus inclitum illud abendum, poxidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod bolueritis, absque cuiuscumque contrarietate vel requisitione. et pro confirmandam et stabiliscendam hanc mea bindictione recepi a te auri tari boni decem et nobem in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit; ea vero ratione per bona combenientia wadia ego suprascriptus feri tibi iamdicto baruni dedit, et mediatorem tibi posuit meipsum, et per eadem wadia *etc. Statuta multa triginta solidorum auri constantinianorum.* et taliter scribere rogabimus te mirandus notarius, actum rota.

† ego cicerus

† ego romoaldus.

DCXVIII.

A. D. 1009.

† In nomine domini Vicesimo primo anno principatus salerni domni nostri Guaimarii, Et primo anno principatus eius capue, glorioso princeps, mense martius, septima indictione. Ego landenolfus comes filius quondam ademari comitis clarifico, quoniam pertinentem est michi una pecia de terra cum arbustum in actum mitilianense, ubi terra gustini dicitur, que est per hec finis et mensuriis: A pars quasi septemtrionis fine via, inde passi septuaginta duo: A pars quasi orientis sunt passi sexaginta duo: A pars quasi meridiei sunt passi quinquaginta quattuor: A pars quasi occidentis fine medio vallone, inde passi quadraginta tres, totum mensuratum ad iusto passum; Et congruum est michi integra ipsa suprascripta terra cum arbustum et aliquanti castaneis pro amore omnipotenti deo et pro redemptione et salutis anime mee dare et confirmare in monasterio puellarum sancti michaelis et sancti stefani, quod costructum est intus hanc salernitanam cibitatem ad ortum magnum, In quo nunc domna sikelgaita abbatissa preest. Et Ideo ego predictus landenolfus comes, sicut mihi aptum est, per hanc cartam ante testes optuli et dedi deo et in predicto monasterio integra ipsa suprascripta pecia de rebus per supradictas fines et mensuras, cum omnia intro se habentes omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, Securiter amodo et semper partem predicti monasterii eiusque rectores illut abendum, et omnia inde faciendum partem predicti monasterii quod voluerit, sine cuilibet contrarietate vel requisitione. Unde per combenientiam obligavi me et meis eredibus amodo et semper defensandum ad partem predicti monasterii eiusque rectores integram ipsa suprascripta rebus cum vice de ipsa via ab omnibus hominibus; Et si taliter *etc. Statuta multa centum auri solidorum constantinianorum.* Quam te romualdus notarius scribere rogabimus actum salerno.

† Ego qui supra landenolfus comes

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

DCXIX.

A. D. 1009.

† In nomine domini anno vicesimo primo principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, mense martius, septima indictione. Memoratorium factu a me guaiferi filio idem guaiferi, eo quod ante subscripti testes ad tenendum et laborandum et pastenandum arbustum tradidimus iohanni et stefani germani filii ursi fictiliario una pecia de terra nostra bacua que abeo in locum nuceria, ubi proprio ad campu arbustu dicitur, que est per ec finis et mensuria: a pars orientis fine bia publica, et inde sunt passi sebtuaginta duo: a sebtemptrionis fine nostra, sunt inde passi quatraginta quinque et medium : a pars occidentis fine nostra, sicut fossatum discernit, et inde sunt passi septuaginta quadtuor : a meridie fine nostra et de consortibus nostris et coniungente se in ipsa via priore fines, et inde sunt passi triginta quinque et medium, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, illut ipsorum germani ad pastenandum arbustum tradidit. Unde pro taliter per vona comvenientia guadia nobis ipsi germani dederunt et mediatores nobis posuerunt seipsi iohannes et stefanus; et per ipsa guadia obligaberunt se suosque eredes tali ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi ad sua et de suis eredibus sint potestate eos tenendum, et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et totum eos pastenarent arbustum de vono vitineo, et eos cultarent, sicut meruerit, et per circoitum illut cludant et clusum abeant, sicut meruerit, et quantum vinum vel frugens et quicquit annualiter amodo et usque decem anni completi ibidem fecerint, totum sue sint potestatis, et nullam sortionem inde nobis dare preter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; ad completi autem ipsi decem anni in antea usque duos anni completi, ut amodo se compleant ipsi duodecim anni, quantum vinum ibidem fecerint, medium illut nobis vel ad nostris heredibus dare, et reliqua medietatem illis sivi abere. ad completi autem ipsi duodecim anni illis autem vel suis eredibus abeant in tota ipsa terra per iamdicte finis et mensurie arbustum factum, operatum, et cultatum, et surtu, et clusu de super et de supter, lavoratum et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut vene pareat factum; et iam in antea omni tempore natos nascente, dum illis vel suis heredibus illut per ipse finis et mensurie tenere et laborare boluerint, totum sue sint potestatis, eos tenendum, et dominandum, et fobee et omnis

sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant; et si boluerint ibidem residere et abitare, et totum ipso arbustum abto tempore laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et per vindemie tempore faciant me vel meis heredibus illis scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis vel suis heredibus totum ipso arbustum abto tempore vindemiarent, sicut meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum illut inter nos dividamus per medium: ipso missum nostrum tollat eos medietatem, et illis vel suis heredibus tollad reliqua medietatem, et ipsa nostra medietate de ipso vinum illis vel suis eredibus illut adducere per isto planum de nucerie, ubi repositum paruerit alio vinum nostrum, et conciarent nobis organeum da vinum quod illorum adsignaberimus, et reponat illut in ipsum organeum; et dum ibidem steterit ipso missum, illis eum notrire secundum sua possivilitatem, et darent ei palmenta, sicut meruerit; et que amcdo et semper ibi seminaberimus, deant inde nobis annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea ipsa traditione tenere et laborare non boluerint, inclita ipsa rebus lavorata et cultata et clusa remittant ad nostra potestate, et liceat illis vel suis heredibus inde disturbare ipso reditum quod ibidem factum abuerint, et excotere et omnis sua causa movilia, et ire cum illut ubi boluerint, sine contrarietate nostra et de nostris credibus; et si in supradicto ordine ipsa rebus nobis non ammiserit, et de ac terra salernitana illis exierint pro aliubi ad abitandum, aut si talem fecerit culpa, unde ad palatium cecidere debuerint, inclita ipsa tradictione similiter redeant ad nostra vel de nostris eredibus potestate; et si infra tres anni illis vel suis eredibus in ac terra fuerint rebersi ad abitandum et ebacuati de ipsa culpa, inclita ipsa tradictione remittamus ad illorum potestate, ad tenendum illut in suprascripta ratione; et si ipso annum, quando redierint, ipsa rebus laborata inbenerint, liceat nos inde ipso annum ipso frudium tollere; et si infra ipsi tres anni in ac terra illis non fuerint rebersi ad abitandum, faciamus nos vel nostris eredibus de ipsa rebus omnia quod voluerimus, sine contrarietate illorum et de eorum eredes. quod si taliter omnia, ut superius legitur, nobis nostrisque eredibus non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia obligaberunt se suosque eredes ad componendum nobis nostrisque eredibus triginta auri solidos constantinianos et omnia suprascripta per imvitis nobis complire. Et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego iohannes.

DCXX.

A. D. 1009.

† In nomine domini anno vicesimo primo principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense aprelis, sebtima indictione. Memoratorium factu a me disiio filio quondam mansoni, eo quod ante subscripti testes ad tenendum et laborandum tradidit ego disigi et iohannes presbiter et petrus germani filii stefani de locum ballentino una pecia de terra mea cum arbustis vitatis, quod abeo in ipso locum ballentino, ubi propio ad ortu derodi dicitur, per ec finis et mensurie: a parte septemptrionis sunt passi triginta: a pars occidentis fine nostra, sunt inde passi viginti sex et cubito unum; a meridie sunt passi quatraginta, et da ipsi quattraginta passi quasi rebolbente in pars orientis passi viginti sex et medium: et a pars orientis fine nostra, sunt inde passi viginti tres et medium, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra cum arbustis per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut cum omnia intro se abentibus et cum vice de bia sua illut eorum ad tenendum et laborandum tradidit. Unde pro taliter per vona convenientia guadia ipsi disiio et petrus et iohannes presbiter dederunt, et mediatorem mihi posuerunt iohannes filius sergii de locum pau; et per ipsa guadia obligaverunt se suosque heredes tali ordine, ut amodo et semper omni tempore ad sua et de suis eredibus sit potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciant, et totum ipso arbustum abto tempore illut laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant, et ubi meruerit, infra ipso arbustum arbores et vites pastenare et propaginare, illis vel suis heredibus illut ibidem pastenarent et cultarent, sicut meruerit: et per vindemie tempus faciant me vel meis heredibus scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et illis vel suis heredibus abto tempore illut vindemiemus, sicut meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum illut inter nos dividamus per medium: ipso missum nostrum tollat eos medietatem, et illis vel suis heredibus tollat reliqua medietatem, et adsingnemus illorum ibidem organeum vonum da vinum, et illis organeum ipsum vonum conciemus, sicut meruerit, et reponant illut ibidem in ipso locum ballentino ad domus illorum, et ibidem reponant ipsa nostra sortione de ipso vinum, et faciant illis vel suis heredibus nobis vel ad nostris heredibus annualiter ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne, et ipso missum per tempus de vindemie, quando ibidem direxerimus ipso missum, illis notrire se-

cundum sua possivilitatem; et si caballum ibidem adduxerit ipso missum, similiter illut nutrire et darent ei palmentatica, sicut meruerit, et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde nobis annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore amodo et in antea ipsa rebus lavorare et tenere illis non boluerint, inclita ipsa rebus laborata et cultata remittant ad nostra vel de nostris heredibus potestate, faciendum inde omnia quod voluerimus. quod si taliter *etc. Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum.* et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego landenolfus

† Ego maraldus me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCXXI.

A. D. 1009.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, mense iunius, septima indictione. Memoratorium factu a me amorus presbiter..... in sacro salernitano palatio ante petrus clericus et abbas ecclesie sancti petri cappella ipsius sacri palatii, et ibidem adesset toto advocator ipsius ecclesie et aliis subscripti idoneis hominibus, venit iohannes filius quondam petri et grimoaldus et boni germani filii ipsius iohanni, et per illis ostensum est unum brebem continentem: de quintodecimo anno principatus supradicti domni guaimarii de mense magius, prima indictione, ego predictus amore presbiter per absolutionem ipsius abbati et una cum predicto toto tradideram ipsorum pater et filiis terra pertinentem ipsius cappelle de locum veriniannum a super flubio grancario, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie, et iam ante os tempore rebus ipsa in sortionem obbenerad in pars ipsius cappelle a quedam mulierem nomine grusa, relicta cuidam maraldi, et da duas filias suas, nomina earum aloara uxor iohanni et sanda uxor amati, et da petrus clericus filius ursi per finis et mensuriis, sicut continunt scriptora divisionis que inde facti sunt, que nos tando illorum tradideram per hec finis et mensuriis: per capite a pars meridie fine bia antica, inde passi centum biginti tres, et ab inde pergentem et descendente a pars orientis per medio ballone, unde per iemps aqua decurrit, usque medio flubio grancario, sunt exinde per mensuria passos centum triginta sex, et a medio ipso flubio grancario salientem et quasi a pars occidentis iusta bia communem inde

per ipsa bia communem usque iamdicta bia suprana antica, que est priore finem, inde passi centum quadraginta quadtuor, mensuratum ad passum de ecclesia sancti mathei de archiepiscopio salernitano: per iste finis et mensuriis illut illorum tradideram, fobee et omnis sue hutilitatibus ibi faciendum iusta ratione, et sue potestatis illut tenendum, et si voluerint, ibi residendum, et in medietate de ipsa rebus usque decem anni conpleti pastenandum illut de bono vitineo et cannietum et salicetum seu pomis, et ipsa alia medietate . . . . . pastenarent et operarent arbustum et vites de bono vitineo seu pomis . . . . vinea et arbustum factum abuerint sive cannietum et salicetum vel . . . . pars ipsius cappelle et illis et suis eredibus dividere ipsa terra cum vinea per medium, et ipsa alia terra cum arbustum dividerent in tertiam pars, et de ipsa binea cannietum vel salicetum seu pomis conprehendere pars ipsius ecclesie medietatem et illis traderet ipsa alia medietate, et de ipsa terra cum arbustum conprehendere pars ipsius ecclesie due sortis, et illorum inde traderet inclita tertiam pars cum vice de biis suis, et in omni hordine et tenorem, sicut ipso brebem continet, scriptum per alderisio notario, et ibidem scriptum ipsum petrus abbas et ipsum totum; et ego predictus amorus presbiter et aliis; et dum ipso brebem fuit relectum, et magna pars de rebus ipsa pro inundatio aquarum que ibi superabundavit fuit et dragonavit [1]), que nullatenus ipsi pater et filiis se posse conplire, asserunt, ut medietatem rebus ipsa infra predicte finis et mensuriis assignare in pars ipsius ecclesia arbustum, sicut per ipso brebem obligati sunt; ceperunt illis opsecrare ipsum abbatem. . . . . predictum advocatorem, ut misericordiam faceremus eorum, quatenus in due sortis de ipsa rebus largitatem haberent facere vinea seu pomis atque salices, et in ipsa tertiam pars de ipsa rebus pastenarent arbustum seu pomis vel cannietum; et cum diutissime talia opsecrantes viscera pietatis permoti sumus, et solutionem ipse abbas una nobiscum et cum ipso advocatorem eorum dedimus talia faciendum, ut in ipse due sortis de ipsa rebus infra predicte finis et mensuriis pastenarent et hoperarnt vinea de bono vitinio seu salicetum et pomis, et in ipsa tertiam pars de ipsa rebus pastenarent arbustum cum vites de bono vitineo seu cannietum et pomis seu insites, ubique in eadem rebus potuerint facere, et totum eos cultare et hoperaret annualiter amodo et usque sex anni conpleti de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut bonum paread laboratum et cultatum; et a quo parutus fuerit, ut de ipsa vinea vinum exead, faciant nos vel pars ipsius cappelle scire per annum de vindemie, ut ibi eamus, aut dirigamus missum nostrum, et illis vinea ipsa vindemiare et poma exinde

---

[1]) Quid per *dragonavit?* Haec vox deest in Du Cange; fortasse valet: *fines disrupit.*

colligere, et ibique ad palmentum omnis vinum et poma, quod inde exierit, per medietatem inter nos dividamus: nos vel missum nostrum medietatem, et illis vel suis heredibus medietatem, per partes faciendum quod voluerimus; et de quantum vinum et poma exierit de ipsa terra cum arbustum amodo et usque ipsi sex anni, nullam inde nobis vel in partibus ipsius ecclesie daret, set totum illut sivi haberet; tantum de quod ibidem in ipso arbustum seminaberint, annualiter terraticum inde nobis vel in pars ecclesie daret secundum consuetudinem de ipso locum. Ad conpleti ipsi sex anni, ut amodo in antea se conplead, habeant in tota ipsa rebus per iamdicte finis et mensuriis vinea et arbustum perfectum, seu cannietum, vel salicetum, seu pomis, totum operatum et cultatum de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, et a pars de ipsa bia conmunem habeant illud clusum; sic tamen ut in due sortis de ipsa rebus haberent, ut diximus, factam perfecta vineam, seu salices vel pomis, et in ipsa tertiam pars de ipsa rebus haberent perfectum arbustum, seu pomis atque cannictum, seu insites, et plicemus nos sive partibus ipsius cappelle, et ipsi pater et filiis vel illorum eredes dividant tota ipsa terra cum vinea, seu cannietum vel salicetum, seu pomis, de quantum in ipse due sortis de ipsa rebus factum habuerint, per medium equaliter, et nos conprehendamus inde prius inclita medietate, in quale parte voluerimus, et illorum tradamus ipsa reliqua medietate; et ipsa tertiam pars de ipsa rebus que fuerit factum arbustum vitatum seu pomis, dividant illut in tertiam pars: nos vel partibus ipsius ecclesie tollad inde prius inclite due sortis, in quale parte voluerimus, et illorum tradamus exinde tertiam pars cum vice de viis suis, pro partes faciendum quod boluerimus, et per firmam scriptionem divisionis secundum legem et consuetudinem terre istius facta cum pena obligata de sexaginta auri solidos, ut omni tempore illis vel suis eredibus securiter illut abere possant, defensatum semper per partibus ipsius ecclesie da omnes homines omnique partibus: reditum vel palmentum que ibi habuerint, si venerit in ipsa sortionem illorum, habeant illut sivi; et si venerit in ipsa nostra sortionem, potestatem haberent illut exinde disturbare et portare ad ipsa sua sortione, absque contrarietatem de partibus ipsius ecclesie; et si aliquando ipsa sortione illorum daturam aut vindituram habuerint in pars ipsius ecclesie, illud vindant ad iusto pretium que iuste fuerit appretiatum, et faciant scire pars ipsius ecclesie pro illut tollendum per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si infra ipsa constituta pars ipsius ecclesie noluerint illut emere et dare inde illorum iusto valiente pretium, post ipsa constituta licead illis eos dare cui voluerint; nam, si ante ipsa constituta sine licentiam de pars ipsius ecclesie illut vel exinde dederint, sicut de illorum potestatem esset sustractum, sine pretium revertad ad potestatem ipsius ecclesie; tantum amodo et usque ipsi sex anni conpleti ipse abbas suosque successores vel

partibus ipsius cappelle antistare et defensare illorum et ad illorum heredes tota supradicta tradictione cum vice de bie sue da omnes homines omnique partibus, et non queramus antea illut eis tollere aut contrare. Unde in eo hordine per bona conbenientiam guadia mihi ipsi pater et filiis dederunt, et mediatorem mihi posuerunt petrus filius quondam racci; et per eadem guadia obligaberunt se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta nobis vel in pars ipsius cappelle non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligaberunt se et suis eredibus nobis vel in partibus ipsius cappelle quinquaginta auri solidos constantinianos. Verumtamen hoc memoramus, que placuit inter nobis, ut ipso cannietum faceret solummodo in ipsa terra cum arbustum in uno loco et eum cultare et hoperaret, sicut meruerit, et cannietum ipsum salbum omni tempore facerent, et annualiter omni tempore faceret scire pars ipsius cappelle et illis totum ipse cannietum abscidere, et per medietatem illut inter nos dividamus: pars ipsius cappelle tollad ille medietatem, et illis et suis eredibus medietatem, per partes faciendum inde quod voluerimus, et de ipso vinum et pomis quod diximus, superius tollere medietatem, et illis medietatem; usque ipsi sex anni de ipsa vinea placuit inter nobis, ut annualiter de vindemie, ut diximus faceret nos vel partibus ipsius ecclesie scire, ut ibi pergamus, aut dirigamus missum nostrum, et omnis vinum et pomis quod inde exierit, in tertiam pars illud dividamus: pars ipsius ecclesie tollad inde tertiam pars, et illis due sortis, et de ipso arbustum nullam nobis dare usque ipso constitutum preter ipso terraticum per iamdicta guadia et obligata penam, et unc brebem scripsi ego mirandus notarius qui interfuit.

† Ego theodericus me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCXXII.

A. D. 1009.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense september, octaba indictione. memoratorium factum a me iohannes presbiter filius quondam petri, eo quod ante presentia domni maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et ante eum astarent subscripti testes, per bona conbenientia per iussionem ipsius domni abbati tradidi constantini greco filio kalociri presbiteri, qui est abitantes in locum nuceria, medietatem terra cum arbusto, quod pars ipsius ecclesie abet

in ipso locum nuceria, quod ad laborandum tenuit per brebem ursus, et modo illut in pars ipsius ecclesie remisit illut ademari filio ipsius ursi, et ego illut in beneficium teneo da pars ipsius ecclesie, et est tota ipsa rebus per hec finis: de una pars a septemtrionis sicut medio aquario discernit, unde aqua fluminario discurrent: de supter parte ab occidente fine de eredes ermeperti, sicut limite et sabuci et sepe discernit: de alia vero parte a meridie fine terra ecclesie sancti biti, que modo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti biti qui ora de puteum pertinentem de ipsa terra cessante ab ora de ipso puteum in ipsa pars meridie pedes duos ad manum, et sic derictum exiente usque ad fine ipsius ecclesie sancti biti; et inde rebolbente per ipsa fine in partibus septemptrionalis sicut medio poiu et sabuci et sepe discernit: et iterum rebolbente per ipsa fine sancti biti in partibus orientis, sicut limite et sepe discernit; et exiente derictum per fine de eredes ipsius ermeperti et coniungente ad fine de eredes ermengardi, sicut aliquando ibidem fundamentum de pariete antiquo discernit: a partibus orientis fine de eredes audati, sicut sepe et sabuci et limite discernit, et coniungente in ipso aquario qui est priore fine; de ec vero supradicta rebus infra supradicte finis inclita ipsa medietas in partibus orientis, quomodo ipse ademari in pars ipsius ecclesie sancti maximi remisit, sic inclitum illut, qualiter superius legitur, ego una cum petrus comes, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesiae, predicti constantini tradidi tali tinore, ut amodo et omni tempore ille et suos eredes illut tenere et laborare boluerint, sue sint potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem faciendum iusta rationem, et temporibus suis ipso arbustum scalciarent, propaginarent, potarent, et ubi meruerint, arbores et bites ibidem plantarent et bites traerent, et sic eos laborarent de super et de supter, sicut locus ipse meruerint, ut proficiant et non dispereant, et per circoitum, sicut meruerint, illum cluderent, et clusum illud haberent omni tempore, et casa ibidem facerent, et palmentum ibidem preordinarent, et sibe ille vel alios omines potestatem habent in ipsa casa omines ad abitandum mittere, et per bindemie tempore faciant scire nos vel pars ipsius ecclesie sancti maximi, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis temporibus suis ipsum arbustum bindemiarent, et ipso binum ibique ad palmentum et omnes poma exinde dibiderent per medietatem: missum ipsius ecclesie sancti maximi tollad illut medietatem, et illis medietatem; sic tamen, ut ipsa sortionem predicte ecclesie de ipso binum, quod exinde ebenerit, illut portarent per tempore ad cellarium predicti sancti maximi a subtus parieti infra ipso locum nuceria, et mitterent illut in organea quod ibidem eis adsignata fuerit, per illis bona conciata siad ipsa organea; et si boluerit pars ipsius ecclesie dare ipsius constantini vel ad eius eredes organea bona, ut illut reponere in ipsa casa quod fecerint

infra ipsa traditione, ille ipsa organea tollant, et per tempore bona conciarent et reponerent illas in ipsa casa, et ipso binum sortionem predicte ecclesie in ipsa organea mitterent et salbum illum facerent, donec illut inde tulerint, absque degeneratione et ingne; et dum ibidem steterit ipso missum predicte ecclesie pro recipiendum ipsa sortionem de ipso binum, illis autem eum notrire et darent ei palmentateca iusta consuetudinem de ipso locum; et de quod in ipsa rebus annualiter seminaberint, deant exinde terraticum semper ad pars ipsius ecclesie secundum consuetudinem de ipso locum; et a quo ipsa rebus tenere et laborare noluerint in predicto ordine, inclita rebus ipsa laborata et cultata et clusa remittere ad potestate ipsius ecclesie sancti maximi, et licead illis inde exire cum omnis sua mobilia, quod ibidem abuerint, cum tota ipsa lingnamina de ipsa casa; et si aliquando tempore ille et suos heredes de hac terra salernitana exierint pro aliubi ad abitandum, aut si talem fecerint culpam, unde ad palatium cecidere debuerint, similiter rebus ipsa cum omnia intro se abentibus perbeniant ad potestate predicte ecclesie; et si infra tribus anni ic rebersi fuerint ad abitandum, aut si de ipsa culpa liberati et boluerint rebus ipsa in suprascripto ordine tenere et laborare, inclitum illut rebertar ad eius potestate, ad tenendum illut in suprascripta ratione: tantum ipso anno quod redierint, rebus ipsa si laborata fuerit, licead illis qui eos laboraberint, inde tollere omnis frugens. Unde per bona combenientia guadia mihi ipse constantinus dedit, et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligabit se suosque filios et eredes, ut si aliquit de omnia suprascripta remobere aut contrare quesierit, et talia in pars ipsius ecclesie non adimpleberit, per ipsa guadia obligabit se suosque filios et eredes ad componendum mihi vel in pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos, et apposuit et obbligabit se in pars ipsius ecclesie ad pingnerandum omnis sua causa etiam et persona sua: et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego Iaquintus me subscripsi.

DCXXIII.

A. D. 1009.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense september, octava indictione. memoratorium factu a me iohannes presbiter

filio petri, eo quod ante presentia domni maioni abbati ecclesie sancti maximi coniuntus sum cum ademari filio ursi, ad diffiniendum cum eum de causationibus, que cum eum ante os annos abuit ante romoaldus comes unum de dominii ipsius ecclesie, de terra cum arbusto pertinentem ipsius ecclesie, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie de locum nuceria. Unde ego inde ostedi unum brebem, qualiter ego datum abuit ipsius ursi filio audoaldi genitor ipsius ademari ipsa terra per ec finis: de una pars a septemtrionis sicut medio aquario discernit, unde aqua fluminario discurret: de subter parte ab occidentis fine de eredes ermeperti, sicut limite et sabuci et sepe discernit: alia bero parte a meridie fine terra ecclesia sancti biti, quomodo derictum exiet iusta ipsa ecclesia sancti biti qui ora de puteum pertinentem de ipsa terra, cessante ab ora de ipso puteum in ipsa pars meridie pedes duo ad manum, et sic derictum exiente usque ad fine ipsius ecclesie sancti biti, et inde rebolbente per ipsa fine in partibus septemtrionis, sicut medio poiu et sabuci discernit; et iterum rebolbente per ipsa fine sancti biti in partibus orientis, sicut limite discernit; et exiente derictum per fine de eredes ipsius ermeperti et coniungente ad fine de eredes ermengardi, sicut aliquantum ibidem fundamentum de pariete antiquo discernit; a partibus orientis fine de eredes daudati, sicut sepe et sabuci et limite discernit et coniungente in ipso aquario quod est priore fine; et cum fuit relectum ipso brebem, diximus, ut ipsa rebus non est sic operata et laborata, sicut ipso brebem continet, quem pars ipsius ecclesie abet: ipse ademari dixit, sic illut aberet factum et laboratum, sicut ipse genitor suus obligatus fuit et tando super rebus ipsa perreximus cum ipso suprascripto comes et cum aliis boni ominibus de illuc nuceria, et minime rebus ipsa inbenimus facta et operata et clusa, sicut ipse genitor suus exinde obligatus fuit, et ille per legem nobis cecidere debet; set antequam plus inde fierent causationes, per colloquium de ipso comes et de aliorum bonorum omines benimus ad bona combenientia cum ipse ademari per demandationem ipsius domni abbati per succeptum launegilt donabi ego ipsius ademari omnes calumnie exinde, et ipse ademari bolumtarie sue per bona combenientia remisit ad potestate ipsius ecclesie inclita medietate ipsa terra cum arbustum infra supradicte finis qui est in partibus orientis, faciendum exinde ipsa ecclesia omnia quod boluerit; modo autem, ut dictum est, cum ipso ademari sum coniuntum per absolutione et largietate de ipsum domnus abbas, una mecum adesset petrus comes, qui est adbocator et unum de dominii ipsius ecclesie, tradidimus ei ipsa alia media terra cum arbusto infra supradicte finis ipsa medietas a pars occidentis cum omnia intro se abentibus et suis pertenentiis et cum bice de bia sua; ideo, sicut diximus, ipsa medietas qui est in pars occidentis ei ad tenendum tradidimus. Unde pro taliter guadia mihi ipse ademari dedit, et

mediatorem mihi posuit seipsum, tali ordine, ut amodo et omni tempore, usquedum ille eos tenere et laborare boluerit, sue sint potestatis, eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue utilitatis in ipsa medietate in pars occidentis ibidem faciad iusta ratione, et temporibus suis ipso arbustum scalciant et propaginare, potare, et ubi meruerit, arbores et bites ibidem plantare, et bites traere, et sic eos laborare de super et de subter, sicut ipse locus meruerit, ut proficiad et non disperead, et per circoitum illut cludant et clusum illum abeant omni tempore, et ibidem residere et abitare, et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, et palmentum fabritum omni tempore ibidem abeant, sicut meruerit, et per bindemie sue tempore faciad nos vel pars ipsius ecclesie sancti maximi, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et acto tempore eos bindemiarent, et ipso binum ibidem ad palmentum et omnis poma exinde dibiderent per medietatem: nos vel pars ipsius ecclesie medietatem, et ille et suos eredes medietatem; sic tamen, ut ipsa sortione predicte ecclesie sancti maximi de ipso binum per tempore illut portarent ad cellarium predicte ecclesie a subtus parieti infra ipso locum nuceria, et mittad illum in organea quod ibidem pars ipsius ecclesie ei adsignaberint, et per illum et per eius eredes siad annualiter ipsa organea conciata bona; et si boluerit pars ipsius ecclesie eis dare organea bona, ut illut reponad in ipsa casa quem ibidem factam abet, et ipsa organea bona conciarent, et ipso binum sortionem ipsius ecclesie in ipsa organea mittere, et salbum illut faciant, absque degeneratione et ingne, donec illut inde tulerit pars ipsius ecclesie sancti maximi, et donec ibidem steterint ipsum missum predicte ecclesie pro recipiendum ipsa sortione de ipso binum, illis autem eum notrire iusta ratione, et darent ei palmentateca iusta consuetudinem de ipso locum; et de quod infra suprascripta rebus seminaberint, deant exinde semper terraticum ad pars ipsius ecclesie iusta consuetudinem de ipso locum; et a quo ipsa rebus tenere aut laborare noluerint in predicto ordine, inclita rebus ipsa laborata et cultata et clusa remittere ad potestate predicte ecclesie, et licead illis exinde exire cum omnis sua mobilia que ibi abuerint, et cum tota ipsa lingnamina de ipsa casa extra ipso palmentum, et si coopertum fuerit illis diebus ipso palmentum, siant de ipsa ecclesia; et si aliquando tempore ille et suis eredes de ac terra salernitana exierint pro aliubi ad abitandum, aut si talem fecerint culpam, unde ad palatium cecidere debuerit, similiter rebus ipsa cum omnia intro se abentibus perbeniant ad potestate predicte ecclesie; et si infra tribus anni ic rebersi fuerint ad abitandum, aut si de ipsa culpa liberati, et boluerint rebus ipsa tenere et laborare in suprascripto ordine, inclitum illut rebertar ad potestate illorum et de illorum eredes, ad abendum in suprascripta ratione: tantum, si ipso annum quod redierint, rebus ipsa laborata fuerit, licead illis qui eos laboraberint, inde tollere omnis frugens. quod si taliter *etc.*

Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum. et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego arechisi notarius me subscripsi

† Ego ragemprandus me subscripsi

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi.

DCXXIV.

A. D. 1009.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense nobember, octaba indictione. Ideoque ego mastalus atrianense filius quondam sergi qui bocabit de auta, clarefacio, quoniam a mangna infirmitate sum depreensus, unde puto vitam finirent; et dum in lectulo misere iacentem et integram abeo tota mente, et mea rebus et caussam meam iniudicatam relinquere, quapropter ob rem ego superius dictus mastalus ante subscripto notario et subscripti testes ostedit concessionem, qualiter ad presentes nostros concessa et data fuit ei licentiam, et liceret illum et eius eredes de omnia sua causa dare et iudicare, sicut et langnobardi hominibus, interea ego superius dictus mastalus per combenientia vona mea boluntate per unc scriptum confirmo et tradidit vobis matrone et blactule, que sitis germane filie todoli, inclita terra cum casa mea frabrita solarata de intus anc salernitanam cibitatem propinquo ipsa lama, qualiter conciata et edificata est cum mineaneum [1]) et scala posita, et cum bice de andito suo usque in bia publica, et cum omnis meum mobilem, quod intro ipsa casa abuero, totum funditus cum predicta casa et cum omni sua pertinentia, ut superius legitur, illud tradidit vobis iamdictis matrone et blactole, securiter vos et vestris eredibus predicta nostra tradictio abendum, et faciendum exinde omnia quod bolueritis, absque omni cuiuslibet contrarietate vel requisitione, et ipse ambo germane propter ista tradictione, quod illarum fecit pargiare [2]) et da ille debeant ad costantino filio iohanni de marino comite biginti auri tari, quod ego illius religo sum dare, et unum alium tari ille recdere ad iohannes atrianense, cui illum

[1]) *mineaneum*, idem ac *minagium* ut in Du Cange.

[2]) *pargiare*, a voce *pargia*, ut ibi.

mediatorem mihi posuit seipsum, tali ordine, ut amodo et [illegible] ...anense filio sergii, pro illis eos tenere et laborare boluerit, sue sint potestatis, [illegible] ...aderad ipsum ligori qui dixit, et omnis sue utilitatis in ipsa medietate in pa[illegible] ...ut illis dare pro illius anima, et de ipsa casa temporibus suis ipso arbustum scalcian[illegible] ...mastalus, et scriptio inde firmate esset de ipsa et bites ibidem plantare, et bites [illegible] ...ipsi et de sortione ipsius mastali de ipsa terra et casa, qua- ipse locus meruerit, ut pr[illegible] ...ligori et qualiter illut tradidit ipse sortis, nullam inde eis contrare illum abeant omni [illegible] ...et eius heredes. de qua per vona combenientia *etc. Statuta multa* tionem ibidem [illegible] ...ligori et ... auri *constantinianorum*. et quando ipse sororis vel illarum eredes, et per bin[illegible] ...solidorum ostenderit, boluerit causare de supradicta mea tradictione et de dirig[illegible] ...isto scriptum ... continentes, potestatem abeant bice nostra in omnibus inde causare et finem p[illegible] ...qui ... inde ... taliter scribere rogabimus te alfanus notarius, actum salerno. ...facere, qualiter boluerit. et

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi

† Ego Petrus me subscripsi.

DCXXV.

A. D. 1009.

† In nomine domini bicesimo anno primo principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense december, hoctaba indictione. ego petrus gratia dei abbas monasterii sancti petri [1]) de ulter flubio tragutiu ubi ad erceka dicitur, declaro, quoniam isdem nostri monasterio dei homnipotentis donis plurimus abes rebus pertinentibus per singnulis et dibersis locis, es quibus a preteritis annis inde ebenit et permanet indeserto, que lavorare minime bolemus; propterea colloquium abuit cum proposito ac monachos eiusdem nostri monasterii, et per commune consilium inter nobis statuimus, ut si potuerimus impedire, cui per combenientia ec rebus eiusdem nostri monasterii pertinentibus daremus, de quibus pretium recipiamus; de quo bero pretium illut emere debeamus, quod nobis et ipsius nostri monasterii sunt necessario, ideo melius esset, quam unibersis rebus sine aliquo adfecto possideremus, interea imbenimus cecere filius quidam mastali commanente de finibus nucerie, qui a nobis per combenientia recipere querebas aliquanta terra cum arbusto eius-

[1]) Intra fines Nuceriae et Sarni.

dem nostri monasterii pertinente in eodem locum nucerie a suptus campu de are et quadraginta octo auri tari boni nobis exinde dare bolebat, quot nobis optime faciendi esset comparuit, pro quo sine omnem afectum illut possidemus: denique reminiscente eaque in lege langnobardorum de combenientia scriptum est, ideo iusta istitutione eiusdem legis interesset, bocavimus idoneis homines qui subter scripti sunt, et miro iudex de eodem locum nucerie, ud quot inter nobis hordine combenientia firmaremus, omni tempore firmum stavilemque permanerent; et dum predictus iudex et ipsi idoneis homines interfuissent, ideo firmavimus inter nobis ec combenientia iusta eadem lege, propterea ego qui supra petrus abbas una cum consensum ipsius prepositi hac monachorum eiusdem monasterii, coram predicto iudex et ipsi idoneis homines, et pro firmam stabilitatem, abente mecum petrus clericus et notarius adbocatorem ipsius monasterii, per anc bidelicet cartam hordine combenientie iusta legem dedimus et tradidimus tivi superius dicti ciceri integra ipsa rebus cum arbustis bitatis, et una cartula inde continentes, eiusdem nostri monasterii pertinentes ipsa rebus in ipsu locum, ut diximus, a suptus campu de are, que a preteritis annis ipsa rebus per ipsa carta mihi qui supra abbas confirmatum fuit per mulier nomine rodelgrima filia cuidam petri et per guaiferio castaldo filius adoaldi, qui amiczo bocabat, biro eius, quibus nunc predicte rebus infra ec finis et mensurie, que inferius declaratur, bidetur esset: a pars orientis fine que fuit de erede moderici, inde longitudo passi octuaginta nobe: a pars meridie fine quot nunc retinet de herede ruscinii, inde latitudo passi quadtuordeci et cubito uno et pede unu: a pars occidentis fine quot nunc retinent eredes alfani, qui fuit thio ipsius mulieri, et inde sunt longitudo passi similiter hoctoaginta nobem: a pars septemtrionis fine bia publica, inde latitudo passi duodeci et duobus partibus de passu: tota ista mensuria mensuratum ad iusto passum omini; infra ec bero finis et mensurie nec nobis, neque ad pars eiusdem nostri monasterii, nec cuicunque alteri abentem exinde nichil restitit, aut dicimus remanere sortione, set, sicut diximus, in integrum eos cum inferius superiusque suis et cum bice de bia sua iamdicta rebus ordine combenientie dedimus et tradidimus tivi qui supra ciceri inclitum illut possidendum, et pro illut recepimus a te in combenientia anc in parte eiusdem nostri monasterii pretium quos prediximus, quadraginta octo auri tari boni, ea rationem, ud amodo et semper tu tuisque filiis et eredes iamdicta inclita nostra tradictione per iamdicte finis et mensurie illut abere et possidere baleatis, faciendum exinde omnia que bolueritis, sine contradictione nostra et de posteriores nostros requisitione; quot si *etc. Sequitur consueta formula, statuta multa sexaginta solidorum auri constantinianorum.* et te ademari notarius scribere rogabimus intus anc firmitate nucerie.

† Petrus iunior abbas subscribsit

† Ursus presbiter et monacus subscripsit

† ego qui supra miro iudex

† ego maraldus notarius me subscripsi.

DCXXVI.

A. D. 1009.

† In nomine domini domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitius quinquagesimo tertio anno imperii eius, et cum eo regnante constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense december, hoctaba indictione. Memoratorium factum a me deusdede diaconus filius quondam petri clerici, qui sum commorantes intus cibitate luceria, clarefacio enim, quia que fuerat maio filius quondam maielgari ut daret ei fresa nepotem meam et filiam quondam iohanni verus germanus meus et filius supradicti petri clerici. Ego vero per eius rogum et de aliis vonis ominibus largitus fuit ei talia hadimplere. De qua coram presentia hottoni iudicem et suprascriptos testes per vonam convenientiam guadia michi dedit ipse qui supra nominatus maio et filius supradicti magelgardi, et mediatores michi posuit ansarico filius quondam iaquinti et radelchisi filius quondam nicole tali tinore, ut tolleret sibi ad uxorem abendum fresa nepotem meam et filiam supradicti iohanni; quod si eam tollere voluerit, tunc centum aurei solidos constantinos nobis componere obligabit, et ipsa nepotem meam tolleret uxorem per invitis per eadem guadia et per districti ipsi mediatores et obligata pena [1]).

Secunda namque guadia michi dedit ipse qui supra nominatus maio et mediatores michi posuit ansarico et radelchisi eo tinore, ut per manus de michi meique eredibus vel illi omini, cui hunc brebem in manum esse paruerit, pro pars eidem nepoti mee lectum paratum cum lena, colcetra [2]) et plumateum, toti nobi et voni plenique de plumis, Et at tribus anni completi daret nobis pellitia serica, funda tinea [3]) noba et bona cusita et bene conciata cum hornatura [4])

---

[1]) Notatu digna charta ista, propter interpunctionem commatis distinctam.

[2]) *colcetra*, vel *colchia*, idest culcitra.

[3]) Quid per *funda tinea?* Fortasse: *tineis minime corrosa.*

[4]) *hornatura*, seu *ornatura*: ornamentum ex filo aureo contextum iu extrema parte vestimenti.

sua, Et sex anni completi daret nobis mancipia bona inbentus absque omni lesionem membris et corpori sui, Et usque dum ei deus omnipotens ipsa mancipia dederit, faciat serbire ad ipsa nepotem meam uxore sua, sibe cum libera, sibe cum ancilla, in omni iuxta imperationem ad pannos labandum, et aquas auriendum, et omni sua utilitate peragendum, sicut decet serbire ancillam ad domina vel domini sui. Et si ad diem venerit mortis ipsa nepote mea uxore sua, potestatem abeat una mecum vel cum meis eredibus iudicare et dare pro anima sua ex predicto placito sibe ipsa pellitia serica, sibe ipsum lectum, unam ex is duabus causis, qualem sibi eligere voluerit, sine contradictione sua et de eius eredibus. Et si taliter michi meique eredibus ipse prenominatus maio vel eius eredes per ordinem non adinpleberit, et aliqua intentione nobiscum exinde excitare voluerit, tunc viginti aurei solidi constantini nobis nostrisque eredibus componere obligabit, et illut omnibus quod superius legitur, per invitis nobis adinpleat per supradicta guadia et ipsi iamdicti mediatores et obligata pena.

Tertia igitur guadia michi dedit ipse qui supra nominatus maio et mediatores michi posuit ansarico et radelchisi, tali namque tinore, ut dum deportaberit ipsa nepote mea uxore sua in domoque sua, vene eam abeat atque colat secundum possibilitatem, sicut et alii consimiles sui, qui bene abunt et colunt suis uxoribus, seu quietam hac pacificam vitam cum ea ducat, et absque certa culpa eam non battidisset, nichilque ei iniuste faceret, et quamdiu vixerit ipsa nepotem meam uxore sua, nullam aliam quamlibet feminam non adulteraret; quod si ec nefa et pessima opera fecerit ex is malis quibus prelegitur, quod si ancilla fuerit cum quo se miscuerit, tradat eam in disciplinam had ipsa nepotem meam uxore sua; Et si libera fuerit, exiad eam procul a domo sua. Et si ec agere noluerit, et in suis iniquitatibus permanserit, et emendare se noluerit, et a nobis ipsis, vel ab eredibus nostris, aut hab aliquo homine qui vicem eidem sorori mee hunc brebem ostenderit, et ipse pulsatus fuerit, ut eadem sorori mee iniuste non fecisset, aut sine certa culpa eam non battidisset, nec aliam quamlibet feminam non adulterasset, Tunc quantascumque vices inde pigneraberimus, sic per unamquamque vices ad dei evangelia inde nobis ausus non fuerit iurare secundum legem, ut predicte nepoti mee taliter non egisset, componat nobis aut ad illi omini qui hunc brebem pro parte eidem nepoti mee in causationem hostenderit, viginti solidi constantini. Et post compositionem facta, haut sacramentum ab eo data, pignera illa que inde... per vices semper a nobis sine calumniis recolligad, vel si inde pigneraberit, et si ausus fuerit iurare et iuratus fuerit...... diximus, a predicta culpa solutus maneret vice illa que nobis iuraberit, Et pignera illa que ex anc questionem comprenserimus, sine calumniis a nos semper recipiad.

Supsequenter guadia dedit michi ipse qui supra nominatus maio, et mediatorem michi

posuit . . . . mediatores ansarico et radelchisi, tinore quidem, ut alia die postquam sibi tulerit uxorem eadem supradicta fresa nepotem meam, tunc emitteret atque firmaret eidem nepoti mee secundum legem et consuetudinem terre istius scriptum morgincap, quod est quartam videlicet partem ex omnibus rebus supstantiis suis, tam de casis et terris, quod abet per signule cibitatibus et castellis et a foris casis et casalibus, de serbis et de ancillis, de peculiis magnis et parbis, de mobilibus et inmobentibus, de paterna vel materna substatia, de omnia sua et in omnibus, quantum ei pertinet vel pertinere debeat; nam quod tunc habuerit, seu et quod in antea diebus vite sue parare aut conquire potuerit, et eodem scriptum bene et utiliter a testibus roboratum, sicut consuetudo est, et eum dare uxori sue nepoti mee, Et ipsa eum commendare cui boluerit. Et si taliter Nobis non adinpleberit, tunc viginti solidi constantini componere obligabit nobis vel illi omini qui hunc brebem pro parte nostra traderit, Et ea que prelegitur, per invitis nobis adinpleret per eadem guadia et per districti ipsi mediatores et pena obligata.

Alia igitur guadia mihi dedit ipse prenominatus maio, Et mediatores michi posuit ansarico et radelchisi Ea ratione, ut si dies bocatio ebenerit, et ipsa nepote mea uxore sua ex oc seculo hobierit, et sine eredes excesserit, et filium vel filiam non reliquerit, ut quantum deportaberit ipsa nepote mea uxore sua, ut quantum exinde paruerit illo tempore, quando de hoc seculo excesserit, et inventum exinde fuerit, totum et integrum rebertatur aput nos et nostris eredibus, sine contradictione ipsius magi vel de eius eredibus. Et si taliter michi meique eredibus adinplere noluerit, tunc quinquaginta haurei solidi constantini penam nobis nostrisque eredibus componere placitabit per supradicta guadia et per districti ipsi mediatores et obligata pena.

Igitur alia guadia michi dedit ipse nominatus maio, et mediatores michi posuit ansarico et radelchisi ea ratione, ut si peccatis eminentibus ipsa nepote mea uxore sua hab aliqua gens depredata fuerit, ut querat eam diligenter, quomodo melius potuerit; et si eam invenerit, emat eam de proprio pretio suo; et si illam vendiderit et minime invenire potuerit, et a nobis vel ab eredibus nostris pulsatus fuerit, ut per aliqua neglegentia illam invenire non potuisset, tunc iuratus nobis dicat ad sancta dei evangelia, quia diligenter eam quesibit et invenire non potuit, et tunc a nobis manere absolutus. Et ideo hunc brebem scripsi ego deusdede diaconus et notarius, taliter quali per supradicta ratione nobis placitum fecit. Actum In civitate Lucerie qui et interfuit, Mense et indictione suprascripta feliciter.

† Ego qui supra otto iudice

† Ego poto teste

† Ego poto teste sum.

DCXXVII.

A. D. 1009.

† In nomine domini dei salvatori ihesu cristi temporibus domni sergii gloriosi ducis et imperialis patricii, anno octabo, die quintadecima mensis ianuarii, indictione octaba, amalfi. Chartula firma merisi divisionis a nobis videlicet sergio filio lupino de maurone comite, quam et a nobis maria filia constantini de mansone comite et relicta quondam mansonis bonememorie filius suprascripti lupini de maurone comite, et lupinus et constantinus germanis, genitrix et filiis, qui sumus veri cognati atque tii seu nepotis, et nos suprascriptis maria et lupinus sumus pro vice nostra et pro vice de costantino filio et fratri nostro, et nos quindeniiamus a parte sua, eo quod parvulus est et infra etate, qualiter per bona convenientia placuit inter nos dividere et diffinire plenarium et integrum ipsum casalem nostrum de fonti cum fabrice, quante ividem havet, qui fuerat de suprascripto lupino patri et socero nostro atque havio, et nobis obbenit pro ipsa portionem de domne anne bone recordationis uxorem eius, quod divisimus in tertiam partem, ut ego suprascriptus sergius tollere exinde partes duas, et nos suprascripta maria et lupinus et constantinus partem unam, quemmammodum continet ipse testamentus de suprascripta anna genitricem et socera atque avia nostra, et divisimus illud caput fixum de susu in iusu [1]), ut iam diximus, in tres portionis: de ipso a parte de salerno, sicut limpido demonstrat ipse cantus: de supra a partibus de salerno de ipsu buttaru [2]) in susu per ipsi termines fabriti, in quantum est vinea usque at ipsa silva, et una cum predicto buttaru et ipsa cirvinara [3]) de supra ipsum astragum de predicto buttarum, et a subtus ipsum buttarum in iusu indat mare sic limpido, sicut demonstrat ipse cantus de ipsu buttarum, qui est coniunctus cum ipsum parietem de ipsa cammara solarata usque in ipsa sepale da mare, et indat partibus de salerno usque in finem de ipsum pastinum de alferana germana et cognata et tia nostra; set inter isto et ipsum pastinum siat ipsa via at ipsi alii casalis de ipse germane et cognate nostre et de ipsa ecclesia et at causa nostra; de isto totum cum ipsum balneum et cum cannetum et fructora, et omnia infra se haventibus et pertinentibus, fecimus una

---

[1]) *de susu in iusu*, idest ex parte superiori et inferiori.

[2]) *buttaru*, locus ubi dolia reposita erant.

[3]) *cirvinara*, vide *cervinaria* in Du Cange.

portionem; et de ipso de media loca, ab ipso predicto canto do suprascriptum buttarum in susu per ipsi termines fabriti et indat parte de sancto felice usque in ipsum cantum a parte de cetara de ipsa cammara solarata in susu usque in tallea de ipso fico, ubi battivimus ipsa cruce, et at cuius tallea est fabritus ipse columnellus et sic directum in susu per ipsi termines fabriti, in quantum est vinea usque at ipsa silva, et cum ipsum palmentum et labellum qui est a supra ipsum buttarum, et cum ipsum furnum qui est iuxta ipsa cammara, et in iusu a subtus ipsa cammara indat mare, quantum continet tota ipsa predicta cammara, et revolvet angulum ab ipso canto de iusu indat partibus de cetara passi cammisali tres et palmos tres iustos per directum, sicut ipse iamdictus cantus demonstrat usque in ipsa sepale da mare cum medietatem de ipsa predicta cammara et de ipsa casa de subtus nominatim ipsam medietatem, que est a parte de ipsum predictum buttarum, set canne et fructora et omnia infra se haventibus fecimus exinde aliam portionem, nec non et de ipso alio qui est a parte de cetara, quantum est ab ipsi predicti columnelli usque in finem de sancto felice at caput et a latus et usque at ipsum columnellum et in iusu usque in ipsa sepale da mare, una cum ipsum palmentum et labellum qui est fabritus ante ipsa casa de subtus ipsa cammara, et cum ipsa cervinara de supra ipsum predictum palmentum et lavellum, nec non et cum ipsa reliquam medietatem de ipsa cammara et de ipsa casa de subtus nominatim ipso qui est a parte de cetara, et cum canne et fructora et omnia infra se haventibus fecimus exinde aliam portionem: ipse parietis, qui venet per media ipsa cammara et per media ipsa casa de subtus ambe parti mittat ipsa terra quam prindet ipse parietis, et ambe parti illum fabricet a terra usque susu; vie vero tote tres portionis haveat a mare per sua causa indat ipsa fontana et at ipsa ecclesia, et ubi pergere voluerit, haveat viam ipsa pars a salerno, et ipsa de media loca per ipsa portionem qui est a parte de cetara per ipsum cancellum, similiter et ista portio haveat viam per ipsa portionem de media loca, et per ipsa portionem a parte de salerno, si voluerit pergere, indat partibus de salerno; et iste predicte vie, quam diximus havere, haveat ille tote iste suprascripte portionis cum omnia que voluerint, sine damnum faciendum qui tulerit ipsum buttarum, si voluerit fabricare solareum supra ipsum astragum, potestatem haveat; ipsa portio de media loca qui est a subtus ipsa cammara, haveat viam ante ipsam regiam de ipsa casa de subtus ipsa cammara at ipsa portionem suam de supra ipsa cammara et at ipsa portionem suam de ipsa cammara; et ipsa portio qui est a parte de ipsum cancellum, haveat viam per sua causa et ipsa portionem suam de ipsa cammara et per causa de ipsa portionem de media loca; hic vero de ipsum angulum quod facit ipsa portionem de media loca, indat ipsum cancellum, melius reclaramus,

ut ubi complet ipsis suprascriptis tres passi cammisali et tres palmos iustos, quod superius diximus, sic at limpido in iusu usque at ipsa sepale da mare, siat ipsa finis de ipsa portione de media loca, et in susu ascendat ipsa finis eius, ut supradiximus, et ipsa via quam havet ipsa portio a parte de cetara, et ipsa de media loca indat salerno, haveat eam a supra ipsum palmentum qui est a supra ipsum buttarum per traversum, et exeat in ipsa via qui est inter ipsa portionem a parte de salerno et ipsum pastinum de suprascripta alferana. Quarum nos suprascripta maria et lupinus apprehensimus nobis pro ipse portionis nostre et pro constantino filio et germano nostro ipsa pars qui est a parte de cetara per ipse finis, quod superius diximus, et cum ipsum palmentum et labellum, et cum ipsa media cammara et media casa de subtus, sicut superius legitur, et cum omnia infra se haventibus et pertinentibus, et cum ipse vie sue, quemmammodum superius reclaratum est, et refudimus solidos tres at ipse alie due portionis, et mihi suprascripto sergio remansit ambe ipse suprascripte portionis; ipsa a parte de salerno et ipsa de media loca per ipse finis, quod superius diximus, et cum ipsum buttarum et media ipsa cammara et media ipsa casa de subtus, et cum ipsum palmentum, et labellum, et valneum, et furnum, nec non et cum omnia infra se haventibus, et cum ipse vie sue et omnia sua pertinentia, sicut superius legitur, et cum ipsis solidi tres, et in omnibus inter nobis eos divisimus, et nobis exinde apprehensimus, et unusquisque de nobis faciat de sua portionem que voluerit: qui se de nobis extornare voluerit, perdat portionem suam; ipsi vero platamones [1]) et quantum est ab ipsa sepale in foras indat mare, et ipse pastinus qui est in caput de ipsum predictum casalem, et silva, atque saliceta, et inserteta, et media ipsa ecclesia sancti felicis cum tota sua pertinentia, et ipsa aqua vel omnia cum omnibus, quantum in fonti havemus ab ipso, quod superius partivimus, in foras, in domnico nobis remansit, ut nos sergius haveamus exinde partes duas, et nos suprascripta maria et lupinus cum costantino filio et fratri nostro partem unam, hoc est tertia.

† Ego manso filius constantini filii mansonis comitis testis sum

† Ego iohannes filius pardi testis sum

† Mauronus filius musci de maurone testis sum

† Sergius filius lupini de sergio dentice testis sum

† Ego leo filius tauri de leone de urso comite testis sum

† Ego constantinus presbiter scriva hanc cartulam merisi manu propria scripsi.

---

[1]) *platamones*, idem ac *platanum*, locus arboribus consitus.

DCXXVIII.

A. D. 1010.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuario, octaba indictione. memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti nobilibus, combenientibus mecum mulier nomine leni libera femina, que sum uxor martini famulum predicte ecclesie filia basili greci, pro quibus illam iterum sociabit sibi virum modo nomine iohannes famulum predicte ecclesie, filium (*deest nomen*), ut liceret ipsa leni aberet sibi virum ipsum iohannes et illa cum eum in rebus ipsius ecclesie residere, et filiis filiabus quod fecerint de ipsum iohannes, et nec ego, nec meos successores non aberemus potestatem exinde compreendere ad manum serbiendum nobis, set omni tempore liceret illis in rebus ipsius ecclesie residere et abitare, sicut liberi ominibus; sic tamen, ut de quantum laboraberit, pars ipsius ecclesie exinde abere due sortis, et illis una, faciendum quod boluerit; et si animalia. . . . . ipsi filii sui, similiter tertiam partem inde tolleret, faciendum exinde quod boluerit. unde taliter adimplendum guadia mihi ipsa leni dedit, una cum ea adesset ademari notarius, et se ipsa posuit mediatrice, ut si taliter omnia suprascripta non adimpleberit, et aliquit exinde remobere quesierit, componere mihi vel ad pars ipsius ecclesie centum auri solidos constantinos, et hunc brebem scripsi ego superius dictus ademari notarius.

† Ego dauferi

† Ego grimoalt

† Ego ragemprandus me subscripsi.

DCXXIX.

A. D. 1010.

† In nomine domini anno bicesimo primo principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense ianuarius, octaba indictione. memoratorium factu a me urso filio quondam andree, eo quod ante subscripti idoneis hominibus coniunctus sum ad bona combenientia cum petrus thio meus filius iohanni qui perico vocavit, propter ad dibidendum inter nos terra cum vinea et bacuum uno teniente quod commune abemus in locum felline finibus salernitane, et qualiter inter nobis combenit pro sortione quod ipse petrus tollere debet de rebus ipsa tam pro sua sorte. . . . . quod ei pertinet da urso clerico germano

suo compreensit a partibus. . . . . . . per hec finis et mensurie: a parte meridie fine sicut limite discernit, inde passi triginta quinque et summisse unum: a parte orientis fine sicut terminatum est, inde passi triginta sex et summisse unum: et da parte septemtrionis fine sicut medio rofaneo discernit, inde passi biginti quadtuor et medium passum et palmum: a parte occidentis fine sortione mea quod ego compreensit, sicut terminatum est, inde passi triginta nobem minus palmum unum, et quasi in medium per trabersum de latitudo passi triginta quadtuor et pedem unum, totum ad iusto passum homini mensuratum; per supradicte finis et mensurie totum et inclitum cum omnia infra se habentibus et suis pertinentiis et cum bice de bia sua, sicut diximus, ipse petrus compreensit, et ego iamdictus urso compreensit in mea sorte in parte occidentis per hec finis et mensurie : a parte meridie fine ipso limite, inde passi sidecim, et a parte occidentis fine sicut medio rofaneo discernit, inde passi quadraginta sex minus pedes duo: de super a parte septemtrionis fine sicut medio rofaneo discernit, inde passi duodecim, minus summisse unum: a parte orientis fine ipsa sortione ipsius petri, sicut ipsi termiti ficti sunt, et inde passi alii triginta nobem minus palmum unum, et quasi per medium per trabersum passi quadtuordecim, totum ad supradicti passi. per iste finis et mensurie cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis inclitum illut, sicut diximus, ego iamdictus urso in mea sorte compreensit; tantum per ipsa sortione ipsius petri per uno loco ego et meos eredes omni tempore abeamus bia, unde ingredere et regredere possamus ad ipsa sortione mea cum nostre congruitatis iusta ratione, absque damnietate de ipsa rebus sua, sic, ut super ipsa bia in altum potestatem abeant pergolas ibidem facere et abere iusta ratione, et qualiter sortis ipse compreensimus, sic pars partium ille inter nos tradidimus, ad securiter et firmiter amodo et semper nos et nostris eredibus pars partium illut abendum et faciendum unusquisque de sua sorte quod voluerimus, et per nulla ratione queramus pars partium hec sortis remobere aut contrare; et per vona combenientia guadia mihi ipse petrus dedit, et mediatore mihi posuit sergi atrianense filium ursi caccabellu; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes omni tempore permanendum in suprascripta debisione, et si in suprascripta firmiter permanere noluerit et aliquit, de quomodo superius legitur, quesierit remobere aut contrare, per ipsa guadia componere obligabit se et suos eredes mihi meique eredibus quinquaginta auri solidos constantinos, et in suprascripta omni tempore firmiter permanere, et hunc brebem scripsi ego romoaldus notarius et interfui.

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi

† Ego roderisi notarius me subscripsi.

DCXXX.

A. D. 1010.

† In nomine domini bicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense ianuarius, hoctaba indictione. ideoque ego alcoin notarius, qui et urso bocor, filius quondam iaquinti, sicut mihi congruum est, per anc cartulam mea bolumtate ante subscripti idoneis hominibus donabi, adque ad semper abendum confirmabi tibi romoaldi castaldi filio quondam petri inclita quartam partem de una pecia de terra bacua cum aliquantum pastinum de locum felecta, hubi ad ipsa longa dicitur, salernitane finibus intro hec finis et mensurie, ha parte septemtrionis fine bia qui discernit inter hec rebus et alia rebus mea, sunt inde passi quadraginta sex: ha parte orientis fine, sicut termiti et sepe discernit, sunt inde passi quinquaginta duo; et abinde rebolbente erga alia sepe in parte orientis passi sex; et abinde rebolbente per fine mea, sicut trabersat labinario per termiti qui ibidem posuimus erga ipsa fine mea, quod paratum abeo da potenandus, et deducente in parte meridie, inde sunt passi triginta septem: ha pars meridie similiter fine mea, sicut alio labinario descernit, inde sunt passi biginti sex: a parte occidentis fine bia que discernit inter hec rebus et alia rebus mea et de consortibus meis, et coniungente ad ipsa bia priore fine, inde sunt passi centum, totum mensuratum ad iusto passum homini; de hec vero rebus per supradicte finis et mensurie, sicut dictum est, ego nominatus urso notario qui alcoin bocor, inclita quartam partem exinde tibi nominati romoaldi castaldi donabi, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum bice de bie sue ipse, ad securiter et firmiter amodo et semper illud habendum, possidendum, dominandum, omnia inde faciendum quod bolueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam vobis suprascripta nostra donatione, iusta legem launegilt a te nominatus romoaldus castaldus exinde recepi mantellum unum, sicut inter nos combenit. de qua per combenientia ego nominatus urso notarius guadia tibi nominati romoaldi dedi, et mediatore tibi posuit iohannes de locum propiciano filius godi; et per ipsa guadia obligabi me et meis filiis et eredes amodo et semper defensandum tibi nominati romoaldi et ad tuis eredibus cuncta suprascripta nostra donationem ha pars uxoris mee et da omnes homines homnique partibus; et si taliter illud vobis defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex langobardorum de donum et launegilt continet, ita ego et meos filios et eredes inde vobis iustitiam adimplere promittimus et obligamus; et si taliter omnia suprascripta vobis non adimpleberimus, si-

cut superius legitur, aut si nos vel nostros eredes per qualibet rationem quesierimus illud vel exinde vobis tollere aut contrare, vel quolibet causationes inde vobis preposuerimus, aut aliquit de suprascripta remobere quesierimus, componere obligabi me et meos filios et eredes tibi tuique eredibus triginta auri solidos costantinos, et omnia suprascripta per supradicto hordine vobis adimpleamus; et quando tu et tuos eredes per vos ipsis bolueritis auctores fieri de suprascripta nostra donationem, tunc bice nostra licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale monimen et rationem inde habere potueritis, et ut cartula ista in aliis modis non siad transmutata, due cartule per uno tinore inde scribere rogabimus: ista quod vobis inde emisimus, et alia similem cartulam inde nostre potestati retinemus. quod te petrus notarius scribere rogabimus, actum salerno.

† Ego ioannes me subscripsi

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

DCXXXI.

A. D. 1010.

† In nomine domini vicesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense februarius, octaba indictione. memoratorium factum a me romoaldus castaldus filius quondam petri, eo quod ante subscripti testes tradidimus alphani de felecta filio musandi medietatem de una pecia de terra mea baciba, quod habeo in ipso locum felecta, ubi propio ad longna dicitur, finibus salernitane, qui est infra hec finis et mensuriis: a partibus septemtrionis fine bia, inde sunt passi quadraginta sex: ab oriente fine sicut termiti et sepe discernit, inde passi quinquaginta duo; et abinde rebolbente erga alia sepe in pars orientis inde passi sex; et abinde rebolbente per fine alchoini notarii, sicut trabersad labinario per termiti erga fine ipsius alchoini notarii et deducente in parte meridie inde passi triginta septem: a meridie fine ipsius alchoini, sicut labinario discernit, inde passi biginti... ab occidente fine bia, et per ipsa bia deducente et coniungente in supradicta bia, quod est priore fine, inde sunt passi centum, totum mensuratum ad iusto passum homini: infra suprascripte finis et mensurie, ut diximus, inclita ipsa medietate exinde ipsius alphani tradidimus in tali ordine, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestatem illut tenendum, et fobee et omnis sue utilitatem iusta ratio-

ne ibidem faciendum, et totum illut, quantum est ipsa medietas exinde infra suprascripte finis et mensuriis, pastenare vinea de bono bitineo, et pomis, et cannietum, et salicetum, et circoitum illud cludere vonum, sicut meruerit, et clusum illut abeant amodo; et quantum vinum et frugium inde exierit amodo et usque quinque anni completi, totum sue sint potestati. Ad ipsi quinque anni completi abeant in totam ipsa medietate de omnis suprascripta rebus vinea de bono bitineo, et pomis, et cannietum, et salicetum vonum, surtum et cultatum, et laboratum et clusum, sicut de tantos annos meruerit, ut bene pareat factum. Et abinde in antea usque completi alii quinque anni, ut amodo se compleant decem anni, annualiter suo tempore tota ipsa vinea de super et de subter laborare, et cultare, et propaginare, et cludere vonum, sicut meruerit, et sic per annum totum illut laborare et cultare, quatenus proficiant et non dispereant, et cura et vigilatione inde abere, et salbum illud faciant; et per tempore de bindemie faciant me vel meos heredes scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis vinea ipsa suo tempore vindemiare, et poma inde colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma ibique inter nos dibidamus per medietatem: nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem; et ipsa nostra medietate de ipso vinum annualiter ibique in domo sua reponere in organea, quod nos ibique eorum dederimus per illis vona conciata, sicut meruerit, et ipso vinum faciant salbum, dum nos illud inde tulerimus, absque degeneratione et ingne: missum nostrum, quod per annum ibidem direxerimus, dum pro ipse vindemie ibidem steterit, illis eum notrire secundum sua possibilitatem. Ad completi vero ipsi decem anni abeant in tota ipsa medietate, quod ei tradidimus, vinea de bono bitineo, et pomis, et cannietum, et salicetum, totum vonum surtum et cultatum, et operatum, et laboratum, et clusum, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, ut vene pareat factum; et abinde in antea omni tempore annualiter suo tempore totum illut de super et de subter laborare et cultare, et ubi meruerit, totum illut propaginare tempore suo, sicut meruerit, et sic per annum totum illut laborare et cultare, ut proficiant et non dispereant, et totum illut cludere et clusum illut abeant vonum, sicut meruerit, et salbum illut faciant, et cura et bigilatione inde abeant; et per annum de bindemie faciant nos scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis suo tempore tota ipsa vinea vindemiare, et quando meruerit, poma inde colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma, quando meruerit, ibique inter nos dibidamus per medietatem: nos tollamus illud medietatem, et illis medietatem, et ipsa nostra medietate de ipso vinum annualiter illis reponere ibique in domo sua in organea nostra, quod ibique eorum dederimus per illis vona conciata, sicut meruerit, et ipso vinum faciant salbum, et ipsum nostrum missum nutrire per annum, sicut supra legitur; et si

ipse alphanus vel eius heredes da ipsi decem anni completi in antea de ac terra exierit aliubi ad abitandum, aut si talem fecerit culpa, unde ad palatium cecidere debuerit, inclita rebus ipsa vona laborata et clusa rebertar ad nostra potestatem, ad faciendum inde omnia quod boluerimus: preter si infra tribus anni in anc terra rebersi fuerit ad abitandum, inclitum illut perbeniant ad illorum potestatem tenendum et laborandum illud in omni ordine et ratione, sicut superius legitur; tantum si fuerit laboratum, liceat nos ipsum annum ipso frugium inde tollere. de qua per bona combenientia guadia mihi ipse alphanus dedi, et mediatorem mihi posuit mari de ipso locum filium ursilupi; et per ipsa guadia obligabit se et suos heredes, ut si omnia suprascripta nobis non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, per combenientia componere obligabit se et suos heredes mihi meique eredibus triginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent; et si ille vel suos eredes in ipsa rebus residere et abitare boluerit, potestatem abeant ibidem residere et abitare; et si da ipsi decem anni completi in antea rebus ipsa tenere et laborare non boluerit in suprascripto ordine, inclita suprascripta tradictio vona operata, et surta, et cultata, et laboratum, et circoitum clusum, totum vonum factum, remittas ad nostra potestatem, faciendum inde omnia quod boluerimus, et illis liceat inde exire cum omnis sua mobilia per supradicta guadia et obligata pena, et ipse mediator apposuit et obligabit nobis ad pignerandum omnis rebus et causam suam legitimo et inlegitimo. et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† ego romoaldus me subscripsi

† ego dauferius notarius me subscripsi

† ego petrus notarius me subscripsi.

DCXXXII.

A. D. 1010.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso princeps, mense martius, octaba indictione. Declaro ego iohannes filius quondam iohanni qui fuit notarius, quoniam per firma cartula donaverunt michi mulieres nomine auria monacha filia quondam (*deest nomen*) relicta iohanni filio iaquinti, et dardana filia ipsorum iohanni et aurie per consensum de mundoalt et parentibus suis inclita quarta partem, quam legi-

bus eorum mater et filia pertinentes fuit abere a pars ipsius iohanni, qui fuit virum et genitor eorum, in una pecia de terra vacua cum aliquantum pastino in locum selecta ubi ad longa dicitur, finibus salernitane, infra ec finis et mensurie: a septemtrionis fine via que discernit inter ec rebus et alia rebus illorum, sunt inde passi quadraginta sex: a pars orientis fine sicut termiti et sepe discernit, sunt inde passi quinquaginta duo; et da unde complunt ipsi quinquaginta duo passi rebolbente erga alia sepe in pars orientis passi sex; et abinde rebolbente per fine illorum, sicut traversat labinario per termiti qui ibidem positi sunt erga ipsa fine eorum, et deducente in pars meridie, indeque sunt passi triginta septem: a pars meridie similiter fine eorum, sicut alio lavinario discernit, inde sunt passi biginti sex: a pars occidentis fine via que discernit inter ec rebus et alia rebus illorum et de consortibus eorum, et coniungente ad ipsa via que est priore fine, sunt exinde passi centum, totum mensuratum ad iusto passum; de hec vero rebus infra predicte finis et mensurie inclita quartam partem exinde michi donaverunt cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de ipse vie, ad faciendum exinde ego et cui per me datum paruerit, et eius credes, et cui cartula ipsa in manum paruerit, omnia quod boluerimus, sicut continet ipsa cartula quod michi inde emiserunt, que scribta est per mirandus notarius, roborata sufficienter. Et congruum est michi nominati iohanni illut donare romoaldi castaldo filio quondam petri; Et Ideo ego superius dictus iohannes, sicut mihi congruum est, mea volumtate per anc cartulam ante subscripti testes donavi adque ad semper abendum confirmavi tivi iamdicto romoaldi castaldo inclita ipsa rebus, qualiter michi per ipse mulieres donatum fuit per ipsa cartula: simulque et donavit tivi ipsa cartula cum omnia que continet, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus romoaldus et tuos eredes inclita suprascripta mea donatione abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum quod bolueritis; et pro oc donum firmandum launegilt a te inde recepit mantellum unum in omnis deliberatione; finitoque nostra donatione per susceptum launegilt ea ratione, de qua ego iamdictus iohannes obligo me et meis eredibus amodo et semper defensandum tibi et ad tuis eredibus inclita suprascripta mea donatione a pars uxori mee et da illi hominibus et partibus, cui per nos illut vel exinde datum aut obligatum paruerit, vel qui pro nostris partibus quodcumque causationes inde vobis preposuerit; et si taliter, sicut dictum est, illut vobis defensare non potuerimus, aut si aliquit de omnia suprascripta contradixerimus, componere obligo me et meis eredibus tivi tuique eredibus, vel homini illi cui cartula ista in manum paruerit, triginta auri solidos costantinos, et, sicut continet in lex de donum et launegilt, ita adimpleamus et persolbamus vobis iustitiam, et taliter scribere rogavimus te dauferius notarius. actum salerno.

† Ego alfanus
† Ego petrus notarius me subscripsi
† Ego qui supra iohannes me subscripsi.

DCXXXIII.

A. D. 1010.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri waimari gloriosi principis, mense augustus, hoctaba indictione. Memoratorium factum a me Maio presbiter et abbas hecclesie sancti maximi, una mecum adesset roderisius notarius adbocatorem nostrum, eo quod ante subscripti testes tradidimus petri et godeni germani filii leoni pappaboe de rebus nostra quod pars iamdicte hecclesie habet in finibus nucerie locum, hubi dicitur puciano subtus monte levinu per hos fines et mensuras: de supter, quod est a pars septemtrionis, fine sicud ripa disscernit, sunt inde passos triginta quadtuor: ha pars orientis fine capite de via que intrat in ista rebus et perbadit per fine de iamdicta hecclesia, sunt inde passi centum sexaginta sex: de super, quod est a parte meridie, similiter fine iamdicte hecclesie, sunt inde passi quaddraginta: ha pars occidentis similiter fine sancti maximi, et inde sunt passi centum sexaginta sex, totum ad iusto passum homini mensuratum; hec vero rebus per iamdicte finis et mensuras cum vice de via sua inclitum illut ipsorum germani tradidimus tali ordine, ut amodo et usque hocto annos completos ad sue et de suis heredibus sint potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue hutilitatis iusta ratione hibi faciendum, et in tota suprascripta rebus, hubi meruerit, pastenent et faciant habellanietum, et in ipso aliut faciat insitetum de rubiliole [1]) et inserte, et ad completi ipsi hocto illis et suis heredibus abellanietum et insitetum ipsum surtum et operatum et cultatum, sicut de tantos annos meruerid, et ipsum habellanietum omni tempore, quando et sicut meruerit, clusum habeant; et iam da ipsi octo anni in antea omni tempore illis et suis eredibus totum ipso casstanietum, quod est insitetum, et ruvilietum, et ipso abellanietum, sue potestatis teneant et dominent, et annualiter, sicut meruerit, perfectum illut laborent, quatenus proficiant et non dispereant, et faciant scire annuali-

[1]) *Rubiliole*, species castanearum.

ter apto tempore pars predicte hecclesie, ut dirigamus illuc missum nostrum, et illis tote ipse abellane, et insites, et ruviliole colligere et seckare, et hibique ille dividere: pars predicte hecclesie tollant de tote ipse abellane inclita tertiam partem, et illis due sortis, et de ipse ruviliole et inserte tollant pars predicte nostre hecclesie medietatem, et illis medietatem; et de quante castanee et ruviliole et inserte amodo de ipsa rebus tollere potuerit, amodo et semper medietatem inde ad pars predicte hecclesie secke hibi deant; missum vero, quod pars predicte hecclesie hibi direxerit, illis eum nutriant secundum suam possivilitatem, donec pro ipse insites, et abellane, et ruviliole, seu castanee tollendum et vigilandum hibi steterit; et de quod amodo et semper hibi seminatum fuerit, deant inde terraticum ad pars predicte hecclesie secundum consuetudinem de ipso locum; et quale pars ex ipsis da ipsi ccto in antea rebus ipsa in supradicto ordine tenere et laborare noluerint, liceat illis inde exire, et inclita rebus ipsa perfecta laborata et operata remidtat ad potestate predicte hecclesie; seu et hoc stetit inter nos, ut de ipsi arbori, quomodo in ipsa rebus sunt, si exinde absciderit et aliquit labores inde fecerint, medietate de ipsum laborem, quod de ipsi arboribus fecerint, ad pars predicte hecclesie inde deant. de qua per vona combenientia per ipsius leoni genitori suo absolutionem guadia michi dederunt, et mediatore michi posuerunt iaquintus cositore [1]) filius quidam iohanni; et per eadem guadia *etc. Statuta multa triginta solidorum auri constantinianorum.* Et hunc brebem scripsi ego superius roderisius notarius.

† Ego romoaldus castaldus

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego radoaldus notarius me subscripsi.

DCXXXVI.

A. D. 1010.

† In nomine domini anno bicesimo secundo principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense nobember, nona indictione. Memoratorium factu a me amore filio quondam petri, eo quod in locum nucerie ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti

---

[1]) *cositore*, apud vulgum sonat idem ac vestiarius.

maximi, et ibique esset subscripti testes, per demandationem ipsius abbati pro parš et vice ipsius ecclesie sancti maximi ad tenendum et laborandum tradidit maranci filio iohanni de locum angre una pecia de terra bacua, quod pars ipsius ecclesie abet a super ipso locum angre, ubi corbaru dicitur, propinquo ecclesia sancti archangeli per ec finis: a sebtemtrionis fine rebus episcopio pestanu: a pars orientis fine rebus qui fuit de episcopio stavianu, quod modo dominat ipsa ecclesia sancti archangeli: a meridie fine de eredes leoni de locum sarnu: a pars occidentis fine quod modo dominat eredes liotardi et coniungente se in ipsa priore fines; ec vero predicta pecia de terra per iamdicte finis inclitum illut pro pars et vice ipsius ecclesie et per demandationem ipsius abbati tradidit ipsius maranci tali ordine, ut amodo et usque tres frudia recollecta licead ipse maranci vel eius eredes, ipsa terra laborare et seminare, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et quantum victum alio annualiter usque ipso constitutum ibidem fecerint, totum sue sint potestatis: preter annualiter per nobum tempore . . . . deant ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; ad completo ipso constitutum inclita ipsa pecia per iamdicte finis remittant ad potestate ipsius ecclesie. Unde pro taliter per vona combenientia per de mandationem ipsius abbati guadia mihi ipse maranci dedit et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa decem auri solidorum constantinianorum.* et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† ego benedictus

† ego guiso

† ego mari.

DCXXXV.

A. D. 1010.

† In nomine domini anno bicesimo secundo principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense nobember, nona indictione. Memoratorium factu a me amore filio quondam petri, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et ibique esset subscripti testes, per demandationem ipsius abbati ad tenendum et pastenandum abellanietum tradidit mihi maraldus clericus una cum petrus comes, qui est unum de domini et adbocator ipsius ecclesie, de rebus baciba quod pars ipsius ecclesie abet in locum nuceria, ubi propio ad cancellata dicitur per ec finis et mensurie: a pars orientis fine ipsius eccle-

ter apto tempore pars predicte hecc[illegible] similiter ipsius ecclesie, sunt inde passi ipse abellane, et insites [illegible] sebtemtrionis fine similiter ipsius ecclesie, sunt inde passi centum dicte heccle[illegible] pars occidentis fine ipsius ecclesie et coniungente se in ipsa priore fines, sunt et d[illegible] pars meridie fine ipsius ecclesie, [illegible] inde passi centum biginti sebtem, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero predicta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut cum omnia intro se abentibus et cum vice de bia sua illut mihi ipse maraldus una cum ipso petrus comes ad pastenandum abellanietum pro pars et vice ipsius ecclesie tradiderunt: tantum per ista tradictione reserbaberunt bia usque ipsa rebus ipsius ecclesie, qui est ab ipsa pars meridie, ad ingrediendum et regrediendum pars ipsius ecclesie cum omni sue congruitate omni tempore usque ipsa rebus ipsius ecclesie que est ab ipsa pars sebtemtrionis; nam ipsa tradictione, sicut diximus, inclitum illut cum vice de bia mihi ad pastenandum tradiderunt abellanietum, tali ordine, ut amodo et usque tridecim anni completi ad nostra et de nostris eredibus sint potestate eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus; et si boluerimus ibidem mittere ominibus ad residendum et laborandum, potestatem abeamus, et ego vel meis credibus totum illut pastenemus abellanietum de bone abellane, et eos cultemus, sicut meruerit; et quante abellane amodo et usque nobem anni completi ibidem collexerimus, et quicquit annualiter ibidem fecerimus, totum nostre sit potestatis et nullam sortionem inde ad pars ipsius ecclesie, preter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi autem ipsi nobem anni in antea usque quadtuor anni completi, ut amodo se compleant ipsi tridecim anni, qnante abellane ibidem collexerimus, tertiam parte inde secche ad domus nostra demus ad pars ipsius ecclesie, et relique due sortis illut nobis abeamus; ad completi autem ipsi tridecim anni nos autem vel nostris eredibus abeamus in tota ipsa terra per iamdicto finis et mensurie abellanietum factum, operatum, et cultatum, et surtum de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread factum, et iam in antea omni tempore, dum nos vel nostris eredibus illut tenere et laborare boluerimus natos nascente, totum nostre sit potestatis eos tenendum et dominandum, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et totum ipso abellanietum temporibus suis laboremus et cultemus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, et ipso abellanietum temporibus suis colligamus et secchemus, et faciamus scire pars ipsius ecclesie a quo abellane ei dederimus, ut dirigad ibidem missum suum, et tote ipse abellane ad domus nostra dividamus: ipso missum tollad eos tertiam parte, et nos vel nostris eredibus tollamus relique due sortis; et que amodo et semper ibidem seminaberimus, demus inde ad pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et ipso missum, qui ibidem direxerit ad recipien-

dum ipse abellane et terraticum, illut nutriemus, quando illut recepit secundum nostra possivilitatem; et quale tempore da ipsi tridecim anni in antea nos vel nostris eredibus illut tenere et lavorare non boluerimus, inclita ipsa rebus laborata et cultatum ipso abellanietum remittamus ad potestate ipsius ecclesie, et licead nos vel nostris eredibus inde disturbare reditum, si ibidem factum abuerimus, et excotere et omnis nostra causa movilia, et ire cum illut ubi boluerimus, sine contrarietate de partibus ipsius ecclesie; et si in supradicto ordine ipsa rebus ad pars ipsius ecclesie non amiserimus et de ac terra salernitana exierimus pro aliubi ad abitandum, aut si talem fecerimus culpa, unde ad palatium cecidere debuerimus, inclita ipsa tradictio redeat ad potestate ipsius ecclesie et expectet illut nobis usque tres anni completi; et si infra ipsi tres anni in ac terra fuerimus rebersi ad abitandum, et ebacuati de ipsa culpa, et boluerimus illut tenere et lavorare, inclitum illut remittant ad nostra vel de nostris eredibus potestate, ad tenendum illut in suprascripta ratione; et si ipso annum, quando redierimus, ipsa rebus laborata inbenerimus, licead inde illis, qui illud lavoraberint ipso annum, tollere ipso frudium; et si infra ipsi tres anni in ac terra non fuerimus rebersi ad abitandum, faciant de ipsa tradictione pars ipsius ecclesie omnia quod voluerint. Unde pro taliter per vona comvenientia per demandationem ipsius abbati guadia mihi ipsi maraldus clericus una cum ipso adbocatore dederunt, et mediatorem mihi posuerunt maghenolfus presbiter filius granati; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primicerius

† Ego iohannes presbiter et cardinalis.

DCXXXVI.

A. D. 1010.

† In nomine domini vicesimo secundo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense nobember, nona indictione. memoratorium factu a nobis iochardus et sasso germani filii iohanni, eo quod ante subscripti testes per bona conbenientia tradiderunt nobis ad pastenandum petrus clericus et abbas cappelle palatii et landolfus germanus filius idem petri clerici et abbati de rebus sua, quod abunt in locum malluni, ubi ad selece di-

ter apto tempore pars pred…
ipse abellane. …
dict…
et …

tientibus nostris, qui una nobiscum manum imposuerunt, sic nobis congruum et abtum esse videtur; vona etenim nostra volumptate per hanc quoque videlicet cartulam venundedimus tibi ferri magistro integrum et funditus ipso iamdicto casile que abet fines. De prima pars, quod est a fine sabini filii ferri magistri et maraldo filii magi, inde sunt ad iustum mensuratum hominis mediocris persona, qualiter in ista cartula consignatum est, pedes decem et septem et una planta manus. De secunda vero pars, quod est ab ipsa platea et fine michali comitis, inde sunt pedes decem et septem. De tertia namque pars, quod est ab ipso muro predicte cibitatis, inde sunt pedes viginti quattuor et uno semmisse cum quattuor uncie. De quarta autem pars, quod est ab integra trasenda et fine ipsa casa predicti michaeli comitis, inde sunt usque in prioras fines pedes viginti et tres cum uno semmisse et quattuor uncie. Inter iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur, de fine in finem, quantum infra claustrum est de eodem casalino, unde nec nobis, nec ad eredibus nostris, neque ad nullum quempiam hominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi. Set, qualiter edificiatum est eadem casile una cum sedimento, solos et pertinentia sua, et cum inferius et superiusque suis, et cum suis omnibus pertinentiis, et cum legitima ingressa et regressa sua, nec non et cum omnia infra se abentes, ipso iamdicto casile vacuum venundedimus tibi cuiusdicti ferri magister possidendum. De quo pro constabiliscendam tibi atque confirmandam hanc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presentem recepimus a te predictum emptorem nostrum hocto miliarisi ex rame vona: finitum dicimus aput nos receptum abere ipsum pretium, ea videlicet ratione, ut amodo et semper eamdem nostram vinditionem integram, velut prelegitur, abere et possidere baleatis et faciatis exinde, quemammodum tibi vel at tuis heredibus placuerit, sine nostra et de nostris eredibus requisitionem. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi dedimus, et mediatorem tibi posuimus ralemgnardo filium quondam (*deest nomen*); et obligamus nos et nostros obligamus eredes vobis cuiusdicto emptori nostro et at tuis obligamus eredibus, ut hanc nostra vinditione integra, velut prelegitur, nos vobis ab omnibus hominibus ab omnique partibus, antistare et defendere debeamus; quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quavis ingenium hanc nostra vinditione vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio nostra inanis et tacita sint, et decem aurei solidi constantini nos et nostros eredes vobis cuiusdicto emptori nostro vestrisque eredibus componere placitamus, et in antea taciti et confusi maneamus per invitis per supradicta guadia et iamdictum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pingnerandum omnia pingnera sua legitima et inlegitima: tampdiu nec per invitis adimpleamus vobis iusta uius textum cartule, et hanc cartulam nostre vinditionis aput vos omni tempore firmam et stabilem permaneat, quem te deusdede diaconum

et notarium hanc cartulam nostre venditionis asscribere rogabimus. Actum in civitate Luceria qui et interfui, Mense et indictione suprascripsi feliciter.

† Ego qui supra agelfrid iudes

† Ego ioanne teste

† Ego onixsu teste.

DCXLIX.

A. D. 1012.

† [1]) In nomine domini, domno basili divina gratia imperator augusto, deo propitius quinquagesimo quinto anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense februario, decima indictione. Ideoque ego infantulo nomine iohannello filius iohanni, qui sum commorantes intus cibitatem lucerie, clarefacio, quia iohannes genitor meus per tot temporis spatium ex oc seculo transiens et ego predictus infantulo cum maria genitrice mea relictus sum, et nunc quidem in parbam etatem me esse profiteor et a periculo famis et nuditate oppressum pro temporibus malis quod advenerunt. Ideo et nil habeo, unde vibere valeam; propterea declaro me habere una sorte in ipsa sortione de ipsi patrui mei nomine grimoaldi et damiani tertia pars da ipsi recipiente in ecclesia cui vocabulum est sanctorum apostolorum philippi et iacobi et in ipso ortale, tali quidem sortiones, quali et in ipsa predicta ecclesia et alia rebus de territorie culte et inculte per diversis locis per proprio territorio lucerino pertinentem michi a supradicto genitorem meum. Unde congruum michi est ex mea hereditate in aliquantulum bindere et pretium recipere , quatenus de ipso pretium aliquantulum evadere possam et a periculo nuditatis operiam. Set, dum dicit per doctis hominibus, ut nisi ego ad seniorem et iudicem proclamaret, et causam mee necessitatis illorum notam faceret, secundum legis rationem illam vindere minime poteret; Unde pro hanc rem presentia sillitti iudicem abii et illuc reclamabi, ut ab eius celsitudinem datam absolutionem michi ipsa predicta sortiones de ipsa predicta ecclesia et de ipso ortale benundandi et in oc tempore pessimo non perirem. Cumque isdem prephatus iudex meam audisset proclamationem, nec non et nostram vidit ino-

[1]) Vide fac-simile in fine Vol.

piam , consideravit isto validissimo tempore ac per semetipsum cum aliis viris deum timentibus super ipsam ecclesiam et super ipso ortale perrexerunt, ut inquirerent et prospicerent atque subtilius appretiarent, ut ego prephatus infantulus propter honorem solidorum damnietatem non aberem, et simul ab anc inhopiam et nuditatem, in quibus oppressu sum, evadere valeam, antequam mala morte deficiam, ne post meam crudelem necationem aliquid homo inrationabiliter eam possideam; et ego predictus infantulus exinde coram eis cartulam emitteret et pretium reciperet, atque ipsis pro corroborandam in ea se suis manibus asscriberent, ut in futuro firmum stabilemque maneret, et isdem notarius, qui pro is rationibus tali modis cartulam scripserit, sine condemnationem legis ex oc securus maneret. Cumque isdem iudicem cum ipsis hominibus deum timentibus ipsa sortiones de ipsa ecclesia et de ipso ortale inquirerent et apppretiarent , atque diligenter et subtiliter pro dei timore prescrutarent, Statimque uno hore dixerunt, ut ipsa predicta sorte mea de ipsa predicta ecclesia et de ipso ortale valerent uno aureo solido constantino, et per bonam moderationem adiunxerunt ibi sex miliarisi ex rame bona. Set iuxta temporis qualitatem arbitratum est, ut non tantum valeret, set minus. Tamen, ut mercedem ibi sit et non peccatum, diligenter illut explere studuerunt, ut de ex eodem pretium aliquantulum, ut dixi, ab hoc tempore famis evadere possam: quibus prephatus iudicem cum ipsis hominibus deum timentibus, qui hic subter conscripti sunt, divina inspiratione conpulsus et timore dei perterritum de mea quod sic agnovit necessitas, continuo michi infantuli firmam vindendi tribuerunt licentiam. Unde ego supradicta maria genitricem eiusdem infantuli declaro me quartam partem habere in ipsa predicta sorte de ipso filio meo de ipsa ecclesia et de ipso ortale pertinentem michi, et quod traditum abuit michi supradicto iohanne viro meo; modo namque spontanea mea bolumtatem congruum michi est bindere ipsa quartam partem ad commune cum ipso filio meo, nobiscum adessent advocatorem vel consentientes ragenfrit et damianus cognatus meus et patruo michi nominato iohannelli. Hec data nos proclamationem, et ipse iudex data simul nobis solutionem bindendi, una cum ipsi predictis nostris advocatoribus bone nostre bolumtates, per hanc enim videlicet cartulam benumdedimus tibi poterisi filio garempoti ipsa predicta sorte nostra de ipsa ecclesia et de ipso ortale in vico qui dicitur lamacupa, que habet fines ipso predicto ortale. De prima pars, quod est a fine de ipso vallone et ipsa terra vacua gauperti et dauferi et falconi, qui sunt veri germani filiique falconi clerici, inde sunt ad passum iustum mensuratum hominis mediocris persona per latitudo passi duo et duos pedes manuali. De secunda pars, quod est a fine de ipso ortale grimoaldi et damiani patrui mei , inde sunt per longitudo passi quadraginta quinque. De tertia pars, quod est a fine de ipsa iamdicta terra vacua de ipsi predicti fi-

lii falconi clerici, inde sunt per latitudo passi duo et duos pedes manuali. De quarta autem pars, quod est a fine de ipso hortale aymerici filii teuzi, inde sunt per longitudo usque in prioras fines passi quadraginta quinque. Inter iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur, de ipso predicto ortale et de ipsa ecclesia de finem in fine, quantum infra claustrum est, unde nec nobis, neque ab eheredibus nostris, verum etiam neque ad nullum quempiam hominem ibi aliqua portio reservabimus requirendi. Set, qualiter edificiata est eadem nostra sorte de ipsa ecclesia et ipso ortale, cum viis et anditis sui, et cum inferius et superiusque suis, et cum legitima ingressa et regressa sua, et cum arboribus pomiferis qui in eodem ortale positi sunt, et cum quantum deus donaverit per suos fideles in ipsa aecclesia, potestatem abeatis amodo et in antea vos et vestris heredibus tollendi exinde talem sortem, quali a nos recepturi eramus exinde, sine contradictione nostra et de nostris heredibus requisitione, aut cuiuscumque alteri hominibus; set cum omnia infra se habentes, ut diximus, integra ipsa sorte nostra de ipsa ecclesia et de ipso ortale benundedimus tibi cuiusdicto poterisi emtori nostro possidendum. Unde pro constabiliscendam tibi hanc nostram benditionem recepimus a te emtorem nostrum ipsum supradictum pretium: finitum est enim, Ea scilicet ratione, ut amodo et semper eadem nostra benditionem integram, sicut supra legitur, habere et possidere valeatis, et faciatis exinde, quemammodum tibi tuique heredibus placuerit. Unde guadia tibi una cum ipsi nostris advocatoribus dedimus, et mediatorem tibi posuimus benedicto clericum filium martini; et obligamus nos et nostris heredibus tibi nominato poterisi tuisque heredibus, ut hanc nostram benditionem, uti prelegitur, nos vobis ab omnibus hominibus antistare et defendere debeamus per invitis; quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quabis ingenium illut tornare et remobere quesierimus, primis homnium questio et causatio nostra inanis et tacita sint, et decem aurei solidi constantini penam vobis vestrisque heredibus nos et nostris heredibus componere obligamus in eadem guadia et per districto ipso mediatore, qui se tribuit vobis ad pignerandum homnia sua pignera legitimam et inlegitimam tamdiu, donec per invitis adimpleamus vobis iuxta uius textum cartule. Quem te adelmanno clericum et notarium hanc cartulam nostre benditionis hasscribere rogavimus, qui et interfuit. Actum in civitate Lucerie Indictione feliciter.

† Ego qui supra sillitto iudice

† Ego poto teste

† Ego agelfrid.

DCL.

A. D. 1012.

† In nomine domini nostri ihesu christi quinquagesimo tertio [1]) anno imperii domni basilii, et cum eo rengnante domno constantino, sanctissimis imperatoribus nostris, mense februario, decima indictione. Ideoque ego mangno filius raimelgardi clerici de loco turris forcata, dum in dei omnipotentis misericordia te quidem puella nomine maralda soror porfidi de loco zapino iam in meo sociabi coniugio, Tunc in alia die nuptiarum nostrarum ante amicos et parentes nostros secundum ritus gentis nostre longobardorum, per hunc bidelicet libellum scriptum et testibus roboratum, do adque trado tibi predicte uxori morgincap, hoc est quartam partem ex omnibus rebus supstantiis meis immobilibus et mobilibus, Tam quod modo abeo, quam quod amodo in antea parare atque conquirere potuero, undecumque vel quomodocumque, Idest casis, casilis, curtis et plateis, tam in cibitatibus, quam et foris per billis, vineis, vinealis, territoriis, campis, silbis, pascuis, pratis, acquis cisternas, lacora, olibetis, et ceteris arboribus fructiferis adque infructiferis, cultu vel incultum, serbis et ancillis, peculia mangna et parba, aurum et argentum, de omnia bero et in omnibus, sicut prelegitur, tivi que supra uxori mee quartam partem dedit adque tradidit, in ea bidelicet rationem, ut amodo et semper secundum quomodo in edicti continet pagina, in tua que supra uxori mee sit potestatem; et neque a me qui supra biro tuo, neque ab eredibus meis, neque a nullum quempiam hominem portionem aut sortionem abeas aliquando tempore aliquam requisitionem aut contradictionem de supradicta mea tradictione, set perpetuis temporibus securiter adque firmiter, sicut prelegitur, tu qui supra uxor mea possideas. Et hac cartulam morgincap in supradicta ratione omni tempore firma et stabile permaneat. Quam te urso diaconus et notarius taliter scribere rogavi. Acto mense et indictione nominata feliciter.

† Ego teudelfrit presbiter

† Ego russo clericus

† Ego radelmo diaconus.

---

[1]) Iuxta chronologiam graecorum Imperatorum a Di Meo institutam Basilii anni diversimode supputantur, ita ut idem annus 1012, quo decima decurrebat indictio, quinquagesimus tertius, vel quintus eius imperii erat. De qua supputationis diversitate adsunt praedicta Cavensia documenta.

DCLI.

A. D. 1012.

† In nomine domini anno vicesimo quarto principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, decima indictione. Memoratorium factu a me dumnellus presbiter et abbas ecclesia sancte marie pertinentem supradicto glorioso principi et iohanni comiti fratri sui, eo quod ante subscripti testes per vona combenientia tradidit maioni et samueli ebrei, germani filii iude ebrei, terra pertinentem ipsius ecclesie intus hec salernitanam civitatem inter muro et muricino ad ipsa iudaica, in quo illis modo casa edificata habet, que habet finis et mensurie supradicta nostra tradictio: a parte orientis fine ipsius ecclesie, quod retinet ad residendum elia ebreus, inde pedes triginta octo: a parte septemtrionis fine platea que infra ipso muro et muricino pergit, inde pedes decem et octo: a parte occidentis inde pedes alii triginta octo: a parte meridie fine muro uius civitatis, inde pedes alii decem et octo, totum ad iusto pedem manum homini mensuratum: per supradicte finis et mensurie inclitum illut cum bice de ipsa platea illorum tradidit, et illis pro taliter per combenientia, una mecum adesse iaquintus notarius advocatorem ipsius ecclesie, guadia nobis dederunt, et mediatores nobis posuerunt se ipsis; et per ipsa guadia obligaverunt se et suis heredibus amodo et usque quindecim anni completi inclitum illut sue potestatis tenere et dominare, et fobee et casa lignitia, quale voluerit, et omnis sue utilitatis ibidem facere, et ibidem residere, et ad residendum dare cui voluerit, et amodo et usque tribus anni completi nulla datione, aut censum inde eorum tollere queramus: da ipsi tribus anni completi in antea usque ipsi quindecim anni, ut amodo se compleant ipsi quindecim anni, per omnis annum de kalendis martii mensis dare mihi vel in partibus ipsius ecclesie pro censum de supradicta nostra tradictione septem auri tari boni pesanti et medium tari moneta salernitana: ad ipsi quindecim anni completi liceat illis et suis heredibus exinde disturbare tota ipsa casa et excutere inde tota ipsa lignamina, et omnis sua causa que ibi habuerint, et inclita ipsa terra vacua revertas in ipsa ecclesia; quod si taliter omnia suprascripta mihi et in partibus ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per combenientia obligaverunt se et suis heredibus componere mihi, vel in partibus ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinos, et apposuerunt nobis ad pignerandum omnis rebus et

causam suam legitimo et inlegitimo. Et hunc brebem scripsi ego superius dictus iaquintus notarius.

† ego alfanus notarius me subscripsi

† ego roderisius notarius me subscripsi.

DCLII.

A. D. 1012.

† In nomine domini Anno tricesimo primo principatus domni paldolfi, et vicesimo quinto anno principatus domni landolfi filii eius, et primo anno principatus domni paldolfi filii supradicti domni landolfi, gloriosi principibus, mense aprilis, decima indictione. Ideoque Ego ademari filius sassi declaro, quoniam ante os annos posuit in pingno dilecti filii lupi duobus torne de vinea et viridiario, quod ego pertinentem abeo, ubi curti-gualduli dicitur, pro quinque solidis constantinianis aurei boni quod ipse michi prestabi, et scriptum inde aput se firmatum retinet: set, dum non me sentio, unde ego ei ipsi solidos retdere possat, preter si ipsa rebus vindere et pretium exinde accipere pro hoc et aliam meam necessitatem peragendum; pro ideo ego eodem dilectus rogabi, ud adiungere ipse michi duos solidi, et ego ei vindere integram ipsam rebus in omnibus, sicut ego ei illud in pignum posui, et sicut ipsum scriptum eius est continentem. Cumque cum eo taliter loquutus sum, bonum inter nobis esset comparuit. Quapropter ego superius dictus ademari, ideo, dum michi congruum esse videtur, bona etenim mea volumtate, quam et pro firmam stabilitatem interesset iaquintus presbiter et iudex et aliosque idoneos homines, qui supter scripti sunt, pro anc quoque videlicet cartulam vindedit tibi eidem dilecti tota et integra ipsa iamdicta vinea et viridiario de iamdicto loco, quod ego tibi in pignum ante os annos posuit pro ipsi quinque solidi, que videtur esse eadem rebus infra hec finis: de una parte fine bia antiqua: de alia parte fine, sicut termiti ibidem positi sunt inter ec rebus et rebus aldi, deinde qualiter descendit, sicut termiti positi sunt a rebus mea et rebus ipsius aldi, et ab inde quomodo descendit per termiti qui positi sunt inter ac rebus et rebus offi et de eius consortibus, usque in limite qui est inter ac rebus et rebus dauferi filii leoni et de eius consortibus; deinde revolbentem et qualiter vadit per eodem limite usque in termiti ab eodem termite revolbente, et quomodo ascendit usque in alio termine, qui stare videtur erga supradicta bia et reconiungit se in eadem bia. Infra ec vero fines, que prelegitur, ex ea vinea et viridiario, nec

michi qui supra, nec ad eredibus meis, nec quartam partem exinde uxori mee, nec cuicumque alteri abendum non aliquit exinde reserbabit, set totum et integrum illud infra iamdicte fines, una cum inferius et superius, cum biis et anditis suis, seu cum omnibusque suis pertinentiis, quomodo et qualiter ego tibi illud in pignum positum abuit, sic totum et integrum illud tibi bendidi, abendum et possidendum tu qui supra quam et tuis heredibus. Unde pro anc mea benditione vobis confirmandum, continuo recepi ego inde a te pro finitum vero pretium unum solidum constantinum aureum bonum mezanum, simulque et una asina pro appretiatam unum alium solidum constantinum aureum bonum mezanum, et imputabo michi inde a te ipsi iamdicti quinque solidi, quod tu michi ante os annos prestasti, sicut ic supra declarabi; finita est enim mea venditionem, Ea videlicet ratione, ud amodo et semper integra eadem mea benditione, velud prelegitur, tam tu qui supra dilectus quam et tuis heredibus abere et possidere securiter, exinde faciendum omnia quod volueritis, sine contrarietate mea et de meis eredibus et sine cuiuscumque requisitionem. Unde repromitto et obligo me ego ipse ademari, et obligo meis heredibus tibi qui supra dilecti et ad tuis heredibus eadem mea benditionem in integrum, sicut prelegitur, amodo et semper nos vobis illud antistare et defendere promittimus, tam a parte uxori mee, quam et ab omnibus hominibus ab omnique partibus; quod si illud minime vobis antistare et defendere noluerimus aut non potuerimus, vel si ego aut meis heredibus de ex predicta mea venditionem tecum aut cum tuis heredibus per qualiscumque inventa ratione causare aut contendere presumserimus, volendum exinde vobis aliquit tollere, aut contrare, vel amminuare, aut si oc returnare aut remobere quesierimus, ideo ante omnia questio et causatio nostra exinde adversus vos omnimodo et tacita sint, et duplum totum supradictum pretium, tam ego quam et meis heredibus tibi eique dilecti tuique heredibus, vel illius homini, qui anc cartulam pro parte et vice nostra vobis in causationem ostenderit, componere obligabit; et quod aput vos remelioratam paruerit ec nostra benditione in quabis parte, sub estimatione de bonis hominibus nos vobis restituere placitamus pretium; de colludio vero, si a vos pulsati fuerimus ad dei evangelia, nos nobis exinde legibus satisfaciamus. Quam te Iaquintus clericus et notarius taliter scribere rogabi. Actum monte-aperto feliciter.

† ego qui supra iaquintu presbiter

† ego aldu.

DCLIII.

A. D. 1012.

† In nomine domini tricesimo primo anno domni paldolfi gloriosus princeps, et vicesimo quinto anno principatus domni laldolfi filii eius, et primo anno principatus domni paldolfi filii supradicti domni landolfi gloriosus princeps, mense aprilis, decima indictione. Ideoque ego mauro filius sasso, qualiter ante nobiliorum subscriptorum testium, sicut michi congruum est, bona etenim mea volumtatem et per eadem cartula canvio adque de presentem canviabit tibi petri filio idem petri una casa mea quod abeo intus cibitatem abellini, qui michi est pertinentes da bitulo filio petri. . . . . . . mulier nomine maria genitrici ipsius bituli, et ipsa casa solarata esse videtur infra ec finis: de uno capite fine platea, unde ire et redire debeatis ad ipsa casa cum vestris utilitatibus: de secunda parte fine muro de casa petri subdiaconi et notarii filii genci: de tertia parte fine media trasendella [1]) a casa mea mauri: de quarta parte fine casa mea mauri, quod tu petrus in canvium michi dedisti, sicut cartula mea continet. infra omnes supradicte finis tota et integra in ipsa casa solarata tibi petri in canvium dedit una cum solo et sedime suo, quomodo causa et cooperta est, et cum siriciriis et guttis da ipsa trasendella et da ipsa platea cecidentes, et cum trasita et exita sua per ipsa curte, cum vestris utilitatibus et cum omnibus suis pertinentiis illos tibi in canvium dedit, at semper abendum et possidendum, et faciendum exinde omnia, quomodo et qualiter volueritis, sine contradictione mea et de meis eredibus aliqua requisitione; et pro anc mea vicariatione confirmandum et constabiliscendum continuo recepit a te iuxta legem in canvium ipsa casa tua, sicut cartula mea continet: finita est ipsa mea vicariatio, de quibus obligo me qui supra mauro adque eredes meos obligo tibi petri tuoque eredibus obligamus nos, ut iamdicta casa, que prediximus, antistemus et defensemus ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus secundum legem; et si illut vobis non defensaberimus, aut si oc retornare aut remobere, seu tollere aut contrare, vel minuare presunxerimus, ideo ante omnia questio et causatio nostra vacua et tacita sint, et viginti solidi constantini ego et meos eredes tibi petri tuoque eredibus conponere obligamus, et in antea per invitis semper taciti et contemtis maneamus, et ipsa casa per iamdicte finis

---

[1]) *trasendella*, idest *semita*.

antistemus et defensemus ab omnibus ominibus ab omnibusque partibus secundum legem langnobardorum per supradicta pena obligata, et faciatis tu tupradictus petrus et tuos eredes de predicta casa per iamdicte finis omnia, quomodo et qualiter volueritis, sine contradictione mea mauri et de meis eredibus per supradicta pena obligata. veruntamen ipsa casa, ut diximus, esse videtur infra ec finis et mensurie: da parte de ipsa platea sunt pedes septe sommisse uno, et da parte da ipsa trasendella sunt pedes septe planta una, et talis est ipse pedes, quantum ista cartula in capite abet latitudo [1]). Quod te iaquintus subdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino mense et indictione feliciter.

† ego berenardus

† ego dauferi.

DCLIV.

A. D. 1012.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri waimari gloriosi principis, mense aprelis, decima indictione. Memoratorium factu a nos iaquintus et gencus presbiter, germani filii quondam petri, eo quod ante presentia domni maioni presbiteri et abbati hecclesie sancti maximi, hibique astantibus subscripti nobilibus, per vona combenientia per demandatione ipsius abbati tradiderunt nobis friderisus presbiter et maraldus diaconus, una cum roderisius notarius adbocator eiusdem hecclesie, de rebus ipsius hecclesie pertinentes, que est terra cum arbustis vitatis in locum apus monte, hubi cirasulu et etiam tifanu clamatur, quod ipsi friderisi et maraldus in veneficium retinunt; est enim rebus ipsa infra has fines et mensuras: a pars occidentis fine via publica, sunt inde passi quadraginta quadtuor: a pars meridie fine predicte hecclesie, sicut via disscernit, inde sunt passi quinquaginta sex; et rebolbente per eandem finem in pars meridie passi septem; iterum rebolbente per fine ipsius hecclesie in parte orientis passi biginti sex; et per eandem fine rebolbente in pars septemtrionis passi quadtuordecim; et iterum rebolbente per ipsa fine in pars orientis passi quinquaginta quadtuor: a pars orientis fine similiter eiusdem hecclesie, sicut et inde via disscernit, et inde sunt passi sexaginta octo: a pars septem-

[1]) Latitudo huius chartae constat triginta et quatuor centimetris.

trionis fine bia, et inde sunt passi decem et octo; et rebolbente in pars meridie per fine ipsius hecclesie passi octo; iterum per eandem fine rebolbente in pars occidentis passi biginti quadtuor et palmos tres; et rebolbente per eandem fine in pars meridie passi biginti duo minus guvitum unum; verumtamen rebolbente per eandem fine in ipsa pars meridie, sicut hic super in ipsu disturvatum legitur, passi biginti duo minus gubitum unum; et iterum rebolbente in pars occidentis et coniungente in ipsa bia que est priore fine, sunt inde passos octuaginta septem: tota supradicta mensuras ad iusto passum homini fuit mensurata; hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie tota et inclita, sicut dictum est, nobis tradiderunt, medietatem ipse maraldus in pars septemtrionis, et medietatem ipse friderisi in pars meridie, tali ordine, ut amodo et semper nos nostrisque heredibus natos nascente inclitum illut nostre potestatis teneamus et dominemus, et circoitum illut perfectum cludamus, et semper eos clusum habeamus, et faciamus intus ipsa rebus casa, et unum de nos, vel nostris filiis et eredes, semper hibi habitemus, ut rebus ipsa cotidie vigilemus et salba faciamus; sic tamen, ut hamodo ipsa casa, ut dictum est, faciamus et hibi abitemus, nec non et amodo faciamus hibi palmentum fravitum optimum cum susscitorio suo, et sic faciamus ipsum palmentum, ut medietatem veniad in ipsa socia ipsius maraldi, et medietatem veniat in ipsa socia ipsius friderisi, ut omni tempore ipsum palmentum hibi abeamus conciatum, ut perfecte hibi vindemiare et pisare possamus. Et amodo et semper nos nostrisque eredibus natos nascente inclita ipsa rebus de super et de subtus perfecta laboremus, et operemus, et studiemus, et ubi meruerit, astas plantemus et vites de vono vitineo, et illut surgamus, seu et vites, ubi meruerit, traghamus et propaginemus, ut tota rebus ipsa perfecta paread laborata et cultata et surta, seu et annualiter apto tempore de subtus rebus ipsa aremus et seminemus, quale semente hibi meruerit, et labori ipsi studiemus et recolligamus, et inclito terraticum secundum consuetudinem de ipso locum ipsorum maraldi et friderisi, vel ad pars iamdicte ecclesie, inde hibique demus; et si ortum hibi abuerimus, vel fecerimus, semper alio sic terraticum inde eis demus; similiter et de omnia quod in ipsa rebus abuerimus, iusto terraticum inde eis demus. Et amodo et semper annualiter per tempore de vindemie apto tempore faciamus illis, vel pars predicte hecclesie scire, ut dirigant illuc missos suos, vel beniant illis, et nos tota rebus ipsa apto tempore vindemiemus; et poma que hibi fuerit per annum, seu nuci suo tempore illos colligamus, et inclita medietate de ipsa poma et nuci hic salerno ad domus illorum inde adducamus, ipsa alia medietate nobis abeamus, ipse hube tote pisemus et per ipsa palmenta signula aqua iusta ratione mittamus, et omnis vinum quam de ipsa rebus exierit, tam mundum quam peciolum, per medietatem illut dividamus: pars predicte hecclesie tollant inde

medietamen, et nos medietatem; tantum quantum hoc annum in ista prima vindemia de ipsa rebus nos viridemiaberimus, illis tollant inde due sortis, et nos una; ipso aliut, quod nos non vindemiaberimus oc annum, tollat illis eos sibi, et ipsa sortionem quam de predictum vinum semper ad pars iamdicte hecclesie venerit, nos illut reponamus intus ipsa casa in organea, quam pars predicte hecclesie nobis hibi dederit, et nos organea ipsa vona conciemus et ipso vinum salbum faciamus, donec annualiter illis eos inde tulerit, absque degeneratione et igne et mures, tamen sine nostra neglegentia; missum vero qui pro pars iamdicte hecclesie annualiter hibi venerint standum super ipsa vindemia, nos illum nutriamus secundum nostram possibilitatem, donec pro ipsa vindemia et recipiendum ipso vinum hibi steterit, seu et annualiter demus eorum palmentateka, sicut consuetudo est, videlicet dua paria de pulli voni; et quale tempore nos nostrisque heredibus natos nascente supradicta rebus tenere et laborare noluerimus in supradicta ratione, tunc tota et inclita rebus ipsa clusa vona circoitum, et operata et cultata, remittamus ad potestate ipsius hecclesie, cum ipso palmentum et cum unum applictum vonum de casa clusum et coopertum, et nos licead inde exire cum alia causa nostra mobilia, sine pars predicte hecclesie contrarietate; de qua per vona combenientia per demandatione ipsius domni abbati guadia nobis ipsi friderisi et maraldus una cum iamdicto adbocatorem dederunt; et mediatorem nobis posuerunt petrus presbiter filius stephani; et per eadem guadia *etc. Statuta multa viginti auri solidorum constantinianorum*. Et hunc brebem scribsi ego superius dictus roderisius notarius.

† Ego qui supra maio presbiter et abbas

† Ego Petrus presbiter et primicerius

† Ego alfanus notarius me subscripsi

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi.

DCLV.

A. D. 1012.

Summarium:

† Anno vicesimo quarto principatus Waimarii, mense Aprili, decima Indictione.

« Haec charta de eadem concessione agit, de qua antecedens. Idem notarius Roderisius
« hanc chartam exaravit.

Sequuntur subscriptiones testium:

† ego alfanus notarius me subscripsi

† ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCLVI.

A. D. 1012.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus salerni domni nostri guaimari glorioso princeps, et quarto anno principatus eius capue et ducatui amalfi, et tertio anno ducatus illius sirrenti, et primo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis filii eius, mense magius, decima indictione. Memoratorium factum a me alfanus filius quondam leoni, eo quod ante subscripti testes coniuntus sum cum praxi presbiter et abbas rector ecclesie sancti nicolai, qui constructum est in locum beteri, ubi proprio gallucantu dicitur, pertinentem ecclesia ipsa de heredes quondam lamberti comitis filii bonememorie adelberti comitis et adelberti comitis filii quondam landoari comitis, per combenientia pro pars predicte ecclesie remisit et tradidit ipsius abbati im possesionem pars predicte hecclesie, semper abendum una pecia de terra cum binea et pomis de locum salictu finibus mitilianense, quod ego a pars ipsius ecclesie ad pastenandum in partionis ordine tultum abuit, per as fines et mensuras: a pars meridie fine rebus predicte ecclesie, sunt inde passi triginta sex: de supter parte, quod est a parte orientis, similiter fine eidem ecclesie, sunt inde passi quinquaginta: a partibus septemtrionis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi alii quinquaginta: a parte hoccidentis fine sicut discernit media serra, in quo plagarie da palumbi iocandum [1]) pertinentem eidem ecclesie sunt, cessante ab ipse plagarie in supto in omni loco passi tres, sunt inde per longitudo passi sexsaginta quatuor, totum mensuratum

---

[1]) *da palumbi iocandum.* Haec verba innuunt veterem morem venandi adhuc in honore apud Cavenses cives, qui in uno vel alio montium transitu, retia parando, agitando fundas, glandesque dealbati lapidis e summitate turrium hac illac spargendo, atque diras voces extollendo, columbas, autumnali tempore emigrantes, in plagas ducunt. Venationis huius praecipue sedes nunc restant, *Rotoli*, *Croce*, *Arco*, *Campitiello*, *la Valle*, *Gaudio*, et prae aliis *la Serra*, quae communi adagio *regina iocorum* designatur.

ad iusto passum omini: ec supradicta pecia de terra cum binea per supradictas fines et mensuras, et extra ipsas mensuras, ego predictus alfanus a pars ipsius ecclesie ad pastenandum compreeensum abuit a supradictus praxi pro pars ipsius ecclesie, et ego illut pastenabit et operatum illut abeo per ipsas mensuras, quas ipso brebem de ipsa pastenatione continet, qui scriptum est per romualt notarium, in quo cicero notarius et petrus scripti sunt, et ego predictus alfanus extra ipsas mensuras quas ipso brebem continet, pastenatum abeo. Modo autem, ut dictum est, ego predictus alfanus ipsius praxi abbati pro bice ipsius ecclesie tota ipsa terra cum binea et pomis per supradictas fines et mensuras, et aliquantum a foras ipsas mensuras, tradidit, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, ad faciendum exinde et de ipso brebem, quod cum ipsa rebus ipsius abbati ammisit pars ipsius ecclesie, omnia quod boluerit, apsque omni contrarietate vel requisitione mea et de meis eredibus; et per combenientia obligo me et meos eredes ammodo et semper defensandum a pars ipsius ecclesie tota ipsa rebus, quod superius ipsius abbati pro pars ipsius ecclesie remisit et tradidit cum ipso supradicto brebe, ab illis ominibus et partibus qui pro pars et datum meaque alfani et de meis eredibus, quoscumque causationes inde ad pars predicte ecclesie preposuerimus; et si taliter illut in predicta ecclesia non defensaberimus, aut si ego nel meos eredes supradicta rebus, quod superius ipsius abbati pro pars ipsius ecclesie remisit et tradidit, vel exinde aut ipsum brebem de partibus ipsius ecclesie tollere aut contrare presumpserimus, vel quolibet causationes ad pars ipsius ecclesie inde preposuerimus, tunc per combenientia componere obligo me nominatus alfanus et meos eredes ipsius praxi presbiteri et abbati et ad illius successoribus, vel in partibus ipsius ecclesie, centum auri solidos constantinos. Et ipse abbas pro taliter per combenientia per licentiam et apsolutionem ipsorum comitibus et dumnini ipsius ecclesie tradidit potestate meaque alfani pro mea sorte, quod tollere debuit pro ipsa pastenatione, una pecia de terra cum pastino de binea ibique coniuntum, quod ego predictus alfanus pastenabi per as mensuras: ab occidente fine rebus ipsius ecclesie, inde sunt passi biginti hocto: a pars septemtrionis fine rebus, inde sunt passi alii biginti hocto: ab oriente fine rebus ipsius ecclesie, inde sunt passi quadraginta: a meridie fine via, inde sunt passi triginta quatuor: totum mensuratum fuit ad supradicto iusto passum homini; ec supradicta posteriore pecia de supradictum pastinum per ipsas fines et mensuras, sicut dictum est, ipse abbas michi predicto alfani pro mea sorte tradidi, securiter ego et meos heredes abendum; et obligavit se ipse abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie semper defensandum michi predicto alfani et ad meis eredibus tota ipsa pecia de ipso pastinum, quam ille superius michi nominati alfani pro mea sorte tradidi, cum bice de via sua ab omnibus

hominibus omnique partibus, et non querat ipse abbas et successores suos vel partibus ipsius ecclesie illut vel exinde michi meique eredibus tollere, aut contrare per nulla ratione. Unde per combenientia guadia michi ipse abbas dedi, et mediatorem michi posui romualdus filius quondam amati; et per ipsa guadia obligavit se ipse abbas et suos successores vel partibus predicte ecclesie michi meique eredibus, ut si taliter omnia, ut supradictum est, michi meique eredibus non adimpleberint, et aliquit de quod superius legitur, remobere aut contrare quesierint, tunc per combenientia et per ipsa guadia componere obligavit se ipse abbas et suos successores vel partibus predicte ecclesie michi meique eredibus quinquaginta auri solidos constantinos: preter, si aliquando tempore ego et meos eredes ipsa terra cum pastino, quod superius per ipsas mensuras pro ipsa mea sorte michi tradidi, daturam aut bindituram abuerimus, non abeamus potestatem per nulla ratione, nec per nullam umano ingenium illut vel exinde dare aut alienare, sic ut de illorum potestatem siat supstractum; set, si illut daturum abuerimus ipsius abbati et ad suis successoribus, vel in partibus ipsius ecclesie, illut bindamus ad iusto balientem pretium, quod iuste apretiatum fuerit, et faciamus inde ipse abbas vel partibus predicte ecclesie scire pro illut emendum per tertio constitutum usque diebus triginta sex; et si per ipsa constituta noluerit emere et darent inde nobis iusto balientem pretium, quod iuste fuerit adpretiatum, tunc liceat nos eos dare cui boluerimus. Nam si ante ipsa constituta illut vel exinde dederimus per qualecumque ratione vel umano ingenium, sic ut de nostra potestatem siat supstractum, tunc sine pretium perbeniant ad potestatem predicte hecclesie, ad faciendum exinde quod boluerint. Et hunc brebem scripsi ego superius dictus romualt notarius.

† Ego Ioannes me subscripsi

† Ευπραξηος του αγηου ΝΗΚΟΔΟΥ [1])

(*Eufrasius sancti Nicolai*).

† ego desideus notarius me subscripsi.

† Ηγο ρα θεο φιλουμενος και ιγουμενος εκ το σαλιττον [2])

(*Ego valde a Deo amatus et abbas Salicti*)

---

[1]) [2]) Vide fac-similia in fine Vol.

DCLVII.

A. D. 1012.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri waimari gloriosi principis, mense iunius, decima indictione. Ideoque ego mulier nomine anna relicta cuidam iohanni clerico de muntoru qui fuit filius grimi, sicut mihi congruum est, vona mea volumtate per hanc cartam ante presentia rademprandi iudici et alii testes per largietate landoni comiti nostro, quam et per voluntate landuli filius meus, in cuius mundium me palamfacio subiacere, donavi adque ad semper abendum confirmavi tibi maioni presbiteri et abbati hecclesie sancti maximi per vice iamdicte ecclesie inclita quarta mea, quod abeo in ipsa pecia de terra, cum aliquanti castanei in eodem loco muntoru, hubi cirione dicitur, quod modo per firma cartula tibi iamdicto maioni pro pars predicte hecclesie predictus filius meus venumdedit per has fines et mensuras: da pars septemtrionis fine predicte hecclesie, sunt inde passi nonaginta octo: de pede, quod est a parte occidentis, modicum pertangit in via que in ista mea donatione intrat, ab ipsa parte abet passi sedecim: a pars meridie abet passi nonaginta septem: a pars orientis abet passi triginta duo, totum. ad iusto passum homini mensuratum; de ec vero rebus infra supradictas fines et mensuras inclitam quartam partem exinde tivi iamdicto abbati pro pars iamdicte hecclesie donavi, cum omnia infra se habentibus et cum vice de via sua, ad securiter et firmiter amodo et semper pars iamdicte hecclesie illut habendum, et omnia inde faciendum quod voluerit. Unde recepi a te iamdicto abbate launegilt tari duo in omnes deliberationes, unde guadia tibi dedi et iuxta lex nostre romanorum me ipsam quindiniiavi; et per eadem guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Et taliter scribere rogavimus te roderisius notarius, actum salerno.

† Ego qui supra ragemprandus iudex

† Ego qui supra lando.

DCLVIII.

A. D. 1012.

† In nomine domini anno bicesimo quarto principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iunius, decima indictione. ante me miro iudex causavit licto filius idem licti cum lando filio idem landoni et cum iohannes filio idem iohanni bassi, qui sunt consortifices in una ereditate, dicendum eorum, ut ipsi lando et iohannes contrasset ipsius licti rebus stavile, quod ipse licto dicebat abere totu comitatu nucerie et in stavi, et in locum cimmarola et baniara et per totum acto mitilianense; ipsa rebus per firma cartula illut paratum abere da leo filio nicete. Ipsi lando et iohannes talia audientes responsum eidem licti retdidit dicendum, ut ipsa rebus, que ipsa cartula continet, rationem inde abere. Unde inter eis iudicavi et utrisque illis guadiare fecimus, ut per partes plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se inde finem facere; unde ipse licto posuit mediatorem iohannes filium truppoaldi, et ipsi lando et iohannes posuerunt mediatorem iaquintus filium maraldi, et taliter pro parte ipsorum landoni et iohanni oc scribere fecimus te romoaldus notarius qui interfuisti.

† ego qui supra miro iudex.

DCLIX.

A. D. 1012.

† In nomine domini domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitius, quinquagesimo quinto anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense iulio, decima indictione. Ideoque ego vir nomine iaquintus filius quondam invitati clerici, qui fuit abitator intus cibitatem bulturara nocetane finibus [1]), et modo in is temporibus sum commorantes intus cibitatem luceria,

[1]) In Aprutiis.

Dum in dei omnipotentis nomen te quidem garitia filia romani in meum sociabit coniugio, tunc in alia quoque die nuptiarum nostrarum per nuptias nostras ante parentes et amicos nostros secundum ritus gentis nostre langnobardorum trado et confirmo tibi dilecte coniugi mee libellum scriptum et a testibus vene roboratum, quod est murgincap, quartam videlicet partem ex homnibus rebus supstantiis meis; primitus namque de casis et casilis, quod abeo infra cibitatibus et castellis et casalibus, vel ubicumque abuero rebus et mea fuerit pertinentia, quam et extrinsecus ipsorum casis, tam et de omnibus meis possibilitatibus, de mobilibus et inmobentibus, de serbis vel ancillis, de peculia parba et magna, de paterna maternaque substantia, de omnia et in omnibus, quibus modo abeo et quibus in antea, deo auxiliante, parare et conquire potuero, totum atque integram ipsam istam quartam partem in tua quidem huxoris mee constituo potestatem, velut in edicti continet paginam, ut in futuro pro hanc causam periurium non percurrat. In ea scilicet rationem, ut amodo et semper eadem quartam partem ex is omnibus que prelegitur, et quod a me accepistis, et ego tibi confirmabi et tradidit, securo nomine abeas et possideas; et quicquit exinde agere vel iudicare voluerit sequenter legem, tunc stabilem ordinem permaneat in perpetuo tempore, sine contradictione mea vel de meis heredibus, aut cuiuscumque ominibus requisitionem, set in eo tinore firmum et stabile permaneat, quem te deusdede diaconum et notarium hanc quartulam [1]) murgincap scribere rogabimus. Actum in cibitate Lucerie qui et interfui, Mense et indictione superscripsi feliciter.

† ego sillitto iudice

† ego ientile clericus.

---

[1]) *quartulam*, idest chartulam.

DCLX.

A. D. 1012.

† In nomine domini vigesimo quarto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense nobember, undecima indictione. ideoque nos iohannes iubene amalfitanus, qui modo sum abitator infra pertinentia salernitana, et filius sergi . . . . mulier nomine bona qui sum uxore istius iohanni et filia pantaleoni, clarefacio ego iamdictus iohannes, quoniam mihi est pertinentes habere rebus infra pertinentia salernitana in locum beteri, ista et illa parte flubio boneia, que fuit rebus ipsa domne rigali ducissa gentis amalfitanorum et de areghisi genitor illius, et per ipsa rigale et per ipsum areghisi genitor illius data fuit rebus ipsa per firma scriptionem ad niceta hamalfitano inperiali prothospadario, qui fuit compatri eorum, unde modo eo modo ante presentia ragemprandi iudici et subscripti idoneis hominibus ostedimus decem et octo scriptionis: una emissa in nomine domini dei salbatori ihesu christi temporibus domni mansoni gloriosi ducis et inperialis patricii anno bicesimo nono et undecimo anno domni iohanni gloriosi duci filii eius, die quintadecima mensis iulii, quintadecima indictione, hamalfi. Ideoque ego mulier nomine rigalis domini gratia ducissa, uxor suprascripti domni iohanni gloriosi ducis, per absolutionem eiusdem domni viri mei, in cuius mundium me fateor subiacere, unaque mecum asistente et consentientes domno areghiso genitorem meum et ego prenominatus areghisus in roborationem donationis istius fateor me propriam voluntatem consentire, et ambo unanimiter donatio ipsa inferius reclarata per anc cartulam faceret confirmare; interea donabimus et tradidimus tibi nicete inperiali prodospadario compatri nostro sortionem nostram plenariam de rebus de locum beteri salernitane finibus, ista et illa parte flubio boneia iuxta limis videlicet maris, que est terra bacua illuc abentem cannetum et salicetum aliquantum et binea, de quibus predictus genitor meus cum ioaquinto castaldo germano suo barbane meo coniuncti fuerunt ad bona combenientia cum adegario, qui dumnandus bocatur, et guidenardus qui iaquintus bocatur, germani filii masceni auriflcis, in quibus ipsis germani ecclesiam bocabulo sancti iohannis constructam habet, et aliquantum binea illut de una parte flubio. . . . . fines: a parte orientis, sicut predicto flubio decurrit: de suptus fine litus maris: de alia parte sicut descendit per pede de monte qui dicitur troccle, que est fine nostra et fines. . . . de super fines pede de monte qui dicitur fabale, que est fine nostra, et sicut decurrit usque in ipsum flubium; illut vero de alia parte fluminis abet finis: de una parte ipsum flubium . . . . . .

usque in mare decurrente per fine maris usque ad fine leonis filii gregorii butronilis qui congnominatus iaiunus, et inde salet per fine leonis, liberata ipsa fine eius salet usque ad ipsa cibitate betere, et per ipsam cibitatem betere descendentem per parte septemtrionis, sicut nostra pertinentia est, et decurret usque in predictum flumen: infra has fines dedimus et tradidimus tibi predicto nominato niceta imperiali prodospadario compatri nostro ipsa sortione nostra plenariam, quem mihi nominate regali ducisse ocbenit ab ipso suprascripto areghisi genitorem meum totum, quantum genitor meus infra ipsas fines pertinuit, in integrum et sine minuitate vobis dedimus et tradidimus cum biis suis et omnibus ibidem abentibus et pertinentibus, unde nihil nobis reserbabimus, nec dicimus nobis exinde remanere sortionem, set trasacto nomine et fundito quantum infra ipsus fines abuimus, vobis dedimus, securiter ac firmiter vos et vestros eredes abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum, que vobis placuerit; de qua vobis firmamus, ut nunquam abeamus licentiam nos aut eredes nostri, vos aut vestro eredes de predicta nostra donatio querere aut contrare, aut aliquit exinde per qualicumque occasione minuare per nullum modum; et si aliquis omo inde causatio vobiscum emiserit et aliquit vobis exinde tollere boluerit per qualicumque ratio, potestatem abêatis vos vestrisque filiis et eredes cum causa nostra inde causare et finem facere, cum muniminibus ipsis que vobis similia per exemplatio per manum curialis istius cibitatis fecimus de muniminibus que nos tenemus, que de predicta rebus sunt, et per vos ipsos debeatis exinde esset auctores et defensore; si autem cum ipsis exsemplariis muniminibus finem facere non potueritis, dare vobis debeamus ipsa munimina que nos tenemus, de quibus vobis exemplaria fecimus, tenere debeatis eam aput vos, usque dum rebus ipsa finem facitis, et cum exinde diffinitio facta fuerit, ipsa nostra munimina, que vobis dederimus, aput nos remictere debeatis pro aliis nostris rebus que ibidem sunt continentes, et ipsa suprascripta sortio nostra, quam infra ipsa predictas fines abuimus, sit in potestatem vestram et de vestris filiis et eredibus frugiandi et dominandi, et omnia inde faciendi que bolueritis, sicut superius diximus; et si aliquando tempore nos aut nostris filiis et eredes, vos aut vestros filios et eredes de suprascripta nostra donatio querere aut contrare, vel remobere per qualecumque ingenium presunserimus, quinquaginta bizanteos vobis vestrisque filiis et eredes componere, et questio nostra sit tacita, et cartula ista firma permanead in perpetuum; et oc memoramus, ut per ipsa suprascriptas terras, quas vobis donabimus, abeamus nos et nostris eredibus bia had ipsas alias nostras ereditates: scripta per manum ursi scriba, et per manum leoni nepoti suo complebi, et ibidem scripti iohannes iudex et aliis ipsius cibitatis amalfi. Ipsa halia scriptio continent: in nomine domini dei salbatori ihesu christi temporibus domni

sergi gloriosi duci anno hoctabo, die duodecima menis ianuarii, indictione hoctaba, hamalfi: certi sumus nos anna relicta niceta inperialis prothospadarii et iohannes quam ursus ambi germani genitrice et filii, a presenti die prontissima boluntate benumdedimus adque in presentis cessimus et contradidimus vobis iohanni iubene filio sergi iubene idest omnia cum omnibus, quantum vel in quomodo abere et possidere bisi sumus in beteri, qui ocbenit in donationem a suprascripto virum et genitorem nostrum a domna reghale gloriosa ducissa per cartulam per absolutio domni arighisi genitori sui cum biis suis et omnibus sibi pertinentibus, unde nichil exceptuabimus, et quantas cartulas inde abuimus, nobas et beteres, dedimus vobis illas, aut si alia cartula nobis inde inbenta dederit, dare vobis eam promictimus; unde et in presente accepimus a vobis exinde plenariam sanatio auri solidos tres ana tari quatuor per solidum qui. . . . . vobis exinde donabimus in omnis deliberatio et in omnis decisitio, ut a nunc die presente et in perpetuum temporibus in vestra et de vestris eredibus manet potestatibus abendi, frudiandi, possidendi, bindendi, donandi, commutandi liberam habeatis potestatem, et iam haliquando exinde neque a nobis, neque ab eredibus nostris, vel a nobis summissam personam nulla requisitio exinde abetis, non vos, nec vestris eredibus per nullum modo nunc et in perpetuum; et si per quobis tempore quabis modum vel ingenium, sibe nos, aut nostris eredibus, seu summissa persona, vos aut vestris eredibus exinde querere aut contrare presumserimus, et qualibet minuitatem vobis exinde fecerimus, componere promictimus nos et nostris eredibus vobis et ad vestris auri solidi triginta bizantei, et anc cartula sit firma in perpetuum: scripta per iohannes scriba manu propia scripsi, et ibidem scripti maurone de lupino de maurone dentice, et pardo filio iohanni de pardo, et constantino filio iohanni curialis. Et alia scriptio, quomodo cicerus filius quondam sindoni abitator de mitiliano donabit adque ad semper abendum confirmabit ad areghisi et iaquinti castaldei germani filii iohanni omnis rebus sua de locum fabale, et troccle, et ragitu, et beteri, ista parte flubio boneia et illa parte usque mare; ideo quomodocumque per qualecumque ratio et in predictis locis, tam ista parte ipso flubio quam et in illa parte usque mare, eidem ciceri pertinentes fuit et est, vel fuerit, totum funditus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de biis suis, et cum omnis monimen indeque pertinentes trasactibus nomine et a funditus illut ipsorum germani donabit: scripta per ursus scriba de quadragesimo anno principatus domni gisolfi de mense agustus quintadecima indictione, et a testibus roborata, ista scriptio est exemplatio. Alia, quomodo ipse cicerus filius predicti sindoni habitator de mitiliano, sicut ei congruum fuerad sua boluntate donabit adque ad semper abendum confirmaberad ipsorum areghisi et iaquinti castaldis omnis suprascripta rebus sua de suprascriptis locis fabale, et troccle, et ragitu, et beteri,

ista parte flubio boneia et illa parte usque mare. Alio brebem, quomodo areghisi qui riso bocatur, et iaquintus coniuncti fuerunt cum adelghari, qui dumnandus bocatur, et gaidenardus, qui iaquintus bocatur, germani filii mascini aurifex, astante ipsum genitor illorum, et per absolutio propter quod illis inter se combenientiam fecerad de res de locum beteri, sicut ipsa scriptio continet, scripta per petrus notarius de anno quadragesimo principatus domni gisolfi, de mense octuber, prima indictione, roborata sufficienter. Alia scriptio, qualiter gisolfus et birino germani filii teupi, et lanfreda et petrus germani filii magelghardi, et ursus, et iohannes, et petri, et gentile, et albericu, et iaquinti germani filii petri, et iohannes filius quondam iohanni, et adelferi et grimoaldus germani filii (*deest nomen*) clarificaberunt abere rebus in beteri et in cibitate beteri, ibique et ergha litore maris, et in troccle, et fabale, et ragitu, et sicut illorum congruum fuit, illut donaberunt ipsorum areghisi et iaquinti per illa ratio, sicut ipsa scriptio declarad, scripta per radeghis notarium roborata sufficienter. Alio brebem, qualiter areghisi, qui riso bocatur, et iaquintus coniunti fuerunt ad bona combenientia cum ipsi adelghari, qui domnandus bocatur, et gaidenardus, qui iaquintus bocatur, germani filii mascini aurifex, et una cum illi fuisset predictus genitor illorum propter intentio, quod inter se abuerunt de rebus de locum beteri, et diffinitio inter se inde fecerad, sicut ipsa scriptio continet scripta per ipsum petrus notarius et a testibus roborata. Alia scriptio, qualiter iohannes et leo germani filii quondam gucti atrianensis declaraberunt abere rebus in locum beteri in campo illo qui est secus mare ulter flubio boneia, in quo ecclesia sancti iohanni dedicata est in locum, ubi dicitur fabale, et troccle, et ragitu, usque flubio qui dicitur albole, pertinentem illorum per gradu successionis parentum et per illorum rationibus, et sicut illorum congruum fuit, illum donaberunt ipsorum areghisi et iaquinti, sicut ipsa scriptio declarad scripta per radelchis notarium satis roborata. Alia scriptio: grimpertus et pepinus biri germani, omini liberi filii quondam auderami , abitatori finibus salerno in bico qui nominatur mitiliano, benumdederad grausolfi filio roderisi terra sua cum arboribus suis bitatis seu et gructe per finis. Alia, qualiter canso filius quondam marini et canipertus generus et affiliato meus venumdederad grausolfi, filio roderisi, terra cum arbustis in locum qui bocatur ad staffilio, qui esse bidetur super bia per finis. Alia, quomodo paldolo filius quondam romari abitator finibus salernitana venumdederad grausolfi filio roderisi terra cum arboribus bitato in locum qui dicitur i staffilo a super bia plubica per finis. Alia, qualiter leo filius quondam cansi, et ursoaldo filius quondam ursi, et curbello filius quondam faroaldi, quam et musulo filius quondam fermosaci, qui sumus consobrini et abitatores in cibitate salerno, benumdederad grausolfi castaldo filio roderisi unanimiter terrola sua sue sortis in locum

qui nominatur (*deest nomen*) per finis. Alia, quomodo rinola filia quondam lucini una cum erfulò biro suo secundum legem benumdederad grausolfi filio roderisi terra sua, quam habuerunt in locum qui dicitur ad beteri propinquo mare per finis. Alia, qualiter pelagio et guileramo germani filii quondam theoderici abitatori de mitiliano unanimiter benumdederad grauso filio roderisi terra sua cum arboribus in locum qui nominatur beteri per finis. Alia, qualiter donoaldus omo liber filius quondam greogoraci abitator infra hanc salernitanam cibitatem venumdederad grausolfi filio roderisi terra sua cum arbusto, quem abuerad in beteri per finis. Alia cartula pertinet ad rosa, et quantum relegere fecimus, sic erad continens: rodericus et leodemari dederad de rebus sua trans flubio de beteri ad gentile. Alia, qualiter roderisi et grauso germani filii grausolfi, qui fuit castaldus, declarati fuerad abere rebus intus cibitate beteri et da foris per singnula loca et ergha mare, ista parte et illa parte ipsu flumen de beteri, et sicut illorum congruum fuit, illud benumdederunt gentili filio bone memorie gentili tota et integram ipsa rebus cum casis et omni pertinentia sua, sicut ipse grausolfo genitor illorum a singnulis ominibus illos paratum abuerad, quam et quod ipsi postea paratum abebad ab aceprandu et gaidoalt presbitero et albegauzo, tota et integra cum biebus et omnia sua pertinentia, in integrum ipsius gentili benumdederad possidendum. Alia, qualiter roderisi et grauso germani filii bone memorie grausolfi, qui fuit castaldus, declaraberunt abere rebus intus cibitate beteri et a foras per singnula loca et ergha mare, ista et illa parte ipso flumen de beteri et ntragoneia; et, sicut illorum congruum fuerad, tota ipsa rebus benumdederunt sindoni et gentili germani filii gentili. Post relecte supradicte scriptionis, sicut nobis iamdictis viri et uxori congruum est, bone nostre boluntatis ante ipsum ragemprandus iudicem secundum lex et consuetudo nostre romanorum per absolutione supradicti domni principis, quem nobis dandum direxit, per ipsum iudicem per anc cartulam benumdedimus tibi guaimario comes filio quondam guaimarii comitis inclita ipsa rebus, qualiter data per ipsa cartula a predicta domna rigale ad ipsum niceta prothospadario infra ipse finis, que ipsa cartula declarad, et qualiter mihi iamdictus iohannes pertinet per ipsa posteriore cartula, quem mihi ex ipsa rebus emiserunt ipsa uxor predicti niceta et da filiis eius, ideo, qualiter ambobus ipse cartule declarad, ipsa rebus sic totum funditus cum omnibus intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bie sue tibi predicto guaimari benumdedimus cum ipse ambobus cartulis; una, qualiter ipsa rigale cum predicto areghisi genitor suum ipse rebus dedit prefati niceta, et ipse halia, quomodo ipsa uxore predicti niceta cum ipsi filii sui illut mihi iamdicto iohanne dederunt et cum omnia, que ipse ambobus scriptionis continunt, et nullam nobis ibidem remansit, set funditus illut tibi predicto guai-

mari benumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus guaimarius tuique eredibus inclita omnis supradictam nostram bindictionem abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum que bolueritis; unde pro confirmandam et stabiliscendam nobis anc nostram bindictionem, a presentis recepimus a te iamdicto guaimarius exinde auri solidos de tari triginta ana tari quatuor per solidum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit, et pro ad defensionem vobis semper abendum de supradicta nostra bindictione dedimus modò tibi ipse scriptionis, qui superius ic aliqua pars declarate sunt, ut quando causatio inde vobis exsurte fuerit de supradicta nostra bindictione, et per vos ipsis bolueritis inde esset auctores, potestatem abeatis vice nostra in omnibus inde causare cum supradictis scriptionis, et cum quale alia monimen et ratione inde abueritis, et finem exinde facere, qualiter bolueritis; et nos iamdictus iohannes iubene et predicta bona, qui sumus amboque viri et uxori, obligabimus nos et nostros eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi predicto guaimari, quam et ad tuis eredibus, inclita supradicta nostra bindictio a pars ipsius domne righale et da ipsum areghisi genitor illius, et a pars ipsius nicete et da ipsa uxore et filii eius, et da illorum eredes, et da illi ominibus et partibus, qui pro pars vel datum de toti suprascripti quodcumque causationem inde vobis preposuerit; et si per aliis ominibus de ipsa rebus vobis contentio fuerit exurte, vos inde causare debeatis, asque omni colludio usque ad veram et diffinitam legem; et si exinde perdideritis de quantum ex ipsa rebus vobis tultum fuerit, nullam siamus vobis exinde culpabilis, set semper per rationem de ipso pretium vobis recdamus: tantum omni tempore semper suprascriptam nostram bindictionem vobis defensemus ab illis que superius legitur; de qua per bona conbenientia nos supradicti vir et uxor iohannes iubene et bona, commune consensum nostre boluntatis, guadia tibi predicto guaimaro dedimus, et mediatores tibi posuimus nos ipsis, et per ipsa guadia obligabimus nos et nostros eredes; quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine vobis vestrisque eredibus non adimpleberimus, vel aliquit de ea que superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, vel aliquit inde vobis minuare quesierimus, per nos vel per summissam nostram, per ipsa guadia componere obbligabimus nos supradicti vir et uxor et nostros eredes, vobis vestrisque eredibus ad duplum supradictum pretium, quod flunt in simul solidi de tari boni sex triginta, et omnia suprascripta vobis adimpleamus. Et quando nos nostrisque eredibus quesieritis abere auctores ab ipsa suprascripta domna righale et da ipsum areghisio genitore suo, et da pars ipsius niceta, et da ipsa uxore illius, et da ipsi filii illorum, vel da illi ominibus et partibus, qui pro illorum et illarum partibus quodcumque causationem inde vobis preposuerit, faciatis nos

exinde scire et infra diebus decem, et plicemus nos et date nobis supradictis scriptionibus, ad abendum nos ille salbe per omnes bices usque dies sexaginta, et nos et nostros eredes omni tempore illut vobis vestrisque eredibus defensemus a pars ipsius domne rigalis et da ipsum areghisio genitor illius, et da ipsum niceta, et da uxore et filii eius et da illorum eredes, et da illi ominibus et partibus, qui pro illorum et illarum pars vel datum quodcumque causationem inde vobis preposuerit per supradicta guadia et obligata pena, et post completim ipsi sexaginta dies per omnes bices monimina ipsa salba, quale illa nobis dederitis, et mictamus illam aput vestram potestatem, abendum vos illa omni tempore in iamdicta ratione, et apposuimus et obbligabimus nos iamdicti iohannes iubene et bona et nostros eredes ad pingnerandum vobis omnis nostra causa legitimo et inlegitimo, etiam et personis nostre compreendendum et distringendum, et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno.

† Ego qui supra ragemprandus iudex.

DCLXI.

A. D. 1012.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense december, undecima indictione. Ideoque ego armogeni atrianensis filius sergi clarefacio abere ecclesia vocabulum sancte treufime intus hanc salernitanam cibitatem constructa, cum terris et casis et cellis de ipsa ecclesia pertinentes, et rebus a foras hanc cibitatem similiter pertinentes ipsius ecclesie. Nunc autem compulsus sum dei omnipotenti misericordia, ut medium illut offerire in ecclesia sancte marie pertinentes supradicto domno principi et iohanni comiti germano eius, in quo dumnellus abbas preest. Et ideo, sicut mihi congruum est, per largietatem et absolutionem superii mangni principis ante subscripti testes per anc cartulam pro amore omnipotenti deo et anime mee obtulimus deo et in prephata ecclesia sancte marie inclita medietatem de tota ipsa ecclesia sancte treufime cum omnibus cellis, et casis, et rebus, et omnia quanta ad ipsa ecclesia pertinet, ut diximus, medietatem in integrum in ipsa iamdicta ecclesia sancte marie offeruimus: simulque et ibidem offeruimus medietatem omnis monimen inde continentem, et modo de-

dimus ad potestatem ipsius ecclesie sancte marie pro ad defensionem abendum unum preceptum ab utile anulo sigillatum et unum brebem de ipsa ecclesia continentem: hec omnia, ut diximus, in ipsa ecclesia sancte marie offeruimus, sicut supradictum est, ad securiter et firmiter amodo et semper pars ipsius ecclesie eiusque rectores illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod boluerit, absque cuiuscunque contrarietatem vel requisitione; de qua ego iamdictus armogeni mea bolumtatem obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum ad pars ipsius ecclesie sancte marie inclita omnis mea offertione, qualiter legitur, a pars uxoris mee et ab omnibus hominibus omnique partibus, qui pro nostra parte et datum, aut pro pars et datum ipsius uxoris mee quodcunque causationem exinde ad pars ipsius ecclesie sancte marie preposuerit; de alii vero hominibus et partibus, et quando voluerit ab omnibus hominibus vice nostra in omnibus exinde, et de monimen inde continentem causare et finem facere, qualiter vultis, cum ipsum preceptum et brebem, quod modo ei dedimus, et cum quale alia monimen et rationem inde abuerit. Et si taliter omnia suprascripta ad pars ipsius ecclesie sancte marie non adimpleberimus et aliquit, de quomodo superius legitur, remobere aut contrare quesierimus, aut si quodcunque causationem inde in eadem ecclesia sancte marie preposuerimus, componere obligo me et meos eredes ad pars ipsius ecclesie sancte marie, et cui cartula ista in manum paruerit, centum auri solidos constantinos, et taliter scribere rogabimus te iohannes notarium, actum salerno.

† Ego grimoaldus

† Ego petrus notarius me subscripsi.

DCLXII.

A. D. 1012.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, mense december, undecima indictione. Ideoque ego roderisi filius maraldi de locum felecta [1]) clarefacio habere rebus conmunem cum mele germanus meus et sortionem

---

[1]) *Felecta* vel *Feletta* extra Salernum.

iohanni germanus meus de una pecia de terra cum vinea et bacuum uno teniente in ipso locum felecta, ubi ad ipsa longa dicitur, qui est ipsa pecia de terra cum vinea et bacuum per hec finis et mensuras. Ab orientis fine bia, inde passi triginta quadtuor: de super parte fine romoaldi castaldi filii petri, et inde sunt passi biginti sex minus cubitum unum: A pars occidentis fine ipsius romoaldi castaldi, quod paratum habet da heredes ursi boccalupi, habet inde passi biginti octo: De supter parte fine predicti romoaldi castaldi, quod paratum habet da basso thio meus filio musandi, et inde sunt passi triginta ad iuxto passum homini mensuratum: infra iste finis et mensuriis est inde pertinentem mihi mea sortionem, quale legibus succedere debeo ab ipso genitor et genetrice mea, et pertinentem est mihi exinde inclita sortionem ipsius iohanni germanus meus per datum illius, et ipse mele habet ibi sua sortionem quod est nominatibe inter me et ipsum iohannes et ipsum mele legibus: de ipsa pecia per supradicte finis et mensuriis successit habere de decem sortionibus tres sortiones, et congruum est mihi tote ipse tribus sortionibus venumdare ipsius romoaldi castaldi. Interea ego nominatus roderisi, sicut mihi congruum est, per hanc cartulam in sacro salernitano palatio ante subscripti ydoneis hominibus venumdamus, atque ad semper habendum confirmamus tivi supradicto romoaldi castaldo de decem sortis tres sortis de ipsa pecia de terra cum vinea et bacuum infra supradicte finis et mensuriis, oc est inclita sortione mea, et inclita sortione ipsius meli, et sortionem ipsius iohanni germanis meis, cum omnia intro se habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de bia suam, Ad securiter et firmiter amodo et semper tu predictus romoaldus, et cui per te datum paruerit et vestris heredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, illut habendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis; et pro confirmandam et stabiliscendam hanc nostram vinditionem statim a te recepimus exinde sex auri tari boni, sicut inter nos conbenit in omnis deliveratione: finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, per bona conbenientiam guadia ego predictus roderisi tivi iamdicto romoaldi castaldo dedi, et mediatorem tivi posui me ipsum; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta decem auri solidorum constantinianorum*. et taliter scribere rogavimus te myrandus notarius, actum salerno.

† Ego petrus notarius me subscripsi

† Ego ioannes me subscripsi.

A tergo huius chartae legitur:

grimoaldus filius iohannis benumdedi mihi una clusuria de terra cum binea et bacuum in locum felecta infra hec finis et mensurie: de una parte fine sichenolfi clerici, sicut media sepe discernit, inde passi LVI: de alia parte fine landolfi, inde passi alii LVI: de alia

vero parte fine illius et de consortes eius, inde passi VI: de pede fine illius et de consortes eius, inde passi X: in medium per trabersum passi X, et dedi inde ei tarenos XXI, mediatore alfanus filius musandi de eodem.

DCLXIII.

A. D. 1013.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense ianuarius, undecima indictione. memoratorium factu a me petrus filius idem petri, eo quod in nuceria ante mirando iudex et alii testes per bona combenientia tradidi ego ad lavorandum malfrede filio madelmi de nuceria una pecia de terra mea cum arbustis vitatis de ipso locum nucerie, ubi a lu valneo dicitur, per ec finis et mensurie: a pars orientis fine via puplica, sunt inde passi quinquaginta sex: a septemtrionis fine sicut pariete antico discernit, inde sunt passi septuaginta hocto: ab occidente similiter via puplica, sunt inde passi triginta unum et cubito unum; et da inde abiente in pars orientis, sicut inde fundamenta de pariete vetusto discernit, et inde passi quinquaginta quadtuor; revolvente per ipsa fundamenta de ipsi parietibus in pars meridie passi viginti et cubito unum; iterum revolvente per ipsa fundamenta de ipsi parietibus in pars orientis et inde se coniungente ad ipsa via priora fine, sunt indeque passi quadraginta unum minus cubito unum; et per ipsa via, que est a pars occidentis, sunt passi triginta unum et cubito unum, totum ad iusto passum homini mensuratum: istut per iste finis et mensurie cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de ipse vie inclitum illut ego ipsius madelfrede tradidi vice mea et vice rodelgrimi germanus meus tali ordie, ut amodo usque duodecim anni completi ille et suos eredes sue potestatis illut tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem facere, et annualiter apto tempore de super et de suptus eos lavorare et cultare secundum consuetudinem de ipso locum, et ubi meruerit, arbores et vites et propagines illis eos ibidem plantare et propaginare, ut bene paread lavoratum et cultatum; et per vindemie annualiter faciant nos et nostris eredibus scire, ut pergamus, aut dirigamus ibidem missum nostrum, et adsignemus nos illorum organeum bonum da vinum, et illis eum conciare et studiare, sicut meruerit, et reponant illum intus casa sua in quo illis abitaverint, et ipso arbustum vindemiare; et quantum vinum inde exierit, apto tempore ad palmentum suum illum inter nos divida-

mus: nos nostrisque heredibus, vel missum nostrum tollamus eos medietatem, et ipsa halia medietate sibi abeant, faciendum inde per partes quod voluerimus; et ipsa nostra sortione reponant illis eos vobis intus ipso organeum·nostrum, et annualiter salvum illut nobis faciant, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et igne et mures; et dum ibidem steterimus nos vel missum nostrum per vindemie pro recipiendum ipsa nostra sortione, illis nos nutrire secundum illorum possivilitate, et deant nobis palmentatica et terraticum secundum consuetudinem de ipso locum: ad completum ipsum constitutum licead illis exinde exire; et si casa vel reditum ibidem facta abuerit, liceant illis illum inde tollere cum omnis alia sua causa, et portare illos ubi voluerint, sine contrarietate nostra, et inclita ipsa nostra tradictio remittad ad potestate nostra et de nostris eredibus. Unde per bona combenientia guadia michi ipse malfreda dedit, et mediatorem michi posuit sellictus filius petri; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti solidorum auri constantinianorum.* et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui. Verumtamen et hoc recordamus, ut ipse malfreda, vel eius eredes portent ipsa nostra sortione de ipso vinum usque cellarium nostrum, quod abuerimus ad ipsa curte nostra da casa sellicti filii (*deest nomen*), et ipsum organeum per illis flad conciatum, sicut meruerit. ego iohannes clericus et notarius ec subiunxi.

† Ego qui supra mirandus iudex

† ego ademari notarius me subscripsi

† ego machenolfus.

DCLXIV.

A. D. 1013.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi, temporibus domni sergii gloriosi ducis et imperialis patricii anno undecimo, die decima mensis ianuarii, indictione undecima, amalfi. Certum est me anthiocia filia quondam leonis de sergio de lupino de domna erini, et uxor vero constantini filii quondam leonis de sergio de lupino de domna erini, et uxor vero constantini filii quondam leoni tortellario, per absolutionem vero suprascripti constantini viri mei michique constantino optime placet, et hec venditio per meum consensum et voluntatem facta est, a presenti die promtissima voluntate Venundedimus, atque et in presentis cessimus et contradidimus vobis domno sergio filio quondam domni iohannis de

maurone comite, idest plenariam et integram ipsam portionem meam, quod habere et possidere visa fui in ipsas hereditates de fonti intus et a foris ipse quattuor finis, quod reclarat ipsa chartula, quod fecerat ursus atrianenses theodenanda ambo iugalibus filio et nuruam iohanni atrianensi at suprascriptum iohannem vestrum genitorem, cum vice de viis suis, omnibusque sivi habentibus et pertinenlibus. Unde nobis ibidem in suprascriptum locum fonti nichil remansit, aut aliquid vobis exinde exceptuavimus: in simulque et cum istud venumdedimus vobis plenariam et integram ipsam portionem nostram de ipsa aecclaesia beati felicis christi confessoris ibique in fonti edificatus intus prephate quattuor finis, cum plenarias portiones nostras de paramentis ipsius aecclaesie, et de codicibus, et de omnem suum circulum, seu rebus, et cum viis suis. Unde nec inde nichil vobis exceptuavimus, solummodo dare exinde debeatis de suprascriptam portionem nostram de suprascriptam aecclaesiam vos et heredibus vestris annualiter talem censum, qualiter nos et nostri heredes exinde dare et persolvere debuimus, qui obbenit nobis a suprascripto genitore meo de me suprascripta anthiocia, et at suprascriptum genitorem meum obbenit per verbum sigillatum a domno gisulfo glorioso principe salernitane civitatis, et a domna gemma gloriosa principissa eius coniuge, et a domno paldulfo principe atoptato eorum filio, et ipsum suprascriptum verbum sigillatum vobis dedimus; et si exinde aliquando plus chartula nobis vel at nostris heredibus inventa dederit, mittere ille debeamus apud vos et vestros heredes sine vestra damnietate, vel amaricatione. Unde accepimus a vobis exinde plenaria nostra sanatione, idest auri solidos decem de tari ana tari quattuor per solidum, sicut inter nobis convenit in omnem deliverationem et in omnem decesitionem, Ut a nunc die presentem et im perpetuis temporibus in vestram et de vestris heredidus sint potestatem habendi, fruendi, possidendi, vindendi, donandi, commutandi, vestrisque heredibus dimittendi in omnibus semper liveram habeatis potestatem; et iam aliquando exinde neque a nobis, neque ab heredibus nostris, neque a nobis summissam personam nullam requesitionem exinde habeatis, non vos, non vestris heredibus, per nullum modum im perpetuum. Insuper nos et heredes nostris vobis et at heredibus vestris omni tempore ab omnem hominem omnique persona vobis eos antestare et defensare promittimus. Quod si minime vobis exinde fecerimus de hec omnia que superius legitur, componere promittimus nos et nostris heredes vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta vizianteos, et hec chartula sit firma im perpetuum.

† Ego sergius filius lupo de leuci testis sum

† Ego pulcari filius leoni de pulcari de mauro comite testis sum

† Ego lupinus filius acceptore testis sum

† Ego sergius scriva hanc chartulam manu propria scripsi.

DCLXV.

A. D. 1013.

† In nomine domini vicesimo quarto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, Mense ianuarius, undecima indictione. Ydeoque ego rico filius quondam falconi presbiteri clarefacio, quoniam michi est pertinente abere rebus a pars supradicti genitori meo in locum campilianu salernitane finibus, et congruum michi est exinde benumdare Ymelaye filie landolfi et uxori petri filii mauronti una pecia de terra bacua et cum arboribus, quod abeo in iamdictum locum campilianu, quod tribus partibus coniuntum est at fine ipsius petri, et est per hec mensuria. A pars occidentis passi biginti duo: A pars meridierum passi decem et hocto: A pars orientis inde passi alii decem et hocto et medium passum: A pars septemtrionalis fine bia antica, inde passi sedecim. Totum mensuratum at iusto passum homini. Ynterea, sicut michi congruum est, bona mea boluntate per hanc cartulam benumdedi atque at semper habendum confirmo tibi iamdicta Ymelayte tota et inclita pecia de terra, ut diximus, per supradicte finis et mensuriis, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua. Unde nullam michi, aut uxoribus meis, aut quolibet hominibus, vel in quavis partibus restitit, aut dicimus remanere sortionem; Set, sicut superius diximus, inclitum illut tibi confirmabimus, At securiter et firmiter amodo et semper tu supradicta Ymelayte quam et tuis heredibus inclitum illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod tibi tuique heredibus placuerit, apsque omni contrarietate vel requisitione mea, vel de meos filios et heredes, aut cuique hominibus. Unde pro confirmandam et staviliscendam hanc mea vindictione, nunc a presentem recepi a te iamdicta Ymelayte per apsolutione supradicti viri tui statutum pretium, y sunt auri tari boni numerum quattuordecim in omnis deliberationem, sicut inter nos conbenit: finitoque vero pretium ipsum aput nos ea quidem videlicet ratione, et per bona combenientia guadia tibi iamdicte mulieri dedi, et mediatorem tibi posui meipsum; et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula, statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, hactum salerno.

† Ego achino

† ego feri diaconus.

DCLXVI.

A. D. 1013.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense magius, undecima indictione. memoratorium factum a me russemannus clerico filio amati presbiteri, eo quod ante dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinentem supradicto domno principi et iohanni comiti germano eius, et ibique astantibus subscripti testes, per demandatione ipsius abbatis tradidit sparani de felecta filio leoni una pecia de terra bacua cum aliquanti insiti in ipso locum felecta propinquo casa suaque sparani, quod ego a pars ipsius ecclesie in beneficium teneo per ec fines et mensurie: de una parte fine bia, et est per longitudo de duobus partibus sunt ana triginta passi per latu, et per latitudo de duobus capite sunt ana biginti octo passi: totum ad iusto passum omini mensuratum inclitum illut, sicut diximus, ei tradidimus tali ordine, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestatis illut tenendum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibidem faciendum, et amodo totum illut pastenare arbustum de bono vitineo et pomis, sicut meruerit, et amodo illut cludere, et clusum illut abeant; ad completi vero nobem anni, ut amodo se compleant, abeant in tota suprascripta rebus arbustum de bono bitineo et pomis, et clusu, totum vonum lavoratum, et cultatum, et surtum, et operatum, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, ut vene pareat factum; et abinde omni tempore per annum suo tempore totum ipso arbustum de super et de subter lavorare et cultare et propaginare, et ubi arbores et vites meruerit, illut ibidem plantare et surgere et cludere, et clusum semper illut abeant, sicut meruerit, et sic per annum, quando meruerit, totum illut laborare, ut proficiant et non disperant, et salbum illut faciant; et a quo amodo parutus fuerit, ut vinum inde exierit per annum de vindemie, faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, aut illuc nos pergamus, et illis totum ipso arbustum suo tempore vindemiare, et poma inde colligere, et omnis binum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma ibique inter nos dividamus in tertiam partem: nos tollamus inde una tertiam parte, et illis due sortis; et ipsa nostra sortionem de ipso vinum illis per annum ibique in domus sua reponere in organea nostra per illis vona conciata, sicut meruerit, et faciant illut salbum, dum illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne; et de que per annum in ipsa rebus seminaberit, per annum faciant me scire vel pars ipsius ecclesie, ut missum nostrum illuc

dirigamus, et omnis victum et lavorem quod ibi abuerit, ibique ad aira inter nos dibidamus in tertiam partem: nos tollamus inde una tertiam, et illis due sortis: nos vel missum nostrum, dum pro omnis nostra sortione exinde de vinum et de victum ibidem steterit, illis eum notrire secundum sua possibilitatem; et si da ipsi nobem anni completi de ac terra salernitana exierit aliiubi ad abitandum, aut si talem facerit culpa unde ceciderit, inclita suprascripta rebus rebertas ad potestatem ipsius ecclesie, faciendum inde quod boluerit; et si infra tribus anni ibidem rebersi fuerit, vel ubi in gratia pervenerit de ipsa culpa, rebus ipsa ad illorum perveniant potestatem, tenendum et lavorandum illut in suprascripta ratione: tantum ipsum annum si fuerit lavoratum, liceat nos ipsum frudium inde tollere. de qua per bona combenientia guadia mihi ipse sparanus dedi, et mediatores mihi posuit seipsum et aloardu filium......; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si omnia suprascripta nobis non adimpleberit, et illut vel exinde remobere aut contrare quesierit, componere obligavit se et suos eredes mihi vel in pars ipsius ecclesie biginti auri solidos constantinos, et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† ego roderisius me subscripsi.

† ego petrus me subscripsi.

DCLXVII.

A. D. 1013.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense iunius, undecima indictione. Ideoque nos mulieres nomine adelghisa filia (*deest nomen*) qui fuit uxore brocconi, et foska et delecta, qui sumus germane et filie predicti brocconi et iamdicte adelghise, una mecum iamdicta foska esset maraldus viro meus, et mecum iamdicta delecta adesset iohannes viro meus, et ego berengarius, qui fuit de alamanna et modo sum abitantes in territorio salernitano, et uxore abuit gisa filia predicti brocci et iamdicte adelghise, et ipsa gisa in meo mundio fuit defunta, clarefacimus nos omnes, quoniam nobis est pertinentes abere cum nostris consortibus rebus in locum trans-boneia, ubi maiano dicitur, salernitane finibus, qui est rebus ipsa insirtetum et bacibum uno teniente, et est infra ec finis et mensuras: a septemtrionis fine bia, inde passi quinquaginta quinque: ab occidente sunt passi quadraginta sex; et da inde rebolbente in ipsa pars occidentis inde passi triginta septem et pedes duo; et da inde rebolbente in pars

orientis, sicut poiu et media clusame discernit, inde passi quinquaginta sex et pedes tres et medium: et da inde rebolbente in pars meridie erga ipsa clusamen inde passi nobem et pedes duo et planta. . . . . . iterum rebolbente in pars orientis inde passi biginti: a pars orientis fine, sicut termini discernunt usque ipsa bia, qui est priore fine, inde passi octuaginta tres; et in medio per trabersum da ipsa bia qui est a pars septemtrionis, usque ipsa clusamen qui est a pars meridie, est per latitudo passi octuaginta quinque: tota omnis supradicta mensuria mensurata ad passum qui singnatum est in columna marmorea de ecclesia sancti maghtei de archiepiscopio salernitano; de ec bero res infra predicte finis et mensuras, ut diximus, nobis iamdicte mulieres et mihi iamdictus beregneri pro parte ipsius grise est exinde pertinentes nobis inclita quartam partem pro sortione, qui fuit ipsius brocconi, qui fuit vir et genitor et socero nostro, et de ipsa quartam partem et de predicta rebus mihi iamdicte adelghise est exinde pertinentem inclita quartam partem per meum scriptum morgincap, quod ipse vir meus mihi emissum abuit in die nostre copulationis, et nobis iamdicta fosca et delecta et beregneri est exinde pertinentem de inclita ipsa quartam partem, et inclite tres sortis, et congruum est nobis iamdicte mulieres et predictus beregneri inclita ipsa quartam partem, qualiter superius diximus, nobis pertinet, illos donare ursi filio iohanni qui dicitur de l' ancilla dei; et ideo nos iamdicte mulieres et beregneri bone nostre boluntatis per absolutione supradicte gloriose potestatis, quem nobis dandum direxit per ragemprandus iudicem, ante illum et aliis idoneis omnibus, per anc cartulam nos mulieres fosca et delecta, consentientem nobis ipsi viribus nostris et una cum illis, in cuius mundium palamfacimus esse, et mihi iamdicte adelghise consentiente ipse filie mee, communiter nos tote et ego iamdictus berengneri donabimus adque ad semper abendum confirmabimus tibi esdicto ursi inclita ipsa quartam partem de rebus ipsa infra ipse finis et mensurie cum bice de ipsa bia, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, inclita ipsa quartam partem de rebus ipsa infra ipse finis et mensurie, abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum que bolueritis. unde pro confirmandam et stabiliscendam nobis anc nostra donatione a presentis iusta legem launegilt communiter a te iamdicto urso exinde recepimus auri solidos de tari boni decem et octo ana tari quattuor per solidum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit; de qua per bona combenientia nos supradicte mulieres et ego iamdictus berengneri et nos iamdicte fosca et delecta, consentientem ipsi viribus nostris, commune consensum et una cum illis guadia tibi iamdicto ursi dedimus, et mediatores tibi posuimus nos ipsos et iohannes filius concilii; et per ipsa guadia obligabimus nos supradicte mulieres per consensum de mundoalt nostri et nostri eredibus amodo

et semper antistandum et defensandum vobis vestrisque eredibus: similiter ego iamdictus berengneri obligabit me et meos eredes semper antistandum et defensandum vobis vestrisque eredibus, et nos omnes toti communiter vobis, et cui cartula ista in manum paruerit, tota suprascripta quartam partem de rebus ipsa infra ipse finis et mensurie, quod est nostra sortione, cum bice de ipsa bia da omnis omines omnique partibus; et si taliter illos tibi tuique eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex langnobardorum de donum et launegilt continet, ita nos et nostris eredibus adimpleamus et persolbamus vobis vestrisque eredibus iustitia; quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine vobis, et cui cartula ista in manum paruerit, non adimpleberimus, aut si nos nostrique eredibus quomodocumque per qualecumque ratione quesierimus illum vel exinde eos vobis tollere aut contrare, aut si quodcumque causationes exinde preposuerimus, per ipsa guadia componere obligabimus nos supradicte mulieres et ego iamdictus berengneri et nostros eredes, tamen nos iamdicte mulieres per consensum de ipsi vir et mundoalt nostri, tibi iamdicto ursi vel ad tuos eredes, vel cui cartula ista in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta vobis adimpleamus, et questio et causatio nostra et de nostris eredibus sint exinde tacita et bacua; et quando vos, et cui cartula ista in manum paruerit, de supradicta nostra donatione et de monimen exinde continentem per vos ipsis bolueritis esset auctores, potestatem abeatis vice nostra in omnibus exinde causare et finem facere, qualiter bolueritis; et licentiam et potestatem abeatis causare cum illi ominibus et partibus, qui abuerit monimen continentem ex ipsas rebus, et inde cum eis de ipsa monimen ordine facere, sicut consuetudo terre istius est; et quando nos vel nostros eredes de supradicta nostra donatione quesieritis exinde abere autorem, nos autem et nostros eredes illum vobis, et cui cartula ista in manum paruerit, defensemus et omnia vobis adimpleamus, sicut superius legitur, per iamdicta guadia et obligata pena, et ego iamdictus iohannes, qui sum mediator, sum biro predicte delecte et filius predicti concili: ec supradicta rebus infra predicte finis et mensuras coniunta est cum alia rebus ipsius ursi, sicut sue cartule parationis continet, et taliter scribere rogabimus te iaquintus notarius, actum salerno.

† Ego qui supra ragemprandus iudex

† Ego alfanus notarius me subscripsi.

DCLXVIII.

A. D. 1013.

† In nomine domini domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitius quinquagesimo septimo anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense september, duodecima indictione. Ideoque ego vir nomine iohanne filius quondam lucerini, qui sum commorantes intus cibitate lucerie, clarefacio enim me pertinentem abere ex predictum genitorem meum huno casile bacuum foras iuxta ipso muro uius prefate urbis lucerie had ipsa pusterula, que cognominatur horsoaldi, que is iamdicto casile michi illum vindere congruum est et michi exinde mea congruitate perficiendum, quam et ego mulier nomine horsa et filia quondam (*deest nomen*) que sum uxor eius, clarefacio enim, quia in die copulationis nostre de omnibus rebus et facultatibus suis quartam partem michi emisit per suum scriptum murgincap hab illo michi firmatum. Set audientes nos ea que in edicti capitulo continet, quod mulier sine notitia iudici, aut sine consensu parentu suorum, vel illi in cuius mundio fuerit, de rebus suis nichil stabile facere potuerit, Unde pro oc hopsecrare cepi eundem vir meus, quam et petrus filius quondam martini et iaquinto filius quondam sesami, qui sunt parentibus atque consentientibus meis, ut michi prenominate mulieri esse consentientes, at illi michi consentientes fuerunt. Interea una cum eodem vir meus, quam et iamdictis parentibus atque consentientibus meis, coram presentia sillitti iudicem ibimus, et aliis nobiliores hominibus qui hic supter conscripti sunt, ibimus, et hanc causam ei per hordinem intimabimus atque eum hopsecrabimus, ut michi prenominate mulieri preberet licentiam vindendi. Prephatus iudex, dum hoc audisset, cepit me diligenter inquirere, ne forte hab ipso viro meo aut quabis ominem aliquam pateret violentia. Ego vero absque ulla violentia, set vona mea patefeci esse volumptate absque ulla violentia: predictus iudex, dum absque ulla violentia nos esse conspexisset et vona hagnobisset volumtate, ideo michi firmam vindendi tribuit licentiam. Post accepta namque licentiam hab eodem iudicem, et iusta legem michi consentientem ipse vir meus quam et iamdictis parentibus atque consentientibus meis, qui in eadem carta una nobiscum manum inposuerunt, sic nobis congruum et aptum esse videtur, vona etenim nostra volumptate per hanc quoque videlicet cartulam vindedimus tibi rossemanni filio micheli integrum et funditus ipso casile que abet fines. De prima pars, quod est ab ipsa terra bacua hambrosii filii petri, inde sunt per latitudo pedes viginti tres: De secunda pars, quod est ab ipsa via publica, que recte pergit ad ipsa labandaria, inde sunt in longitudo pedes quinquaginta: De tertia namque pars, quod est

ab ipsa platea et fine ipsa predicta pustela, inde sunt per latitudo pedes decem et septem et uno semisse: De quarta hautem pars, quod est ab ipso muro uius prephate cibitatis lucerie, inde sunt per longitudo ad pedem iustum mensuratum hominis mediocris persona, qualiter in ista cartula consignatum est, usque in prioras fines pedes quinquaginta et uno semisse. Inter iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur, de fine in finem, quantum infra claupstrum est, unde nec nobis, nec ad eredibus nostris, verum etiam neque ad nullum quempiam ominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi; Set, qualiter est ab ipso casile, una cum viis et anditis suis, et cum legitima ingressa et regressa sua, et cum inferius superiusque suis, nec non et cum suis omnibus pertinentiis integrum, velut prelegitur, ipso predicto venundedimus tibi cuiusdicto rossemanni possidendum. De quo pro constabiliscendam atque confirmandam hanc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presentem recepimus a te qui supradicto rossemanno unum aureum solidum sotericum holotarcho: finitum dicimus aput nos receptum habere ipsum supradictum pretium, Ea scilicet ratione, ut amodo et semper eamdem nostram vinditionem integra, velut prelegitur, abere et possidere baleatis, Et faciatis exinde, quemammodum tibi vel ad tuis eredibus placuerit, sine contradictione nostra et de nostris eredibus, vel cuiuscumque hominibus requisitionem. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus iaquinto filium sesami; et obligamus nos et nostros obligamus eredes tibi cuiusdicto rossemanni emptori nostro tuique eredibus, ut hanc nostra vinditio integra, velut prelegitur, nos ab omnibus ominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus. Quod si noluerimus, aut si nos ipsos per qualiscumque modis vel ingenium, seu per qualiscumque inventa ratione illut que prelegitur, vobis retornare aut remobere quesierimus, seu defensare noluerimus, primis omnium questio nostra inanis et tacita sint, et duplum supradictum pretium vobis componere placitamus, et in antea taciti et contempti maneamus per invitis, et quicquit remelioratam esse paruerit per vestrum laborem, sup estimationem pretii vobis restituamus. De colludio autem, si a bos pulsati fuerimus, ad sancta dei evangelia vobis satisfaciemus, ita ut nostrum non sit colludium, per eandem guadia et iamdictum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pignerandum omnia causa sua legitima et inlegitima tamdiu, donec per invitis adinpleamus vobis iusta uius testum cartule. Quem te deusdede diaconus et notarius hanc cartulam nostre vinditionis scribere rogabimus. Actum in civitate lucerie et interfui Mense et indictione superscripsi feliciter.

† Ego qui supra silitto iudice

† Ego agelfrid

† Ego poto teste.

DCLXIX.

A. D. 1013.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense octuber, duodecima indictione. Memoratorium factum a me maio abbate hecclesie sancti massimi, una mecum adesset roderisius notarius adbocatorem nostrum, eo quod ante presentia petri iudici per bona combenientia tradidimus iohanni, qui fuit vicedominus, filius ydem iohanni, et iohanni, et leoni, et amudi presbiteri germani filii quondam iaquinti presbiteri, qui fuit germanus predicti iohanni bicedomini, de rebus quod pars predicte hecclesie nostre abet in locum apus-monte, ubi cirasulu et etiam tifanu clamatur, qui est terra cum arbustis vitatis per as finis et mensuras: a pars occidentis fine bia pulbica, sunt inde passi quadraginta quadtuor: a pars meridie fine predicte hecclesie, sicut bia discernit, inde sunt passi quinquaginta sex; et rebolbente per headem fine in pars meridie passi septem; iterum rebolbente per fine ipsius ecclesie in parte orientis passi biginti sex, et per headem fine rebolbentem in pars septemtrionis passi quadtuordecim; et iterum rebolbente per ipsa fine in pars orientis passi quinquaginta quadtuor: a pars orientis fine bia, et inde sunt passi sexaginta octo: a pars septemtrionis fine bia, et inde sunt passi decem et octo; et rebolbente in pars meridie per fine, sicut termiti discernunt, inde passi octo; iterum rebolbente per headem fine in pars occidentis passi biginti quadtuor et palmos tres; et rebolbente in pars meridie passi biginti duo minus gubitum hunum; et iterum rebolbente in pars occidentis et coniungente in ipsa bia qui est priore fine, sunt inde passi octuaginta septem: tota supradicta mensuras ad iusto passum hominis sunt mensurata; de hec vero rebus infra predicte finis et mensurie inclita medietate in parte meridie illorum tradidimus tali ordine, ut amodo et semper illis et ipsis filiabus illorum natos nascente, sue potestatis illut teneant et dominent, et circoitum illut cludant, et semper illut eos clusum abeant, escepto non illum cludant da pars septemtrionis inter ipsa halia medietate, set coniungant se cum hominibus qui tenuerint ipsa halia medietate, que remansit da parte septemtrionis, et faciant comuniter in ipsa sinaita inter illa et illa medietate unum applictum de casa de lingnamen bona, et ponant ibi per partes, ad residendum omo qui semper vigilent et custodiant rebus ipsa, seu et inter illa et illa sorte ponant et abeant palmentum bonum cum suscitorio [1]) suo, in quo per partes per annum

[1]) *suscitorio*, idem ac *susceptorio:* receptaculo.

mitdant hube, quod vindemiaberit de ipsa rebus; et amodo et semper illis et suis eredibus, natos nascente, inclita suprascripta nostra tradictione de super et de supter annualiter perfectam, laborarent, et operarent, et propaginarent, et, ubi meruerit, arbores et vites de bono bitineo plantarent et illut surgerent, ut semper rebus ipsa bene pareant operata et laborata de supter et de super; et de quicquit frugium annualiter in ipsa rebus fuerit, deant inde ad pars predicte nostre ecclesie iusto terraticum secundum consuetudinem de ipso locum: poma vero et nuci quod in ipsa rebus annualiter fuerit, integra medietate exinde ad pars iamdicte nostre ecclesie deant, et medietatem illos sibi abeant; et amodo et semper annualiter de bindemie apto tempore faciant pars predicte nostre hecclesie scire, ut pars predicte nostre ecclesie dirigant illuc missum suum, et illis tota rebus ipsa apto tempore bindemient, et omnis vinum quam inde exierit, tam numdum quam peciolum, per medietatem illut dibidant: pars predicte nostre hecclesie tollat . . . . medietate; et ipsa sortione quam de ipso binum ad pars iamdicte nostre hecclesie venerit, illis eos reponant in ipso applictum de ipsa casa in organea, que pars iamdicte nostre hecclesie eorum ibi dederit, et illis organea ipsa concient bona, et faciant nobis ipso binum salbum, donec annualiter pars iamdicte nostre ecclesie illut inde tulerit, apsque degeneratione et ingne et mures; missum vero, qui pro pars iamdicte ecclesie annualiter ibi fuerint standum super ipsa bindemia, illis eum nutriant secundum illorum possibilitate, donec pro ipsa bindemia recipiendum ipso binum ibi steterit, seu et annualiter deant ad pars iamdicte nostre hecclesie palmentateca secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore illis vel aliis filiabus illorum, natos nascentes, supradicta nostra tradictione tenere et laborare noluerint in supradicta ratione, tunc tota et inclita rebus ipsa clusa bona et operata et cultata remidtant ad potestatem de pars iamdicte ecclesie, cum ipsum palmentum et cum ipsum applictum de casa clusum et coopertum, et cum ipsa cunta quod pars iamdicte hecclesie ibi abuerit, et illis licead inde exire cum omnis alia sua causa mobilia, sine pars iamdicte nostre hecclesie contrarietate. de qua per bona combenientia guadia nobis hi omnes suprascripti dederunt, et mediatorem nobis posuerunt iaquintus filius landolfi abitator de heodem loco apus monte; et per headem guadia *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Et unc brebem scripsi ego cicerus notarius qui interfui.

† Ego. . . . . notarius me subscripsi

† Ego ademari me subscripsi.

DCLXX.

A. D. 1013.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi, temporibus domni sergii gloriosi ducis et imperialis patricii anno duodecimo, die vicesima mensis decembris, indictione duodecima, amalfi. Certum est me guttus filius leonis de gutto de iohanne de domna blacta, a presenti die prontissima voluntate scrivere et firmare visus sum vobis iohanni et marie iugalibus filio et norua nostra, filia vero pulchari de leone de pulcharo, hanc chartulam traditionis, pro eo quod ante hos annos recepi a te suprascripta maria norua mea auri solidos quinquaginta proprii tui, quos habuistis supra dotem, unde ego pargiavi pro devito nostro solidos viginti quattuor, et alii decem solidos exinde dedimus pro anima theodenande uxoris mee, et ipsi alii qui nobis exinde remanserunt, expedimus illis pro utilitatem nostram, et tando in ipsis diebus fecimus vobis exinde chartulam traditionis de mediam ipsam curtem mea quam habeo in cetaria, ubi proprio loco vocatur at ipso pallario, et posuimus vobis ibidem fines ipsius curtem et diximus, ut cunctis diebus vite mee ego michi eos frugiarem per ordinem et convenientiam, quantum et qualiter suprascripta chartula proclamat, et mensuria vobis exinde ibidem non posuimus, nisi tantum suprascriptos fines, et propter quod vobis predicta mensuria non posuimus; modo vero propria mea bona voluntatem perreximus supra ipsum locum et mensurare cepimus per suprascripte finis, et invenimus in ipso vineam, quam vobis exinde dedimus, in caput passi viginti duos, et in pedem alii viginti nobem et medium, et in media loca alii viginti quinque, et complente ista mensuria convenit inter me et te dedistis michi tu suprascriptus iohannes de proprium tuum solidos duos, et ego tivi de presentem iuncxi de mea causa super suprascripta mensuria in caput passi vero camisali sex, et in media loca alii quinque et in pede palmos quinque, et complevimus vobis tota predicta vinea, quam vobis dedimus, in caput et in pedem quam et in ambobus lateribus ana passi camisali triginta, et, qualiter suprascripte finis et mensuria salet, sic sallire vos vobis debeatis usque susu at aqua bersante, sicut suprascripta chartula proclamat; et licentiam habeatis vos et vestri heredes omni tempore cappilare et tollere vobis tanta ligna de ipse silbe mee da fico bona in susu, quanta et qualis vobis necessum sunt in suprascripta vinea tota; et si volueritis inter me et te sipalem pastinare et figere de sabucos, vestre sint potestatis, et ec nostra suprascripta traditio a die psesenti in vestra et de vestris heredibus sint potestatem habendi,

fruendi, possidendi, vindendi, donandi, seu commutandi liveram habeatis potestatem, sine omni nostra et de nostris heredibus contrarietatem aut requesitionem in perpetuum: insuper et ab omnem hominem nos et nostri heredes vobis et vestris heredibus suprascripta nostra traditiones antestare et defensare promittimus. Quod si minime vobis exinde fecerimus, centum byzanteos vobis componere promittimus, et ec chartula sit firma in perpetuum.

† Ego leo filius sergi de leone de constantino comite testis sum

† Ego iohannes filius nicete protospatharii testis sum

† Ego sergius filius gutti de leone de gutto testis sum

† Ego ursus scriva huius civitis amalfi hanc chartulam traditionis manu propria scripsi.

DCLXXI.

A. D. 1013.

† In nomine domini tricesimo secundo anno domni paldolfi gloriosus princeps, et vicesimo septimo anno principatus domni landolfi filii eius, et secundo anno principatus domni paldolfi filii supradicti domni landolfi gloriosi principis, mense december, duodecima indictione. Ideoque ego mulier nomine sikelgaita filia iaquinti iudici, et que sum uxor dilecti iudici qui et adelgardo dicitur, filius potelgardi, qui et dilecto vocabat, sicut mihi congruum est, vona etenim mea volumtatem ante presentia mari iudici et aliis idoneis ominibus per berbum et volumtatem supradicti viri mei, in cuius mundium sum, per anc cartulam donabit adque ad semper abendum confirmabit tibi iannaci castaldei filio ursi tota et inclitam omnem rebus mea, quod mihi abere pertinuit a pars iaquinti iudici qui fuit genitor meus, et da ipsa genetrice mea in loco beteri salernitane finibus, cum bice de viis et usu aquarum et omnibus a se pertinentibus funditum, ut dictum est, illut tibi donabit, securiter et firmiter amodo et semper tu et tuis eredibus predictam nostram donationem abendum cum omnis monimen exinde continentes, et omnia exinde faciendi quod volueritis, unde et in presentis pro eadem nostra donatione secundum legem launegilt a te inde recepimus mantellum unum in omnis deliberationem; de quibus ego nominata sikelgaita per consensum et voluntatem supradicti dilecti iudici vir meus, in cuius mundium sum, per vona combenientiam obligo me et meis eredibus amodo et semper antestandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta mea donatione da illis

ominibus et partibus, qui pro parte mea et de meis eredibus partibus vobis exinde emiserit quodcumque causationem; et si taliter illut vobis defensare non potuerimus, tunc, sicut in lex langnobardorum de donum et launegilt continet, ita ego et meis eredibus tibi tuique eredibus adimpleamus et persolbamus iustitia; et quando tu vel tuis eredibus de supradicta nostra donationem et de monimen inde continentem per vos ipsis volueritis essent autori, vice nostra licentiam et potestatem abeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter vultis cum omnibus rationibus; quod si taliter, quemammodum supra legitur, vobis non adimpleberimus, aut si ego vel meis eredibus quomodocumque per qualemcumque rationem quesierimus illut vel exinde tollere, aut contraret, seu remobere, aut si qualemcumque causationem vobis inde preposuerimus, prima omnia questio et causatio nostra et de nostris eredibus adbersus vos vestrosque eredes sint inde tacita et vacua, et per vonam combenientiam per voluntatem de iamdictus vir meus componere obligo me et meis eredibus, tibi tuique eredibus triginta auri solidos constantinos, et, ut supra legitur, semper vobis adimpleamus. Quod te gualfus subdiaconus et notarius scribere rogabit in abellino mense et indictione feliciter.

† Ego qui supra mari

† Ego rocci

† Ego mari.

DCLXXII.

A. D. 1014.

† In nomine domini vicesimo quinto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense ianuarius, duodecima indictione. Ideo nos mulier nomine senda filia quondam sellicti, relicta quondam iaquinti filii maghenolfi de locum floccanu [1]), et mari filius ipsius iaquinti et istius sende, quod ille in ea genuit, qui sumus amboque mater et filius, clarefacimus nos nominati mater filius comuniter abere rebus a pars supradicti iaquinti, qui fuit vir meaque sende et genitor meumque mari, pertinentes michi que supra mulieri per meum scriptum morgincahput, et michi qui supra mari est pertinentes per successio-

[1]) *Floccanu*, apud Nuceriam.

nem a pars ipsius genitori meo, et congruum est nobis comuniter exinde donare grimoaldi cognato et thio nostro una peciola de terra cum aliquantum pastenatum de iamdicto locum floccanum, ubi inserti da presbiter dicitur et ad caba vocatur. Et ideo, sicut nobis congruum est, bone etenim nostre voluntatis ante presentia mirandi iudici et alii testes per hanc cartulam unianimiter parique consensum, tamen ego que supra mulier per consensum et voluntatem istius mari filius meus, in cuius mundium me palamfacio subiacere, donamus adque ad semper habendum confirmavimus tibi qui supra grimoaldi cognato et thio nostro inclita ipsa nominata pecia de terra per hec finis et mensurie: a pars orientis fine via, inde sunt passi quadraginta: a pars meridie fine de consortibus vestris, sunt inde passi quinquaginta sex: ab occidente fine similiter de consortibus vestris, et inde sunt passi viginti hocto: a septemtrionis fine similiter fine nostra et de consortibus nostris, sunt inde passi alii quinquaginta, totum ad iusto passum homini mensuratum; hec vero predicta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie, cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua, illam tibi qui supra grimoaldi donavimus, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique heredibus, et cui cartula ista vice vestra in manum paruerit, eos abendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni contrarietate nostra, vel de nostris heredibus, aut cuiqua hominibus. Unde pro confirmandam et staviliscendam hanc nostram donationem iuxta legem launegilt a te exinde recepimus in comuniter nobem auri tari boni in omnis deliveratione, sicut inter nobis combenit; de qua nos supradicti senda et mari, mater et filius, unianimiter per bona combenientia guadia tibi qui supra grimoaldi dedimus, et mediatorem tibi posuimus petrus filius iaquinti presbiteri; et per ipsa guadia *etc. Sequitur consueta formula, statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum* : et taliter scribere rogavimus te iohannes clericus et notarius, hacto uius nucerie.

† ego qui supra mirandus iudex

† ego amatus

† ego machenolfus.

DCLXXIII.

A. D. 1014.

Huius instrumenti, penitus vetustate temporis erosi, summarium praebemus:

† Vicesimo quinto anno principatus Guaimarii, mense Ianuario, duodecima Indictione. Locatio unius agri cum arbustis vitatis, quem ecclesia Sancti Maximi tenebat Nuceriae, ubi *Faiana* dicitur, a Iaquinto diacono per iussionem Maionis presbyteri et abbatis eiusdem ecclesiae facta Grimoaldo filio quondam Ciceri ad medietatem vini in palmento, et de seminato ad terraticum iuxta consuetudinem ipsius loci.

Fines et mensurae haec sunt:

A pars meridie fine bia publica, sunt inde passi octo et medium: a pars occidentis sunt passi biginti unum; modicum rebolbente in ipsa pars occidentis passi sex minus palmi tres; rebolbente in pars sebtemtrionis passi biginti quadtuor et medium palmo unum: a pars sebtemtrionis passi decem et octo: a pars orientis usque in ipsa via priore fines sunt passi quinquaginta et medium ad iusto passum omnini mensuratum.

Finis textus:

Et unc brebem scripsi ego romoaldus notarius qui interfui. berumtamen. . . . . ad pars ipsius ecclesie annualiter palmentatica, sicut meruerit, et ego superius dictus romoaldus notarius subiunsit.

† ego maraldus notarius me subscripsi

† ego ioannes

† ego amatus.

DCLXXIV.

A. D. 1014.

† In nomine domini vicesimo sexto hanno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense martius, duodecima iudictione. memoratorium factum a nobis urso filio leoni et stephanus filio petri, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradiderunt nobis ad pastenandum alerisi et godini germanis filiis quondam adelgari una pecia

de terra campense, quod abunt in locum nuceria ubi tostacio vocatur, et proprio ad grotta aceprandi dicitur, per hec finis et mensurie. A pars septemtrionis fine via, inde passi quadraginta duo: ab occidente fine suaque germani, inde passi centum sidecim: a meridie similiter fine illorum, inde passi quinquaginta duo, sicut vadit per hore de iamdicta gripta que dicitur da aceprandu, sunt indeque ipsi quinquaginta duo: a pars orientis similiter fine illorum, sicut se coniungit ad ipsa via priore fine, sunt inde passi centum sidecim, totum ad iusto passum homini mensuratum; hec vero rebus per iamdicte finis et mensurie inclitum cum vice de via sua ipsi nominati alerisi et godeni nobis iamdicti stefani et ursi tradiderunt ad pastenandum arbustum tali ordine, ut amodo et semper ad nostram et de nostris heredibus sint potestatem, eos tenendum et dominandum, et fovee et omnis nostre utilitatis iuxta rationem ibidem faciamus, et faciamus ibidem seditum, et unus ex nobis vel filiis nostris ibidem abitemus et pastenemus eos arbores et vites de bono vitineo; sic namque, ut ad completi amodo quindecim annos nos autem et nostris heredibus habeamus in tota iamdicta tradictione per supradicte finis et mensurie perfectum arbustum vitatum, factum, operatum, cultatum iuxta consuetudinem ipsius loci, et sicut de tantos annos esse meruerit; et da inde in antea omni tempore annualiter aptis temporibus lavoremus et cultemus nos ipsa imadicta tradictio de super et de suptus iuxta consuetudinem de ipso locum, et, ubi meruerit, ibidem arbores et vites nos eos ibidem plantemus et propaginemus, sic itaque, ut annualiter bonum paread lavoratum et cultatum; et quantum vinum vel quitquit fruges amodo usque decem anni inde exierit, totum eos nobis abeamus nos et nostris heredibus, et nullam inde nobis tollant, nec illis, nec illorum eredes; et da ipsi decem anni in antea omni tempore per tempore vindemie annualiter faciamus illis vel eorum eredes scire, ut dirigant ibidem missum illorum, et nos totum ipsa tradictio apto tempore vindemiemus, et quantum vinum de tota ipsa tradictione exierint da ipsi decem anni in antea, omni tempore illis vel missum eorum tollant tertiam partem, et nos et nostris eredibus tollamus inde due sortis, et adsignet illis vel suis eredibus nobis nostrisque eredibus organeum ad cellarium, quod illis abuerint in plano uius nucerie, et nos annualiter conciemus et studiemus, sicut meruerit, et reponamus illum in ipso cellarium, et portemus nos ipsa eorum sortione de ipso vinum usque ipso cellarium salvum, et in ipsum organeum illut mittamus; et dum ipse missum eorum ibidem super ipsa vindemia fuerint ad procurandum ipsa sua sortionem, quod da nobis eorum evenerint, nos illum nutriamus secundum nostram possivilitatem, et demus ei palmentatica iuxta rationem; et de quod amodo et semper ibidem seminatum fuerint, demus inde eorum terraticum iuxta consuetudinem ipsius locis; si autem aliquando tempore nos vel nostris heredibus non voluerimus

aut non potuerimus ipsa iamdicta tradictio tenere et lavorare per iamdictum ordinem, tunc liceant nos et nostris heredibus inde exire cum casis et omnibus aliis nostris movilibus et yret cum eo ubi voluerimus, et tota ipsa iamdicta tradictio operata et cultata, qualis illo tempore meruerit, remittamus ipsorum germani et de illorum heredes, faciendum exinde omnia quod voluerint. Iterum, si aliquando tempore antequam illut eorum remiserimus, ut iam diximus, si propter iram senioris fugiendi vel pro qualivet causa de hac terra exierimus, inclita ipsa tradictio revertat ad potestatem ipsorum germani vel de illorum heredes tali ordine, ut si infra tres anni hic in anc terra redierimus ad abitandum, inclitum ad nostra vel de nostris heredibus perveniat potestatis, at tenendum et lavorandum illut per iamdicto ordine. Unde per bona combenientia guadia nobis ipsi germani dederunt, et mediatores nobis posuerunt maraldus filius amoniti et madelmus nepotem eius filium madelmi; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa viginti solidorum auri Constantini.* Et unc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

† Ego godeni

† Ego romoaldus.

DCLXXV.

A. D. 1014.

† In nomine domini anno bicesimo sexto principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense aprelis, duodecima indictione. Ideoque ego falco filius quondam orriti declaro, quoniam a gravissima infirmitate corpori meo sum depreensum, unde bitam finire spero, set tamen aduc legitima abeo tota mente et recte loquere possum; cogitabi enim umana fragilitas et oc mundum instabile, ne subito die mortis mihi ebenerit et ne rebus et causa mea iniudicatam relinquat, palamfacio quoram subscripto notario et alii testes, quia abeo una filia nomine maria, que in casa mea in capillo relinquo, et alio filio meo masculino nomine iohannes qui est clericus, et mari cognato meus que per firma cartula de antea affiliabi in omnibus rebus et causa mea stabile et mobile talem sortionem, quale et ipse iohannes clericus filio meus, quia per unc scriptum testamenti iudico et statuo, et in manum illut committo ferrandi filio quondam romoaldi et iaquinti presbiteri filio mastali presbiteri, ut si me mors preoccupaberit, tortora uxor mea abeat et deteneat sue potestatis a super suum morgincab de omni rebus et causa mea stabile et movile ususfruendi no-

mine, qualiter per legem relinquere et iudicare possum, et de ipso frudium faciendum quod voluerit; et potestatem abeat ipsa uxor mea diebus vite sue inclita casa mea, ubi ego et ipsa uxor mea residenti sumus in locum casolla [1]), et medietatem de inclita casa mea de intus ipso castellum in iamdicte case residere et abitare, et sue utilitatis iusta rationem ibidem facere; si autem nubserit, seu mortua fuerit, scepto ipsa sua quarta, inclita ipsa rebus et ipse case stavile et movile, quod pro vibendum tenuerit, redeant ad potestate ipsius iohanni clerici et ipsius mari filio et affiliato meus, dividendum inter se equaliter illis et illorum eredes, et ipsa omnis alia rebus mea stavile et movile similiter ebeniat ad potestate ipsius iohanni clerici et ipsius mari et ad illorum eredes, dividendum illis inter se, sicut supradiximus, et faciendum inde omnia quod voluerit, et ipse iohannes clericus filio meus abeat sue potestatis una iumenta abente piloscaciu [2]), et faciendum inde omnia quod voluerint, et deat ipse iohannes clericus in manum ipsius ferrandi et iaquinti presbiteri duodecim auri tari, et ipse iohannes clericus et ipso mari tollant de mea causa movilia per appretiatum octo auri tari voni in manum ipsorum ferrandi et iaquinti presbiteri, ut compleant se toti supradicti tari pro meis salutis anime biginti, et de ipsi tari deant duo auri tari in congregatione sancte marie plevis nucerie, et ipsi decem et octo auri tari quod inde remanserit, distribuant illis pro meis salutis anime, et faciant mihi sebtima, et trentuale, et centum dies, et annuale, et sicut eorum deus melius inspiraberit. Seu et iudico, ut ipsa maria filia mea, usque dum benerit sivi maritum copulandum, ipsi iohannes clericus et mari, vel illorum eredes, illam notrire et bestire et calciare, sicut meruerit et eorum fuerit possivilitate; et quando ipsa maria ipsi iohannes clericus et mari nubta tradiderint ad parens noster, deant illis ad ipsa maria de causa sua mobilia scirfa [3]) et pannos et rame, sicuti alter parens noster dederit ad filia sua, ut bonus pareat; et si ipsa maria sorore illorum, sicut diximus, dotare non boluerint illis vel illorum eredes, quia iudico, ut a presentis tollat ipsa maria filia nostra de omnis rebus causa nostra stavile et mobile inclita sortione, qualiter per legem ominibus langobardi iudicare et relinquere potet ad una filia femina, qui in capillo relinquent. Seu et

---

[1]) *Casolla*, vicus apud Nuceriam.

[2]) *piloscaciu*, idest pullus equinus: intelligitur ea aetate, qua mutat pilos nativitatis. (Deest in Du Cange).

[3]) *scirfa* vel *scirpha*, idem ac palea. Hic usurpatur pro stramento tori.

iudico, ut ipse iohannes clericus filio meus abeat et deteneat sue potestatis omnes sua parata et conquisita quod modo abet, et faciat inde omnia quod voluerit; et si ipse mari aliquit conquisitum abet, similiter securiter illut abeat sivi, et faciat inde omnia quod boluerit. Quod si taliter omnia, quomodo et qualiter superius iudicavi, aliquit inde eredes meas contradixerint, et talia non adimpleverint, et eos remobere boluerint, tunc per vona comvenientia obligo eredes meas ad componendum ad illi ominibus, cui unc scriptum testamenti in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos, et sicut et qualiter superius disposui et iudicavi, omni tempore firmum et stabilem permanead in iamdicta ratione, et taliter scribere rogavimus te romoaldus notarius, actum nuceria

† ego qui supra truppoaldus presbiter at abbas

† ego stefanus presbiter

† ego lando presbiter.

DCLXXVI.

A. D. 1014.

† In nomine domini vicesimo sexto anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense abbrelis, tertia decima [1]) indictione. ideoque ego iohanne domini gratia abbas monasterii sancti michaelis archangeli, qui in lucaniense finibus situm est, declaro, quia pars nostri monasterii plures abet ereditates maxime bacive, et congruum mihi est exinde dare una pecia de terra bacuum ad pastinandum binea et salices, seu et alia poma, ad georgi filium stefani qui fuit natibus de calabria, ubi modo residet ipso casale supra ipso molinello, qui est rebus vestri monasterii; unde pro firmam stavilitatem perreximus ante idoneis subscripti testes, et de sicut nobis congruum est, vona etenim bona bolumtatem et per largietatem domni mansoni inclitus castaldus per anc quoque videlicet cartulam tradidimus tivi supradicto georgi ipsa predicta pecia de terra, que est propria rebus vestri monasterii, ut liceat te et tuis eredibus in ipsa terra residere, si bolueritis, et pastinare, et fobee et omnis vestre utilitatis ibidem facere, et de quantum binum et frudium amodo et usque septem anni completi inde tollere et abere potueritis, totum et a funditus vestra

[1]) Rectius *duodecima*.

et de vestris eredibus sit potestati; completi vero ipsi supradicti septem anni tu quidem georgi et tuis eredibus abeatis tota ipsa clusa pastinata, et operata, et bene conciata de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, et detis annualiter natu nascente tertiam partem de ipso bino et frudium ad pars nostri monasterii, de quantum exinde tollere et abere potueritis, et nos vobis illut defensemus inclitum da omnis omines ab omnique partibus, cum introitu, et exitu, et cum bice de bia sua, et cum omnia infra se abentibus; quod si illut in supradicto ordine nos et nostris successoribus et pars nostri monasterii inclitum tivi georgi et ad tuis eredibus inclitum non defensaberimus, et retornare seu remobere illut quesierimus, aut forsitans vobis vel exinde ante ipsi supradicti septem anni aliquit tollere aut contrare quesierimns, et quodcumque causationis adbersus bos exinde emiserimus per vos ipsos, aut per summissam vestram, ideo ante omnia et per vonam combenientiam obligo me qui supradictus iohanne domini gratia abbas, et nostris successoribus, et pars nostri monasterii, componere tivi georgi et ad tuis eredibus, et cui scripto isto bice vestra in manu paruerit, quinquaginta aurei solidi constantini. Nam, si de ac terra exire bolueritis, totum et a funditus ipsa predicta rebus absque pretio rebertat ad pars nostri monasterii, excepto ipsa mobilia, licentiam abeatis exinde tollere et facere exinde que bolueritis: preter ipso palmento et ipsa casa relinquatis in nostro monasterio; et quando vos vel vestris eredibus in ac terra rebersi fueritis, cum quale edificium illut usque in tres anni inveneritis, iterum illut recolligatis et teneatis, sicut superius dictum est; nam si supra tres anni steteritis et in ista terra non parueritis, ipsa predicta rebus sit in potestate predicti monasterii; unde guadia tivi georgi dare fecimus ipsum nostrum prepositum, et mediatorem exinde tivi georgi dare fecimus ipsum predictum nostrum, et mediatorem exinde tivi posuimus sergi surrentini filium iohanni surrentini, et per omnem annum detis ad pars nostri monasterii terratico quadtuor modiola de grano et uno tari dato, et serbitio faciatis in nostro monasterio, sicut semper usi fuistis facere, et taliter scripsi ego roffrit presbiter et notarius, actus lucanie, qui interfui.

† ego disiio presbiter

† ego iohannes cusentinus testes.

DCLXXVII.

A. D. 1014.

† In nomine domini bicesimo sexto anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, mense iulius, duodecima indictione. memoratorium factu a nobis maghenolfus presbiter et petrus clericus, eo quod ante presentia maioni presbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, et ante eius presentia astantibus subscripti testes, per bona combenientia per iussionem ipsius abbati, una nobiscum adesset petrus comes qui est unum de dominii ipsius ecclesie, tradidimus rodelgrimi filio maraldi una pecia de terra cum arbusto, et abellanietum cum aliquanti castanei, quod pars ipsius ecclesie abet in locum muntoru, ubi cirione dicitur, quod nos in beneficium tenemus da pars ipsius per ec finis et mensuria: de ex omni pars coniuntum est cum fine ipsius ecclesie; latitudo est de una pars quod est da meridie, passi biginti octo; longitudo de una pars quod est ab oriente, passi septuaginta duo; de super capite latitudo passi biginti sex; de alio latere passi septuaginta octo, totum ad iusto passum omini mensuratum; ec vero rebus per iamdicte finis et mensurie tota et inclita cum omnia intro se abentibus et cum bice de bia sua inclitum illut ei ad tenendum et laborandum tradidimus, tali ordine, ut amodo et semper sue potestatis illut tenere et dominare, et fobeas et omnis sua utilitate ibidem facere ille et suos eredes, et omni tempore rebus ipsa, ubi meruerit, clusam aberent, et, ubi meruerit, infra tota ipsa rebus arbores et bites plantarent et abellane, et annualiter acto tempore tota rebus ipsa laborarent et cultarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiad et non disperead, et per tempore ipso abellanietum colligerent, et tertiam partem de ipse abellane secche nobis vel in pars ipsius ecclesie inde dare, et sibi exinde abere due sortis; et per tempore de bindemie ille et suos eredes faciad nos vel pars ipsius ecclesie scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis totum ipso arbustum bindemiarent, et omnis binum et poma que ibidem sunt, in tertiam partem per tempore ibique ad palmentum dibidamus: nos vel pars ipsius ecclesie tollamus exinde tertiam partem, et illis due sortis; et ipsa nostra sortione de ipso binum illis eos ibidem reponere in organeum, quem nos eis ibidem adsingnaberimus, per illis conciatum ipso organeum et repositum in domus sua, et salbum illut nobis faciad absque degeneratione et ingne, donec illut inde tulerimus, et nos, seu missum ipsius ecclesie, quem ibidem direxerimus, illis nos notrire secundum illorum possibilitatem, dum pro ipse bindemie ibidem steterimus, et deant no-

bis palmentateca secundum consuetudinem de ipso locum. Seu et terraticum nobis vel in pars ipsius ecclesie omni tempore illis nobis deant, de quod ibidem seminaberint, annualiter secundum consuetudinem de ipso locum; et dum ibidem ipsi castanei fuerit, castanee quem inde collexerint, deant exinde nobis vel in pars ipsius ecclesie annualiter tertiam partem de secche, et, sicut diximus, infra tota rebus ipsa, ubi meruerit, totum eos pastenare arbustum, et, ubi meruerit, plantarent abellanietum; sic, ut ad completi amodo octo anni siant et abeant illut surtum et operatum, sicut decet de tantos annos, et ille et suos eredes omni tempore teneant illut omni tempore in suprascripta ratione et salbos illos faciant; et a quo da ipsi octo anni in antea, si illut laborare et tenere non boluerint, inclitum illut laboratum et clusum remittere ad potestate ipsius ecclesie, et licead ille et suos eredes inde exire cum omnis sua causa et ire, ubi boluerint; et si de ac terra salernitana exierint pro quacumque causa et infra tres anni rebersi non fuerit, siant in potestate predicte ecclesie; et si infra ipsi tres anni rebersi fuerit et boluerint illut tenere in supradicto ordine, totum eos recolligere ad tenendum omni tempore in supradicta ratione: tantum ipso annum quod redierint, si illut laboratum fuerit, licead ille qui eos laboraberint, inde tollere omnis frugens. Unde in eo ordine per bona combenientia per absolutionem de ipso abbate guadia nobis ipse rodelgrimus dedi, et mediatorem nobis posuit iohannes filius amati; et per ipsa guadia obligabit se et suos eredes, ut si omnia suprascripta per supradicto ordine nobis vel in pars ipsius ecclesie non adinpleberit, et aliquit exinde remobere aut contrare quesierit, per bona combenientia per ipsa guadia obligabit se suosque eredes ad componendum nobis, vel in pars ipsius ecclesie triginta auri solidos constantinos. Verumtamen memoramus, quia de quantum binum et abellane amodo et semper annualiter de tota rebus exierint, dare nobis vel in pars ipsius ecclesie ibique, quando meruerit, tertiam partem in illa ratione que superius diximus , et due sortis sibi abere per supradicta guadia et obligata pena, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego alderissi notarius me subscripsi

† Ego romoaldus me subscribsi.

DCLXXVIII.

A. D. 1014.

† In nomine domini anno bicesimo sexto principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense agustus, duodecima indictione. Ideoque ego ademari filius quondam ursi clarefacio, quoniam per successione mihi pertinentes abere rebus cum arbustis et terris bacibe, et castanieta et quertieta in monte et in plano per totum comitatu nuceria, quod commune abeo cum germani mei et alii consortibus meis, et congruum est mihi illut benumdare sesami et licti germani filii quondam licti; et Ideo, sicut mihi congruum est, mea vona bolumtate in eodem loco nuceria ante presentia miri et mirandi iudicibus per anc cartulam benumdedit vobis nominati sesami et licti inclita omnis rebus mea stavile, quod mihi pertinet abere per successione per iamdictorum comitatu nuceria, ubicumque de mea sortione per iamdictum locum nuceria, et per eadem pertinentia cum sortione nostra de omnis monimen inde de ipsis rebus pertinentes: sceptuabimus inde sortione mea de uno ortale quod retinet simeone filius adelermi, et inclita ipsa pastenatione quod abemus da nubili ominibus, quod mihi reserbo ad mea potestate; nam ipso aliut, ut diximus, qualiter mihi fuit et est, vel fuerit pertinentes per tota fines et pertinentia uius nucerie per gradum successionis, qui sunt terris cum arbustis, terris bacibe, castanieta, quertieta, campis, silbis, in montibus quam et in planis, cultum vel incultum, cum finis et viis suis, et cum omnia intro se abentibus, vobis nominati sesami et licti cum sortione nostra de monimen inde continente benumdedimus. Unde nullam mihi, nec quarta uxori mee, nec cuiqua ominibus, vel in quavis partibus, nichil inde restitit, aut dicimus remanere sortione, set, sicut diximus, inclitum illut vovis benumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, eos abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, aut cuiqua ominibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmanda et staviliscendam anc nostram vindictionem, a presentis recepimus a bos nominati germani auri tari voni numerum triginta in omnis deliveratione, sicut inter nos comvenit, de qua ego supradictus ademari per bona comvenientia guadia vobis nominati sesami et licti dedit, et mediatorem vobis posuit meipsum; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum.* berumtamen et maraldus filio meus abet parata in eodem loco nuceria sortione qui fuit sellicti germanus meus, illut mihi reserbo; nam omnia aliut,

quomodo et qualiter superius vobis benumdedit, inclita omnis supradicta sortione mea per illa ratione, qualiter superius legitur, illut abeatis et faciatis omnia quod volueritis, per supradicta guadia et obligata pena; et fecimus exinde scribere due cartule per uno tinore: ista remisimus vestre potestatis, alia tale simile retinemus nostre potestatis, ut in aliis modis non siat commutate aut exemplate, et taliter scribere rogavimus te romoaldus notarius in actum uius nuceria.

† ego qui supra miro iudex

† Ego qui supra mirandus iudex.

DCLXXIX.

A. D. 1014.

† In nomine domini domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitio, quinquagesimo hoctabo anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense agusto, duodecima indictione. Ideoque ego vir nomine adelmanno filius quondam iohanni, qui sum commorantes intus cibitate luceria, clarefacio enim, quia pertinentem michi abeo una casa edificiatam clausam et cohopertam intus in anc predicta cibitate luceria, quam ante hos annos emptam illam abeo a berto filio quondam (*deest nomen*), sicut ipsum nostrum continet brebe, qui isdicta casa mihi bindere congruum est, et mea congruitate ex isdem perficiendam. Quam et ego mulier nomine maria, que sum uxor eius et filia quondam iohanni declaro enim, quia in die copulationis nostre de omnibus rebus et facultatibus suis quartam partem michi emisit per suum scriptum murgincab ab illo michi firmatum. Set audientes nos ea que in edicti capitulo continet, quod mulier sine notitia iudicis, aut sine consensu parentum suorum, vel illi in cuius mundio fuerit, de rebus suis nichil stabile facere poterit, pro hoc hobsecrare cepi eundem vir meus, quam et benedictus et petro veri germani mei et filii supradicti iohanni genitori mei, qui sunt mundoalt seu consentientibus meis, ut michi predicte mulieri iusta legem fieret consentientes, at illi michi consentientes fuerunt. Interea una cum ipsis et cum eodem vir meus presentia hottoni iudicis et aliis nobiliores hominibus, qui hic subter conscripti sunt, et hanc causam eis per hordinem intimabimus, atque ipso predicto iudici obsecrabimus, ut michi predicte mulieri iusta eadem legem preberet licentiam vindendi. Predictus iudex, dum hoc audisset, cepit me diligenter inquirere, ne forte ab ipso viro

meo, aut a quabis hominem aliqua pateret violentia. Ego vero vona mea indicabi esse volumptate absque ulla biolentia. Predictus iudex, dum absque ulla violentia nos esse conspexisset, et vona mea agnobisset volumptate, ideo michi firmam vindendi tribuit licentia. Per accepta namque licentiam ab eodem iudice, et iusta legem michi consentiente ipse vir meus quam et iamdictis parentibus atque consentientibus meis, qui una nobiscum manum imposuerunt, sic nobis congruum et abtum esse videtur, vona etenim nostra volumptate per hanc quoque videlicet cartulam vindedimus tibi amelfrit filio ragengnardi integram et funditus ipsa iamdicta casa que abet fines. De prima pars quod est a sciricindio [1]) et fine ipsa platea ante eodem casa, inde sunt infra capsu ad iustum mensuratum hominis mediocris persona, qualiter in ista cartula consingnantum est, numero pedes triginta tribus et una planta manus: De secunda namque pars, quod est ab ipsa palumbola et fine ipso casile ascari et cotunei filii adelgrimi, inde sunt infra cabsum pedes sedecim et semmisse et planta manus: De tertia vero pars, quod est a media trasenda et fine ipsa casa iaspidi filii dardani, inde infra cabsu pedes triginta tribus: De quarta autem pars, quod est ab ipsa trasenda puplica et fine ipsa casa madelperti clerici filii iaquinti, inde sunt infra cabsum usque in prioras fines pedes decem et septem et semmisse. Inter iste namque finis et mensure, que superius cernitur et legitur, de fine in finem, quantum infra claustrum est de ex eodem casa, unde nec nobis, nec ad eredibus nostris, neque ad nullum quempiam hominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi. Set, qualiter edificiata est, eadem casa una cum sedimine, solo, tecto, et parietibus, et sciricindia, et andita sua, et cum legitima ingressa et regressa sua, et cum inferius et superiusque suis, et cum suis omnibus pertinentiis integra, velut prelegitur, venumdedimus tibi cuiusdicto emptori nostro possidendum. De quo pro constabiliscendam tibi atque confirmandam hanc nostra binditione manifesti sumus, quod a presentem recepimus a te predictum emptorem nostrum septem aurei solidi constantini: finitum est enim, Ea videlicet ratione, ut amodo et semper eadem nostra vinditione integra, velut prelegitur, abere et possidere baleatis, et faciatis exinde quemammodum tibi vel at tuis eredibus placuerit, sine nostra et de nostris eredibus requisitionem. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus iohanne filium andree, et obligamus nos et nostros eredes vobis cuiusdicto emptori nostro et at tuis obligamus heredibus, ut anc nostra vinditione integra, velut prelegitur, nos vobis ab omnibus hominibus antistare et de-

---

[1]) *sciricindium*, seu *stericidium* valet *stillicidium*, quod est gutta: dicebatur ad definiendos limites vel agros.

fendere debeamus. Quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quobis ingenium hanc nostram vinditionem vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio nostra inanis et tacita sint, et decem aurei solidi constantini nos et nostros eredes vobis cuiusdicto emptori nostro vestrisque eredibus componere obligamus, et in antea taciti et confusi maneamus per invitis per supradicta guadia et iamdictum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pingnerandum omnia pingnera sua legitima et inlegitima tampdiu, donec per invitis adimpleamus vobis iusta uius textum cartule. Quem te deusdede diaconum et notarium han cartulam nostre binditionis hasscribere rogabimus actum in civitate luceria, Qui et interfui, Mense et indictione superscripsi feliciter.

† Ego qui supra otto iudice

† Ego poto teste

† Ego agelfrid.

DCLXXX.

A. D. 1014.

† In nomine domini bicesimo sexto anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense nobember, tertiadecima indictione. memoratorium factu a me maio presbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia, una mecum adesset roderisius notarius adbocatorem ipsius ecclesie, tradidimus roffrid, et petri, et rodelgrimi, et amati germani filii quondam maraldi de locum muntoru, pro bice sua et pro bice accepti et ursi germanibus illorum, rebus pertinentem ipsius ecclesie de ipso locum muntoru, ubi cirione dicitur, finibus rotensis, qui est terra cum castanietum et bacuum per ec finis et mensuria: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, sunt inde passos quadraginta sex: a pars septemtrionis similiter fine eidem ecclesie, et inde passos nonaginta octo: a pars occidentis fine similiter eiusdem ecclesie et modicum tange in bia, inde sunt passi quadraginta: a pars meridie fine eidem ecclesie, indeque passos nonaginta septem, totum mensuratum ad iusto passum omini; ec vero supradicta rebus per supradicte finis et mensurie inclitum illut ego una cum ipso adbocatorem illorum ad tenendum et pastenandum arbores et bites de bono bitineo tradidimus, in tali ordine, ut amodo et semper illis et suis eredibus inclitum illut sue potestatis tenere et dominare, et ipsi castanei inde asciderent, et fobee et omnis sue utilitatis facerent ibidem, et eos totum plantarent arbores et bites de bono bitineo, et omni tempore amodo illut clusum aberent; et quantum binum et bictum, quem amodo et usque completi octo anni inde tollere vel abere potuerit, totum illut sibi abe-

rent, faciendum que boluerint; et da completi ipsi octo anni in antea omni tempore illis et suis eredibus, et ipsi germanibus illorum et illorum eredes rebus ipsa sue potestatis tenere et dominare, et abtis temporibus rebus ipsa de super et de subter laboraret et cultaret, sicut locus ipse meruerit, ut proficiad et non dispeream, et annualiter, quando meruerit, ut proficiad et non dispeream, et annualiter, quando meruerit, rebus ipsa bindemiarent; et per tempore de bindemie faciad nos vel pars ipsius ecclesie scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et totum ipso binum, quem annualiter inde exierit, ibique ad palmentum et poma exinde, quando meruerit, in tertiam partem illut inter se dibiderent: missus noster tollad inde tertiam partem, et illis due sortis; et ibique pars ipsius ecclesie illorum adsingnaret organea da binum, et illis annualiter, quando meruerit, organea ipsa conciarent et studiarent, sicut meruerit, et reponerent illam subtus reditum suum indeque ubi abitaberit, et sortionem ipsius ecclesie de ipso binum ibidem mitterent, et salbum illum faciad, donec pars ipsius ecclesie illut inde tulerit, absque degeneratione et ingne: et dum ibidem annualiter steterint missum ipsius ecclesie pro ipse bindemie reponendum, illis autem eum notrirent secundum illorum possibilitatem, et per omnis annum de bindemie pro palmentaticum darent in pars ipsius ecclesie unum parium de pullos boni; et amodo et semper, donec ibidem fuerit, de ipso castanietum per omnis annum ille colligerent et tertiam partem de ipse castanee secche deant et adsignarent ad missum ipsius ecclesie; et de quod amodo et semper annualiter in ipsa rebus seminaberi, deant inde in pars ipsius ecclesie annualiter terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et ad completi amodo duodecim anni illis et suis eredibus aberent in tota ipsa rebus infra supradicte finis et mensurie arbustum factum bitatum, et ubi meruerit, pomis totum bonum, surtum, operatum, et laboratum, et clusum, sicut de tantos annos meruerit et loci illius consuetudo, ut bene paread factum, et, sicut dictum est, omni tempore illis et suis eredibus et ipsi germani sui et illorum eredes rebus ipsa in suprascripto ordine tenere et laborarent; et quale tempore da completi ipsi duodecim anni in antea illis et suis eredibus rebus ipsa tenere et laborare non boluerint in suprascripta ratione, tunc inclitum illut bonum laboratum et clusum remittere ad potestate predicte ecclesie, et per bona combenientia guadia michi et ad predicto adbocatorem dederunt pro bice sua et de ipsi germani sui, et mediatorem nobis posuerunt nibo de ipso locum muntoru filium quondam iaquinti; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa triginta solidorum auri Constantini*, et hunc brebem scripsi ego ademari notarius qui interfui.

† Ego iaquintus

† Ego Iaquintus notarius me subscripsi.

DCLXXXI.

A. D. 1014.

† In nomine domini dei salvatoris ihesu christi temporibus domni sergii gloriosi ducis et imperialis patricii anno tertiodecimo, et primo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die vicesima secunda mensis nobembrii, indictione tertiadecima, amalfi. Certum est me sergius domini gratia presbiter et abbas monasterii beate et gloriose dei semperque genitricis marie et beato benedicto confessores qui dedicatum est in ercli, per absolutionem vero suprascripte gloriose potestatis, et una mecum astantibus cuncta nostra congregationem suprascripti nostri monasterii, cum eorum consensum et voluntate a presenti die prontissima voluntate scrivere et firmare visi sumus vobis domno sergio filio domni iohannis de maurone comite hanc chartulam ordinis seu combenientie, quod vobiscum fecimus, eo quod ante os annos venumdederat domnus leo presbiter et abbas suprascripti monasterii per chartulam at suprascripto domno iohanni genitori vestri quarta pars de omnia cum omnibus, quantum abuit ipse suprascriptus monasterius a medio flumen de cetaria indat partem orientem usque ad finem vestra de fonti; modo vero per ipsa suprascripta combenientiam dedimus et tradidimus vobis at transactum pro ipsa suprascripta compara [1]) suprascripti vestri genitori omnia cum omnibus, quantum abuit ipse predictus monasterius ab ipsa cripta de supra cetaria usque ad predictam finem vestram de fonti, ut omni tempore siat ipsa finis inter causa suprascripti monasterii et causa vestra, sicut salet ipsa cripta de supra ipsa cripta de ipsa plaia de citaria, in susu indat parte septemtrionis per ipsa predicta cripta, in quantum nostra pertinentia est; ut iam neque nos, neque posteris nostri successoris abeamus potestate transire ipsa predicta cripta, in iusum indat causa suprascripti monasterii, per nullam occasionem in perpetuum, et ipsa predicta cripta de ipsa predicta plaia de citaria siat omni tempore vestra et de vestris heredibus, quia dedimus vobis illa per suprascripta combenientia, et firmavimus vobis exinde hanc plenariam securitatem in omnem deliberationem et in omnem decisitionem, ut si quolibet tempore per quobis modum vel ingenium, sive nos, vel nostri posteris successoris, aut per summissam persona, vobis vel at vestris heredibus, a supra ipsa predicta

---

[1]) *compara* ex italica voce *compra*: emptio.

cripta transire presumserimus, aut ipsa predicta cripta vobis vel at vestris heredibus tollere voluerimus, componere promittimus nos et nostri posteri successoris vobis et at vestris heredibus auri solidi centum bitiantei, et hec chartula sit firma in perpetuum. Solummodo reclaramus, ut si perdideritis vos vel vestris heredibus aliquod de ipsa predicta hereditatem, quam vobis modo dedimus, redire vobis debeatis at ipsa predicta compara suprascripti vestri genitoris.

† ego iohannes filius nicete protospatharii testis sum

† Εγο μιλελιτος μαλιου προϐχυρω [1])

† (*Ego milelitus malii testor*)

† Ego sergius filius constantini filius leone de constantino comite testis sum

† Ego iohannes scriva filius pulcari scripsi.

DCLXXXII.

D. A. 1014.

† In nomine domini vicesimo sexto hanno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, mense december, tertiadecima indictione. Ideoque nos mulier nomine senda filia selicti relicta iaquinti filii machenolfi, et mari filius ipsorum iaquinti, et senda clarefacimus comuniter abere una pecia de terra nostra cum arbustis vitatis, ubi ad catamaurici dicitur, cum grimoaldus cognatum et thio nostrum per hec finis et mensurie: a pars occidentis fine via, sunt inde passi viginti et medium: a septemtrionis fine de consortibus nostris, sunt inde passi quinquaginta unum: ab oriente fine nostraque mater et filium, sunt indeque passi viginti unum: a meridie fine similiter de consortibus nostris, sunt inde passi alii quinquaginta unum, totum ad iusto passum homini mensuratum; de hec vero pecia de terra per iamdicte finis et mensurie nobis qui supra mater et filium inde est pertinentes medietatem, et ipsius grimoaldi similiter medietatem; et congruum est nobis ipsa nostra medietate donare ipsius grimoaldi cognatum et thio nostrum. Et ideo, sicut nobis congruum est, bone nostre voluntatis, tamen ego nominate mulier per consensum et voluntatem ipsius mari filius meus, in cuius mundium me subiacere palamfacio, ante pre-

---

[1]) Vide fac-simile in fine Vol.

sentia mirandi iudici et alii testes per hanc cartulam nos supradicti mater et filius donamus adque ad semper habendum confirmavimus tibi qui supra grimoaldi cognatum et thio nostrum filium garofali tota et inclita ipsa nostra medietate de ipsa pecia de terra per supradicte finis et mensurie, cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique heredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, eos habendum, possidendum, dominandum, omnia exinde faciendum quod volueritis. Unde pro hoc donum vobis confirmandum iuxta legem launegilt a te exinde recepimus duodecim auri tari boni in omnis deliveratione, sicut inter nobis combenit; de qua nos supradicti senda et mari bone nostre voluntatis guadia tibi supradicto grimoaldi dedimus, et mediatorem tibi posuimus gaudiosus filius gualperti ; tamen ipse gaudiosus est filius ursi gualperti; et per ipsa guadia *etc. Statuta multa triginta auri solidorum constantinianorum*. Et taliter scribere rogavimus te iohannes clericus et notarius, hacto uius nucerie.

† Ego qui supra mirandus iudex

† Ego amatus.

DCLXXXIII.

A. D. 1015.

† In nomine domini bicesimo sexto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, mense ianuarius, tertiadecima indictione. Memoratorium factum a me falco filio alexandri, eo quod ante presentia romoaldi iudici et alii testes per bona combenientiam tradidit michi ad tenendum et laborandum maio filio domnelli una pecia de terra cum arbusto bitatum, quod abuit in locum solofre, ubi proprio ad cerbitu dicitur, rotense finibus, qui est per ec finis et mensurie: da partibus orientis fine de eredes sparani, sicut termiti ficti sunt et sepe discernit, sunt inde passi quadraginta: da partibus meridie fine unde olim biti fuit, qui erga ipso ribus descendit, sunt inde passi centum biginti: da partibus occidentis fine bia puplica, sunt inde passi triginta duo: da partibus septemtrionalis fine sortione ciceri et aurie uxoris sue, que fuit filia iaquinti presbiteri, sicut termiti ficti sunt, inde sunt passi nonaginta quinque et pedem unum; et rebolbente per ipsa fine in partibus meridie passi duo; et iterum rebolbente in partibus orientis per fine ipsorum nominati vir et uxor, sicut termiti ficti sunt, et coniungentes in priore fine sunt inde passi

sex minus pedem unum, totum ad iusto passum ominis mensuratum; ec bero rebus per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut michi ad tenendum et laborandum tradidit, tali ordinem, ut amodo et omni tempore liceat me et meis eredibus inclita rebus ipsa per iamdicte finis et mensurie nostre potestatis tenere et laborare, et fobeas et omnis nostra utilitatem per rationem ibidem facere, et acto tempore arbusto ipso potemus, propaginemus, et cultemus de super et de supter, et, ubi meruerit, arbores et bites ibidem plantemus, et totum eos laboremus et cultemus, sicut locus ipse meruerit, ut proficiat et ad ultamentum [1]) perbeniat, et totum bene pareat laboratum et cultatum, et acto tempore arbusto ipso bindemiemus; et per tempore de bindemie faciamus scire ipsum maio et eius eredes pro ipsa sua sortionem de ipso binum recipiendum, et quantum binum inde fecerimus, totum illut dibidere nobiscum et cum nostris eredibus ibidem in ipso locum ad palmentum per medium: nos et nostris eredibus tollamus inde inclita medietatem, et ille et suos eredes tollat ipsa alia medietatem, et ille et suos eredes dare nobis organea, ubi ipsa eius sortione de ipso binum reponere possamus, et nos et nostris eredibus organea ipsa conciemus, sicut meruerit, et reponamus eos in casa nostra quod ibi abuerimus, et ipsa eius sortione de ipso binum ibidem mittere et salbum illut faciamus per omnes bices, usque dum direxerit ille et eius eredes, et illut exinde tollere faciat, scepto degeneratione puplica et de igne et de mures; et, donec ibidem steterit ipse omo, quod ille et eius eredes ibidem dirigit pro ipsa eius sortionem de ipso binum recepiendum, ut nos et nostris eredibus illum nutricemus secundum nostram possibilitatem, et quante noci et pera inde collexerimus annualiter, demus ei inde medietatem, et medietatem nobis abeamus, et de que annualiter in ipsa rebus seminaberimus, demus ei inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; unde per bona combenientiam guadia michi ipse maio dedit et mediatorem michi posuit sillicto filium andree; et per eadem guadia obligabit se et suos eredes amodo et omni tempore defensare michi meique eredibus inclita rebus ipsa per iamdicte finis et mensurie cum bice de bia sua da omnis omines omnique partibus, et illut nobis tollere aut contrare non querat; et quale tempore nos aut nostris eredibus rebus ipsa tenere et laborare noluerimus, liceat nos et nostris eredibus inde exire cum omnis nostru iusto conquisitum, et inclita rebus ipsa per iamdicte finis et mensurie rebertas ad potestate ipsius maioni et de eius eredes, et nos et nostris eredibus nulla sortionem inde tollere queramus: tantum rebus ipsa laborata et cultatam

---

[1]) *ad ultamentum perbeniat*, idest, *omnes terrae labores ex omni parte perficiantur.*

rebertas ad potestates ipsius maioni et de eius eredes. Iterum, et si nos aut nostris eredibus de ac terra exierimus pro qualibet occasione et in alia ad abitandum perrexerimus, ut inclita rebus ipsa rebertas ad potestates ipsius maioni et de eius eredes; et si infra tres anni nos aut nostris eredibus in ac terra rebersi fuerimus ad abitandum, ut inclita rebus ipsa per iamdicte finis et mensurie rebertas ad potestates nostra et de nostris eredibus, illut abendum in supradicto ordinem, scepto frudium de ipso annum quod rebersi fuerimus, siant ad potestates de ominem illum qui illut laboraberit; quod si taliter omnia suprascripta ipse maio et eius eredes michi meique eredibus non adinpleberit et aliquit inde contradixerit, tunc per ipsa guadia obligabit se et suos eredes componere michi meique eredibus biginti auri solidi constantini, et omnia suprascripta per inbitis nobis adimpleret, verumtamen, et si parutus fuerit in ipsa rebus, ut per tertia bices ibi pastenaberimus et plantimen ipsa ibi non preserit [1]), solutis inde maneamus nos et nostris eredibus, absque calumnie per supradicta guadia et guadia et obligata penam, et omni tempore abeamus nos et nostris eredibus ipsa rebus clusa de tribus partibus, ut bobem et caballum inde intrare non possat, et unc brebem scripsi ego iso presbiter et notarius qui interfui.

† Ego qui supra romoaldo

† Ego iohannes presbiter

† Ego iaquintu.

DCLXXXIV.

A. D. 1015.

σι†μιον χειρος νικονος μοναχου καὶ τυφλού ὁ επιλεγομενος.....

† σιμιον χηρος ουρσουλου τουρμαρχου του νικονος μοναχου.

[2]) † Signum manus Niconis monachi et coeci cognomento...

† Signum manus Ursuli Turmarchae filii Niconis monachi.

---

[1]) *et plantimen ipsa ibi non preserit*, vernacula locutio, quae sonat: *et plantae ipsae ibi minime radicescerent.*

[2]) Tametsi Cl. Vir Franciscus Trinchera Neapolitanis Archiviis Praefectus Cavenses etiam graecas membranas, a Paschale Baffio affabre interpretatas, typis mandavit (*Syllabus Graec. Memb. Neapoli Typis Iosephi Cataneo 1865*), tamen, ne Codex Dipl. suis praecipuis graecanicae linguae medietatis documentis omnino careret, easdem iuxta et latini idiomatis quas vulgamus, uno eodemque chronologico ordine in lucem edendas, optimum factu rati sumus.

† σιμειον χηρος νικητου υιου του μακαριωταου αρχιδιακονος.....

† σιγνον χειρος νικολαου υιου ουρσουλου...

† σιγνον χιρος μιχαηλ υἱὸς του μακαριωτατου παντολεοντος.

† Ἐν ονοματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος τῆς τρῖσϋποστατου παντοδυνάμου· θεοτητος μιᾶς εξουσίας καὶ βασιλείας τῆς παναχράντου δεσποίνης ημῶν θεοτοχου καὶ παντων τõν ἁγίων βασιλευοντων των θεοστεριχτων βασιλειων ημῶν υασιλειου καὶ χονσταντινου καὶ σεργὶου τοῦ ἁγιωτατου καί οἰκουμενικου πατριαρχου. καὶ βασιλειου τοῦ πανευφημου υασιλικοῦ πρωτοσπαθαριου καί κατεπανου ῗταλὶας του μεσαρδωνὶτου· τούτων ἁπάντων ε...... ὁταтον πνευματι μέν. οὐ σαρκικὸς δε. φενωμεθα ἡμῆς νίκων μοναχος· καί ουρσουλος τουρμαρχης ὁ υἱος μου· καί οἱ λυποί. οἵτηνες καί τούς τιμίους σταυρους συν τοῖς ὀνόμασην ἀνωτὲρω ὑπεγραψαμεν παραδίδωντες ἐκ τόν θεὸν καί ησε σσαι λουκαν πυβερνητην· καί ειγουμενον τοῦ ἁγὶου ἀνανὶου. ὡπὲρ εστὶν τού κυρ ζαχαρία· ὁς ἴριται ἀφηεροὺμεθα τὴν πὲτραν τὴν λεγομὲνην του τυφλοῦ· μετὰ καί χωραφὶων. ὧν εξ αρχης καὶ ἀνωθεν εδεσπὸσαμεν. εκ προγὼνον ἡμῶν ἐστίν δέ ὁ περίορισμὸς τῶν χωραφὶων. ἀπό τόν χήμαρρων τὼν μὲγαν τόν πρὸς δὺσμὰς τοῦ ριθέντος καστελλίου. καὶ ὡς ανέρχεται τον μηκρὸν ρυακὶτζιν του ἁγίου πὲτρου· καὶ ἀποδίδει εἰς τόν ἅγιον ἅγγελον. καὶ κωπτη ὁ δρωμος της χέτης· καὶ ἀποδίδει ης τό ὀξῦν βουνὴν ἀπάνω του βαρβουτζουλου· καὶ κατέρχεται ὁ Χήμαρρως πλησιάζων εἰς τὸ αμπέλην τοῦ κυρ ουρσουλου καὶ ἀπὸπληρουτε τὼ ὀρωθεσίον εἰς τὸ προγεγραμμενον μέγαν ρυάκειων. ὁμοίως δὲ καὶ τον ἅγιον ἄνανίαν τῶ μοναστήρηον· μετα τõν ὀροθεσίων αυτου. ὥνπερ ἐξ αρχης ἐδέσποζεν καὶ εκρατη. ἵνα θεου καιλεὺωντος εὐθηαστὴ η εκλησία καὶ λητοὺργίται· ὑπερ αφέσεως τὸν αμαρτιῶν ημῶν· εστιν δὲ τω τοίοῦτων μοναστηριον εἰς τὸ προσωπον τῆς θαλάσσης· ὁμοίως δὲ καί τώ ριθεν καστέλλιον· ἵνα οἰκωδωμίσις· καὶ οἱ κοσμικοῖ μετα σοῦ· καὶ ἵνα ἐχουσιν το ἐξω-

† Signum manus Nicetae filii beatissimae memoriae archidiaconi.

† Signum manus Nicolai filii Ursuli (*Turmarchae*).

† Signum manus Michaelis filii Pantaleonis beatissimae memoriae.

† In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, trium personarum, omnipotentis divinitatis, unius potestatis et regni, purissimae Dominae nostrae Deiparae, et omnium Sanctorum. Regnantibus piissimis Imperatoribus nostris Basilio et Constantino, temporibus Sergii sanctissimi et oecumenici Patriarchae, et Basilii inclyti imperialis Protospatharii et Catapani Italiae Mesardonitae. Nos omnes.... Nicon scilicet monachus et Ursulus Turmarcha meus filius, et reliqui qui et sanctae crucis signa cum nominibus supra subscripsimus, spiritus non carnis ductu, concedimus Deo et tibi Lucae gubernatori et praefecto (*monasterii*) S. Ananiae, quod est domini Zachariae, ut dictum est, offerimus Petram quae dicitur Coeci cum eius tenimentis, quae a principio et antiquitus possedimus, tradita nobis a nostris maioribus. Sunt vero eorum fines: a torrente magno qui est ad occidentalem partem dicti castelli, et ut ascendit parvus torrens S. Petri, et vadit ad S. Angelum, et dividitur a via Serrae, et pergit ad montem Acutum supra Barbutzulum, et descendit torrens iuxta vineam domini Ursuli, et desinunt termini ad suprascriptum torrentem magnum. Similiter et S. Ananiae monasterium cum positis ipsius terminis, quod a principio possedit et tenuit, ut, Deo volente, prospere agat ecclesia, et divinis officiis vacet, pro remissione peccatorum nostrorum. Situm est autem hoc monasterium a regione maris. Praeterea offerimus et praedictum castellum, ut etiam et seculares tecum aedificent et habeant confugium in suburbio; cum

κάστελλον καταφύγιον· ὡτὰν δὲ καρέλθη η επιδρωμη τὸν εθνῶν, ἵνα εισέρχωνται· καὶ κατοικοῦσιν ὅπου ἂν ετι εἰς ταχος ἀφιαανται· εποὶ δὲ ὁ ριθὴς κυβερνητης καὶ ηγουμενος ἵναντηεῖς καί εκκλησιαν ης τὸ ἀυτὼ κα-στελλιον· καὶ συνάξης καὶ καλογήραι; ωσους θέλεις καὶ βουλεσι· ἵνα ψάλουσιν καὶ δωξολογοῦσιν καὶ υπερεύ-χωνται· καὶ ημᾶς καὶ τοὺς γονης ημῶν εμε δὲ τον γερον-τα... αβλεπον καὶ μόνον ἀπὸ τῆς ἐν χριστῶ ιδημελλού-σης διοιέναι ινδικτιῶνος· ὅταν αγειρις καὶ συνάξης καὶ καταστήσις· καὶ αδελφοὺς ἵνα ἥμη καί ἐγῶ ὁς εἰς τὸν αδελφων· καὶ αποτροφουμαι μέχρι υίου ζωείς μου· τάυτα δε παντα ἵνα καὶ ημῆς οἱ προγεγραμμενοι στέργωμεν καὶ φυλάττωμεν. ἀδιάπτωτα καὶ ἀπαρασάλευτα ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τοὺς εξῆς ἅπαντας καὶ διίνεκεῖς χρόνους· ης αναφέρεστον σου δεσποτίαν του έχην σε εξουσίαν κα-θηστάναι ηγούμενον καὶ διάδωχον ὼν ἂν θελης καὶ βού-λης· ὁμοίως τὼ αὐτὼ καὶ ὁ μετα σὲ καὶ ἑος σύντελίας· η δε καὶ εκ του γένους ημῶν τις ἀπὸχαρὴ εἰς τὸ αυτῶ μοναστίριον· καὶ ευδωκημίσοι ἔργω καὶ λόγω καὶ ὑπὸ τὸν αδελφων αγαπιθὴ εστὼ ἐν προτοιμῆση ταῦτα δὲ παντα προς τὸν θεον καὶ ης σὲ λουκὰν κυβερνήτην παραδίδωμι· ἐαν δε τίς ποτε φανει του μέρους ημων ἢ ἴδιος ἀνατρέπων ταυτα ἵνα διεκδικουμεν εμῆς καὶ ποιοῦμεν τὸν λόγον οτι ου κατα βίαν· η δώλω ἀλλ ιδια ημῶν προερέσει καὶ ουχ εκ τηνος ἀνάγκης το παράπαν· η ραδιουργίας· η φάκτου αγνοίας ὦ μη δώη ο κνριος πεποιήκαμεν· ὅστης δὲ τὸν αμφωταίρων μερῶν ημῶν μετάμελος γένι-ται· εἰς την καλος εκτηθησαν ταύτην ημῶν ἀφηέρωσιν· ἵνα παρέχει ης το βασιλικὸν υιστηάριον νομίσματα λ'· καὶ τας εξοδους καὶ τας κενοτομίας εις το δηπλάσιον εἰθ ούτως στέργην καὶ εμμενειν τὴν τοιαῦτην δωρεὰν ἀπαρασάλευτον εις τὸν θεόν· καὶ εἰς τὸν ἅγιον νικολαον τὸν μελλωντα εκησε οἰκωδωμίσθαι. καὶ ησε σσε λου-κὰν τὸν ανοτερω προπηθεντα εγράφη παρουσια καὶ επό-ψεσιν αξιοπιστων μαρτυρων όν καὶ τα ὀνόματα μετά τὸν ἰδίων ὑπόγραφῶν καὶ σημίων διλωθήσωνται· διὰ χειρος εμοῦ λεοντος νοταριου καστρου ουρτζουλου ετους ςφχγ'· ινδικτιωνος ιγ'· μηνὶ ἰαννουαριω ιβ' ημερα †.

autem gentium incursiones fiant, intrent et habitent quocumque properantes advenerint; et insuper, ut tu dictus gubernator et praepositus aedifices etiam ecclesiam in eodem castello, et congreges quoque monachos quotquot volueris, qui sacra officia et laudes Deo concinant, et preces fundant pro nobis et nostris genitoribus; et ut etiam ego senex... oculis captus et solus, ab indictione, quae, Deo dante, iam appropinquat, cum congregati fuerint fratres tua opera, et, rebus bene constitutis, simul habitare coeperint, tunc sim tamquam unus ex fratribus, et cum ipsis convivam toto meae vitae tempore. Haec omnia nos suprascripti confirmamus et rata habemus, firma et inconcussa, amodo et in perpetuum in tua potestate nunquam auferenda, ut liceat tibi monasterii praefectum et successorem constituere quemcumque volueris, idemque liceat futuris monasterii praefectis in perpetuum. Quod si quis ex nostra generatione in praedicto monasterio in monachum tonsus fuerit, et probitatem et re et verbis praeseferat, et a fratribus diligatur, is potior habeatur. Atque haec quidem omnia Deo et tibi Lucae monasterii praefecto concedimus. Si autem, tempore procedente, quisquam ex nostra cognatione aut privatus (*aliquis*) irrita haec facere praesumpserit, nos tuam defensionem teneamur suscipere, et huiusmodi concessionem tibi vindicare,quam non vi aut dolo, sed sponte, nullaque necessitate adducti, aut fallacia, aut facti ignorantia, quod Deus avertat, fecimus. Quemcumque autem nostri ex utraque parte huius bene constitutae nostrae oblationis poenituerit, solvat Imperiali Vestiario solidos aureos triginta, et sumptus et innovationes in duplum; et nihilominus rata, firma et inviolabilis maneat huiusmodi concessio facta Deo et S. Nicolai ecclesie in dicto castello construendae, et tibi Lucae suprascripto. Scriptum praesentibus et adstantibns

† Ιωανης ταξιαρχης του καπηγγρασα μαρτυρ υπεγραψα ιδηοχηρος.

† κονσταντινος τοποτηρητης ο καπηγγρασης τη ηχηα χέιρι υπεγραψα.

† πασχαλιος τοποτηρητης ο καπιγρασσας μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχιρος.

† υονος υιος κανδιδου μαρτυρ υπεγραψα ιδιοχειρος.

† θεοδωρος τουρμαρχης... πολιτης μαρτυρων υπεγραψα ηδιοχειρος.

. . . . νηκοδημος . . . .

fide dignis testibus, quorum nomina ex propriis subscriptionibus et signis apparebunt, manu mea Leonis notarii civitatis Urzuli, anno 6523, indictione XIII, die 12 mensis ianuarii.

† Ioannes dux militaris manipuli de Capigrasa propria manu subscripsi.

† Constantinus locumtenens Capigrasa propria manu subscripsi.

† Paschalis locumtenens Capigrassa testis propria manu subscripsi.

† Bonus filius Candidi testis propria manu subscripsi.

† Theodorus Turmarcha... civis testis propria manu subscripsi.

. . . Nicodemus . . .

DCLXXXV.

A. D. 1015.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, tertiadecima indictione. memoratorium factu a me urso atrianense filius quondam lupeni, eo quod ante subscribti teste per unc scribtum per vona combenientia trado ad tenendum et laborandum et frugiandum mulieris nomine grusa, que fuit uxor iohanni nubili, una clusuria de terra mea cum binea in locum beteri finibus salernitane, quod ante os annos per firma scribtionem mihi venumdederunt predictum iohannes et grusa duobus pecie de terris cum bineis in eodem loco veteri, sicud ipsa scribtio continet qui scripta est per roderisi notario et aliis sufficienter roborata. Et ydeo per bona comvenientia tradidi ad potestatem ipsius gruse ad laborandum una de ipse pecie per ec finis et mensuras: ha pars orientis fine bia publica, unde axscendunt et dexscendunt at mare, sunt inde passos quadraginta duo: halia quidem parte fine mea, sunt exinde passos sexsaginta duo; et rebolbente in pars septemtrionis per fine mea sunt exinde passos triginta usque ripa de predicto flubio: ha pars occidentis fine pr edicto flubio, sunt ab ipsa parte rectum mensuratum passos quinquaginta; ex alia quidem pars rectum mensuratum da ripa de ipso flubio usque ipsa priore bia passos sexsaginta octo. Ista pecia per iamdicte finis et mensuras inclita ei tradidimus ad laborandum, eo hordine, ut amodo et diebus bite

sue potestatem abere ipsa terra cum binea, fobee et omnes sue utilitati iuxta rationem ibidem facere, et omines ad laborandum ibidem mittere, et per tempum ,quando meruerit, annualiter tota ipsa binea laborare bona, sicud locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et quantum frudium exinde fecerit et exierit, totum sue sint potestatis amodo et diebus bite sue, faciendum exinde ipsa grusa de ipso frudium omnia quod boluerit,' sine contrarietatem vel requisitionem nostram vel de nostris eredibus: tantum potestatem et licentiam abeant ipsa grusa et serbis suis, quando perrexerit ibique foras in ipsa rebus, in una de ipse casis abitare et residere amodo et diebus bite sue, et causam suam mobilia ibi ponere: tamen, ud parutus sit, et fecerimus nos vel nostros eredes in ipsa rebus, ubi boluerimus, casa, tunc potestatem abeant ipsa grusa introire et abitare cum hominibus suis, quod secum portabit, in ipsa casa frabita, quod nos fecerimus, introire cum causa mobilia et exire, qualiter boluerit; et per tempum, de bindemie potestatem habeant ipsa grusa bindemiare ibidem in palmentum nostrum, usque dum nos fecerimus nos in ipsa tradictione palmentum frabitum coniunctum cum casa frabita, quod nos stetimus frabicare, ad abendum et faciendum ipsa grusa et tenendum diebus bite sue; cannietum vero qui in suprascripta tradictionem est, per tempum, quando meruerit, faciamus nos vel nostros eredes scire ipsa grusa, ut dirigad ibi missos suos, et communiter abscidamus totum ipso cannietum, et dibidamus ipse canne per medietatem. Ita, sic, ud iam supradiximus, abeant et deteneant ipsa grusa in illo hordine et ratione diebus vite sue, sicud supra legitur; ad die bero hobiti sui inclita supradicta tradictione per iamdicte finis et mensuras rebertar ad nostram et de nostris eredibus potestatem, faciendum exinde omnia quod voluerimus. Unde in eo hordine per vona combenientia secundum lex et consuetudo nostre romanorum guadia mihi ipsa grusa dedit una cum iohanne atrianense adbocatore suum filium mauroni, et mediatorem mihi posuit predictum iohannes atrianense filius predicti mauroni; et per eadem guadia obligavit se ipsa grusa, ud si aliquit de omnia suprascripta diebus vite sueque gruse quesierit exinde remobere aut contrare, tunc per vona combenientia per ipsa guadia obligabit se ipsa grusa ad componendum michi meique eredibus biginti auri solidos constantinos, et ipsa casa, quem nos stetimus frabicare ipsius gruse, sicud prelegitur, frabicemus nos illam bona ad calce et petre de longitudo pedes quadtuordecim, et lata pedes decem, ad iuxsto pedem manum omini, et abeant et deteneant ipsa grusa ipsa casa, sicud supradiximus, per suprascripta guadia et obligata pena. Et ego alderissi notarius unc brebem scribsi et interfui.

† Ego guido

† Ego petrus.

DCLXXXVI.

A. D. 1015.

† In nomine domini bicesimo septimo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense martius, tertiadecima indictione. declaro ego iohannes filius quondam ursi, quoniam per firma cartula michi esse pertinentes a pars iohannis socero meo, qui bocabit russo, rebus sua de locum capaczana, ubi ad sabuculo dicitur, et congruum est michi exinde benumdare. Unde ante subscripto notario et testes ostedi exinde una cartula continentem: bisantio filius iohanni clarificabit abere una pecia de terra cum aliquante quertie in ipso locum capaczana, ubi proprio ad sabuculo dicitur, et, sicut ei congruum ei fuerad, illos benumdederad alfani consobrino fratrem suum filium petri, postmodum vero ipse alfanus illut benumdederad ipsius iohanni russo socero meus; modo quidem congruum est michi illut benumdare iohanni et andree germani filii supradicti bisantii; et ideo ego superius dictus iohannes, sicut mihi congruum est, bona mea bolumtate per anc cartulam benumdedi adque ad semper abendum confirmo vobis nominati iohanni et andree tota et inclita ipsa pecia de terra, qui est modo binea, sortione qui fuit ipsius bisantii, qui est ipsa pecia de terra cum binea infra ec finis: de subter parte fine ribus de sabuculo: de alia parte fine qui fuit ipsius iohanni soceri meo, quod paratum abuit da iaquinto filio iohanni mollo: de alia parte fine, sicut medio cristone discernit et aliquantum pertange ad fine de ominibus de copercle: de alia parte fine, sicut balloncello discernit et coniungente in predicto ribus de sabuculo; de ec vero supradicta rebus infra supradicte finis inclita quartam parte vobis exdicti germani benumdedimus, qui fuit sortione predicti bisantii genitori vestro, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis, et cum ambo supradicte cartule et cum ea que continet. Unde de supradicta mea bindictione nullam michi vel uxori mee, aut cuiqua omnibus, aut in quavis partibus exinde restitit, aut dicimus remanere sortione, set, sicut diximus, funditus illut vobis benumdedimus, ad securiter et firmiter amodo et semper vos vestrisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod bolueritis, absque omni mea et de meis eredibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmandam et stabiliscendam anc mea bindictione, nunc a presentis recepi a vos exinde auri tari quinque et medium tari, sicut inter nos combenit in omnis deliberatione; finitoque vero pretium ipsum aput nos, Ea ratione per bona combenientia guadia vobis nominati iohanni et andree dedi, et mediatorem vobis

posui meipsum; et per ipsa guadia *etc. Reliqua pars huius chartae ita est obrosa, ut minime intelligi possit praetium statutae mulctae, pro pactis non servatis, et nomen notarii qui hoc instrumentum exaravit.*

† Ego dauferius notarius me subscripsi

† Ego iaquintus notarius me subscripsi.

DCLXXXVII.

A. D. 1015.

† In nomine domini vicesimo septimo hanno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, mense magius, tertiadecima indictione. memoratorium factum a nobis petrus filio quondam petri et alphanus filio. . . . . . comiti, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia trado tibi iohanni filio quondam iohanni una pecia de terra bacua nostra, quod abemus in locum capaczana finibus salernitane, per finis et mensurie: ab oriente fine rotense, inde sunt passi biginti hocto: a pars septemtrionis fine nostra, sicut medio carbonario discernit, inde sunt passi sexaginta: a pars occidentis fine nostra, inde sunt passi biginti quadtuor: a meridie fine tuaque iohanni, inde sunt passi quinquaginta, totum ad iusto passum homini: per ipse finis et mensurie, sicut diximus, inclitum illut ipsius iohanni tradidimus in tali ordine, ut amodo et omni tempore ad sua et de suis eredibus sint potestatis illut tenendum, et fobee et omnis sue utilitatis ibidem faciendum iusta ratione, et totum illut pastenare debeant arbustum de bono bitineo et pomis, sicut meruerit, et totum illut cludere et clusum illut abeant, sicut meruerit, et omnis vinum et frugens, quod de tota suprascripta rebus tollere, vel abere potuerit, amodo et usque octo anni completi, totum illut sibi abeant, faciendum inde quod boluerit; et quantum vinum inde exierit da ipsi octo anni in antea usque quadtuor anni, ut amodo se compleant duodecim anni, deant inde nobis inde ibique inclita una tertiam partem, due vero sortis inde sibi abeant; de que amodo ibi seminaberit, deant inde nobis terraticum secundum consuetudo de ipso locum. Ad completi vero ipsi duodecim anni, ut amodo se compleant, abeant in tota suprascripta rebus per suprascripta mensuria arbustum vonum, surtum, et operatum et factum seu pomis, sicut de tantos annos et locus ipse meruerit, et ubi meruerit, illut clusum: preter, ubi infra suprascripta rebus terra arida fuerit, et arbores vel vites ibidem surgere non potuerit, usque quadtuor vices illut pastenaberit, non siant inde nobis cul-

pabiles de *illut, ubi surgere non potuerit, et da ipsi* duodecim anni completi in antea omni tempore per annum suo *tempore totum ipso* arbustum de super et de subter lavorare et cultare et propaginare, et, ubi *meruerit,* arbores et vites illut ibidem plantare et surgere, sicut meruerit, et sic per annum totum illut laborare, ut proficiant et non dispereant; et per annum de vindemie faciant nos scire, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis totum ipso arbustum vindemiare, sicut meruerit, et poma inde colligere, et omnis vinum exinde ibique ad palmentum et ipsa poma ibique inter nos dibidamus per medietatem : nos tollamus illut medietatem, et illis medietatem, et per annum deant nobis terraticum, sicut supradictum est; et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea non boluerit rebus ipsa laborare aut tenere in suprascripto hordine, liceat illis inde exire cum omnis sua causa, et inclita suprascripta rebus perveniant ad nostram potestatem. de qua per vona combenientia guadia nobis ipse iohannes dedi, et mediatorem nobis posuit landenolfus comes filius ademari comitis; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes, ut si omnia suprascripta nobis non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, per bona combenientia componere obligavit se et suos eredes nobis nostrisque eredibus biginti auri solidi constantini, et omnia suprascripta per inbitis nobis complirent. Et hunc brebem scripsi ego iohannes notarius.

† Ego alfanus

† Ego godeni comes.

DCLXXXVIII.

A. D. 1015 [1].

† **In nomine domini** bicesimo septimo anno principatus domni nostri **Waimarii** gloriosi principis, mense iunius, tertiadecima indictione. Clarefacio ego **verengnarius comes** filius veregnarii comitis, quoniam dei protegentis misericordia in meo coniugio sociatus sum

[1]) Codicis nostri, Palaeographiae studiosis satisfacturos putavimus, si huius *Morgencab* specimen traderemus; sive quod prae aliis elegantiorem praebeat oblongi, ut aiunt, characteris formam, quae Saec. XI lapsu, sub Northmannorum praesertim ditione, penes Notarios in consuetudinem venit, sive quod haec una in tot Tabularii Cavensis membranis, nonnulla exhibeat deauratis literis contexta verba, quibus personarum nomina et rerum *quartae uxoriae* describuntur. *Vide fac-simile in fine Vol.*

te videlicet. . . . **Rodelinda** filia quondam atenolfi comitis, et, ut ammonet ritus ac lex gentis nostre lagnobardorum, Hodie, quod est alio die nuptiarum, ante supradictus excellentissimus Rex ac princeps noster Hostendi Hunc libellum scriptum a testibus Roboratum et dixi exce. . . . . . . do, ut in futurum pro Hanc rem periurium non percurrat; Hidcirco ante parentibus nostrisque amicis, ut dudum dicam, secundum ritus gentis nostre per verbum et absolutionem predicti genitori mei, ipsumqui astante, per Hunc scriptum morgincaput trado tibi nominate **Rodelende** uxori mee Quarta enim partem de ex omnibus rebus supstantiis meis, Hi sunt casis et intrinsecus casis, territorie, **Vineis**, arbusta, castanieta, **Holibeta**, Quertieta, **Campis**, Silbis, pratis, pascuis. . . . . . . paludibus, **Finibus** et **Viis** suis, montibus et collibus et planitiis, nec non et universis prediis, Movile atque inmovile, **aurum** et argentum et **gemmas**, pannos **sericos** et lineos, peculiis maioribus et de minoribus, Servis et de ancillis, Hoc est de omnia et in omnibus quod nunc aveo, vel quod in antea undecumque aut quomodocumque michi pertinentes fuerit abere, Sive quod ex paterna et materna supstantia quod michi abere successerit, de totum tivi nominate **Rodelende** uxori mee dedi atque tradidi; Ea quidem videlicet ratione, ut ab odiernum diem at tua que supra uxori mee sit potestates iuxta lege, faciendum exinde omnia quod volueritis. **Sub** sequentem ego qui supra nominatus veregnarius genitor eius obligo me et meis eredibus, ut si forsitan veregnarius filius meus ante me defunctus fuerit, vibente te, tunc demus nominate **Rodelende** nure mee inclita ipsa quartam partem de omnis rebus supstantiis et casis et movilibus, quod ipsius fili mei de omnis rebus et causam meam evenerit, vel evenire debet; quam si post meum hobitum ipse filius meus remansisset, similiter et demus tivi inclita quartam partem de omnis rebus et causam ipsius veregneri filius meus quod nunc abet, vel quod in antea undecumque parare, aut conquidere potuerit et ei pertinentes fuerit habere, **ad** securiter omni tempore tu et tuos eredes inclita ipsa quarta habendi et faciendi exinde iuxta lex quod volueritis. Et neque a nos superius dicti pater et filius, neque a nostris heredibus, neque a nullus quemquam hominibus aveatis exinde aliquando aliquam requisitione, Set perpetuis temporibus illut avere et possidere valeatis, **quod** vero scriptum morgincaput in eo hordine perpetuum firmum permaneat. **Quam te Roderisius notarius** actum salerno scribere rogavimus.

† Ego lodelgrimo

† Ego landolfus

† Ego imetancus comes

† Ego alfanus.

DCLXXXIX.

A. D. 1015.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi, temporibus domni sergii gloriosi ducis et imperialis patricii anno quartodecimo, et secundo anno domni iohannis gloriosi ducis filii eius, die vicesima quinta mensis septembrii, indictione quartadecima, amalfi. Certum est me guttus filius leonis de gutto de iohanne de domna blacta a presenti die pruntissima voluntate scrivere et firmare visus sum vobis sergio filio iohannis de maurone comite hanc chartulam securitatis de causatione, quod vobiscum abuimus de ipsum monte quod dicitur carbonario supra embricem, quantum est ab ipsa via puplica in susum, et de latitudine quantum est de finem in finem nominatim ipsa via, quod proclamat ipsa securitatis quam exinde fecerat suprascriptus leo genitor noster cum ipsis allolesi, dicendo vos a parte vestra, quia medietatem de ipsum predictum monte, quantum est ab ipsa predicta via puplica in susum, nostra causa est, et vos et suprascriptus iohannes genitor noster illud dominavimus et frugiavimus odie per quadragintam annis et plus; et nos dicendo a parte nostra: absit oc et beritas non est, ut in ipsum predictum montem aliquod abuissetis aut dominassetis, neque vos, neque suprascriptus iohannes genitor vester, quia totus ipse predictus montis mea causa est, quia mihi obbenit de conparatum et in donationem ab ipsis suprascriptis allolensis et circlesis et ab aliis hominibus. Unde inter nos causationes multas abuimus, et nobis altercantibus perreximus exinde at iudicium ante presentia suprascripta gloriosa potestate, et iudicata sunt exinde inter nos sacramenta; post vero preceptum iudicium venimus vobiscum exinde in combenientia berbo gratie, et bone voluntatis dedistis nobis exinde auri tari decem, quod aput me abeo sine minuitatem, et nos vobis dedimus et largivimus tertiam partem de ipsum suprascriptum monte, Ut omni tempore nos et heredes nostris abeamus et dominemus, seu frugiemus exinde partes duas, et nos et vestris heredibus portionem una, hoc est tertie, et firmavimus vobis exinde hanc plenariam securitatem in omnem deliberationem et in omnem decisitionem. Ut si quolivet tempore per quovis modum vel ingenium, sive nos, vel nostri heredes, aut quabiscumque alia umana persona te suprascriptus sergio, vel tuos heredes, de ipse predicte tertie de ipsum predictum monte querere aut contrare presumserimus, componere promittimus nos et nostri heredes, vobis et at vestris heredibus auri solidos triginta bitianteos, et hec chartula sit firma im perpetuum; solummodo reclaramus, ut si venerit vo-

bis ipsis insertelli de supra ipsa via in ipsa portione vestra et voluerimus nos illis recipere in camnium, vos nobis eos dare debeatis, et nos vobis exinde dare debeamus at vicem due partis de ipse portionis nostre per mensuria ibidem iusta finem vestram in locum, quale vobis placuerit.

† Ego leo filius domni boni diaconi testis sum

† Ego manso filius domni leonis monachi sclabulini testis sum

† Ego constantinus filius leonis curialis testis sum

† Ego iohannes scriva filius pulcari scripsi.

DCXC.

A. D. 1016.

† In nomine domini vicesimo sebtimo anno principatus domni nostri guaimari, et primo anno principatus domni iohanni eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me guaiferius filius quondam guaiferi comiti in locum nucerie ante subscripti testes, per combenientia tradidit ego ad tenendum et lavorandum de rebus mea una pecia de terra campense, alfani et iohanni germani filii quondam maioni abitatores de nucerie, quod abeo in locum siano [1]) ubi propio cannitum dicitur, et qui est propinquo ad badu maiore per as fines: ab oriente fine via antika; et a pars meridie fine de ominibus nucerini; et a pars occidentis similiter fine alia via pubplica que pergit ad sarnu, et a subtus ipsa via usque padule quantum introire potueritis ad lavorandum; et a sebtentrionis similiter fine de ipsi nucerini usque ipsa via priora fines. Ideo, sicut diximus, ipsa predicta pecia per ipse predicte finis ipsorum predicti alfani et iohanni ad lavorandum illut tradidit in oc ordine, ut amodo et usque duodecim anni completi ad sue et de suis eredibus sit potestatis ipsa iamdicta pecia illis tenere et dominare, et fobee et omnis sue utilitatis illis ibi facere iuxta ratione, et illut lavorare et seminare per omnis annum semente, qualiter voluerint, et omnis lavores qui illis ibidem fecerint, totum sue sint potestatis, faciendum quod voluerint: tantum per omnis annum deant illis vel eorum eredibus ad missum meum iuxto terraticum secundum consuetudo de ipso locum, et

---

[1]) *Siano*, vicus S. Severini in Princ. Saler.

ad completo ipso constitutum ipsa predicta pecia rebertar ad nostra vel de nostris eredibus potestatis, faciendum inde quod voluerimus. Tantum, si illut seminatum abuerint ipso annum ad ipso constitutum, liceat illis inde exire cum ipsum lavores, sine omnis contrarietate nostra et de nostris eredibus, vel et de cuiquam ominibus qui per vobis illut datum paruerit. Tantum terraticum illut nobis daret iuxto, sicut dictum est. Unde pro taliter per vona combenientia guadia nobis ipsi predicti germani dederunt, et mediatorem nobis posuerunt mirando tio illorum filium quondam berenardi de ipso locum turricle; et per ipsa eadem guadia *etc. Statuta mulcta viginti solidorum auri constantinianorum.* Quod scripsi ego petrus clericus et notarius qui interfui.

† Ego iohannes clericus

† Ego dauferi.

DCXCI.

A D. 1016.

† In nomine domini, domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitio, quinquagesimo nono anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense ianuario, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me poto filio quondam leoni iudice, qui sum commorantes intus cibitate lucerie, clarefacio enim, quia quesibit me radelpoto filius quondam gnadii, ut daret ei maria filia quondam (*deest nomen*) uxorem. Ego vero per eius rogum et de aliis vonis hominibus largitus fuit ei talia adinplere. De qua re coram presentia hottoni iudicis et aliis nobiliores ominibus, qui hic suptus conscripti sunt, guadia michi dedit ipse prenominatus radelpoto, et mediatorem michi posuit poto filius poterisi et falco filius falconi diaconi ea ratione, ut tolleret sibi ipsa prenominata maria legitimam uxorem secundum lagnobardorum legem; quod si tollere eam noluerit, tunc centum aurei solidi constantini penam nobis componere placitabit, et ipsa predicta maria tolleret sibi uxorem per invitis per eadem guadia et iamdictum mediatorem et pena hobligata.

Sequenti guadia michi dedit ipse prenominatus radelpoto et supradictum mediatorem michi posuit ea ratione, ut, dum deportaberit ipsa prenominata maria uxore sua in domo utique sua, bene eam haberet atque coleret secundum suam possibilitatem, sicut et aliis vonis hominibus pares sui, qui vene abent et colunt suis uxoribus, seu quietam hac paci-

fica vita cum ea ducat, nichilque ad eam iniuste faciat et absque certa culpa eam non baptidisset, et, quamdiu bixerit ipsa prenominata maria, nullam aliam feminam non adulteraret. Quod si ec nefa et pessima hopera fecerit, ex quibus prelegitur, quod si ancilla fuerit, cum quo se miscuerit, tradat eam in disciplinam had ipsa prenominata maria uxore sua, et si libera fuerit, eiciat eam procul a domo sua. Quod si hec agere noluerit, et in suis iniquitatibus permanserit, et emendare se noluerit, et a nobis vel ab eredibus nostris, aut ab alio homine, qui vicem eiusdem maria uxori sue hunc brebem in causationem hostenderit et ipse pulsatus fuerit, ut eamdem uxori sue iniuste non fecisset, aut sine certa culpa eam non baptidisset, nec aliam quamlibet feminam non adulterasset, tunc quantascumque vices inde pigneraberimus, si per unaquamque vices ad dei evangelia inde nobis ausus non fuerit iurare, ut eadem uxori sue taliter non egisset, ut componat nobis, aut illi omini qui hunc brebem pro pars eidem uxori sue in causationem hostenderit, viginti solidi constantini, et post compositionem factam aut sacramenta hab eo data, pignera illa que inde pignerata fuerit, per vices semper a nobis sine calupniis recolligat, vel si nobis pigneraberit, et si ausus fuerit iurare et iuratus fuerit exinde, quod superius dictum est, a predicta culpa solutus maneret vice illa que nobis secundum legem iuraberit, et pignera quanta ex anc quistionem compreenserimus, semper a nobis sine calupniis recipiat.

Tertia igitur guadia michi dedit ipse prenominatus radelpoto et supradictum mediatorem nobis posuit tinore quidem, ut daret nobis in placitum pro pars eiusdem uxori sue lectum pernum [1]) tornatilem [2]) cum lena, colcetra et plumateum, toti ipsi panni nobi et voni plenique de plumis, et ad tribus anni completi daret nobis ipsa pellitia serica fundatinea noba, et vona cusita et bene conciata, cum hornatura sua. Et ad quattuor anni completi daret nobis ipsa mancipia vona iubenis, absque omnem lesionem membris et corporis sui, et, ubi aput nos ab ipso prenominato radelpoto receptum abuerimus totum ipsum placitum, sic totum demus illum ad ipsa prenominata maria uxore sua, sicuti fuisset de propria causa mea; et si ad diem venerit mortis ipsa prenominata maria uxore sua, potestatem abeat una mecum, vel cum meos eredes, iudicare et dare pro anima sua ex predicto placito, sibe ipsa pellitia serica, sibe ibsum lectum, unam ex is duabus causis, qualem sibi eligere voluerit, sine contradictione ipsius radelpoti vel de eius eredibus. Et si taliter michi meique eredibus per hordinem, ut prelegitur, adimplere nolueri, tunc viginti solidi constantini nobis compo-

---

[1]) *pernum*, idem ac *parva*, ut in Du Cange: linteum quoddam lectuale.

[2]) *tornatilem*, torno politum vel perfectum.

nere obligabit, et ea que prelegitur, per invitis nobis adinpleat per supradicta guadia, et iamdictum mediatorem, et pena obligata.

Alia igitur guadia michi dedit ipse prenominatus radelpoto et supradictum mediatorem nobis posuit ea ratione, ut si dies ebocatio ebenerit, et ipsa prenominata maria uxore sua ex oc seculo hobierit, et filium vel filiam non reliquerit, ut quantum deportaberit ipsa prenominata maria uxore sua et pro benedictione eius dedit lodoico filio landoni, ut totum et integrum rebertar ad ipsa ecclesia sancti iohannis, ubi domno alexander abbas regimen tenere esse videtur, qualiter prenominatus lodoico ad suum hobitum iudicabit et eorum continet scriptum, ut quantum exinde paruerit illo tempore, quando de hoc seculo excesserit, et inbentum exinde fuerit, ut totum et integrum rebertar ad ipsa prefata ecclesia quam olim predixi, absque contradictione ipsius radelpoti et de eius eredibus. Quod si taliter michi meique eredibus per hordinem adinplere noluerit et aliqua intentione nobiscum exinde excitare voluerit, tunc viginti solidi constantini nobis nostrisque eredibus componere hobligabit, et ea que prelegitur, per invitis adinpleat per supradicta guadia et iamdictum mediatorem, et pena hobligata.

Igitur alia hguadia michi dedit ipse prenominatus radelpoto et mediatorem michi posuit poto filius poterisi et falco filius falconi diaconi eo tinore, ut si peccatis eminentibus ipsa prenominata maria uxore sua hab aliqua gens depredata fuerit, ut querat eam diligenter, quomodo melius potuerit; et si eam inbenerit, emat eam de pretio suo; et si illam bendiderit et eam minime inbenire potuerit, tunc iuratus nobis dicat ad sancta dei evangelia, quia diligenter eam quesibit et inbenire illam non potui, et tunc maneret a nobis absolutus. Quam te deusdede diaconum et notarium hunc brebem scribere rogabimus. Actum In civitate Luceria et interfui Mense et indictione suprascripsi feliciter.

† ego qui supra otto iudice

† Ego poto teste

† Ego agelfrid.

DCXCII.

A. D. 1016.

† In nomine domini vicesimo septimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et primo anno principatus domni iohanni eius filii glorioso princeps, mense iannarius, quartadecima indictione. Memoratorium factu a nobis eupraxius grecus, qui sum

presbiter et abbas ecclesie sancti nicolay, qui situm est in locum beteri a super mare, pertinentem ecclesia ipsa de lambertus et landoari comitibus germani filii quondam alberti comiti, una mecum esset petrus advocatorem ipsius ecclesie. Quam et nos risus et rodericus germani filii quondam maraldi, et madelmus filius quondam iaquinti, et petrus nepos istius madelmi ac filius quondam sergi, quod de imperatissa germana istius madelmi genuit, toti in simul ante subscripti idoneis hominibus. . . . . iohanni qui fuit natibus de locum pecara, territorio de amalfi, et filius mauroni, de rebus pertinente ipsius hecclesie et pertinentem nobis omnibus suprascripti parentes atque consortes qui es. . . . . in locum albore ex illa pars salernitane finibus, qui est medietate pertinentem ipsius ecclesie, et medietate nobis omnibus suprascripti; unde de ipsa nostra medietate est pertinentem nobis risi ex. . . . . medietate et nobis madelmi et petri medietate, et de ista medietate quod nobis madelmi et petri inde pertinet, ego madelmus habere inde debeo tres sortis, et ipse petrus a pars ipsius uxoris sue inde pertinet quartam partem. Quapropter nos omnes una cum ipsum abbatem tradidimus ipsius iohanni de ipsa terra baciba in omni facie per mensuras ana passi sexaginta, sicut per omni parte ad fine nostra coniungitur; etiam et tradidimus ei una pecia de terra cum castanietum nostrum pertinentem ibique propinquo per as fines mensuras: incipiente a capite de vallonem qui inde esse videtur, et salientem usque tractorarium [1]) inde passos sexaginta: et ab inde revolbente per ipso cristone, quasi in parte orientis, inde passos centum biginti: et ab inde descendente per tractorarium ipsum et coniugentem in alio tractorarium sunt inde passos septuaginta octo: et inde saliente per alio tractorarium sunt inde passos quadraginta octo: et ab inde qualiter salit per ipso ballonem et coniungit in priore fine. Quam et tradidimus ei omnis alia castanieta quod ibique in ipso locum habemus, cum vice de biis suis, tali hordine, ut amodo et usque duodecim anni completi ad illius vel de illius heredes sit potestatem illut tenendum et dominandum, et fobee et omnis sue hutilitatis ibidem facere iusta rationem, et reditum ibidem faciendum in quo ei comparuerit, et ibidem residere et abitare, et in ipso vacibum per iamdictas mensuras pastenare vinea de bono vitinio seu pomis, aut si canne vel salici ibi apte paruerit planctandum, et illut annualiter lavorare, et studiaret, et surgeret, sicut meruerit, et circoitum illut cluderet, et in ipsa pecia de terra cum castanietum faceret insitetum de inserti et robiolis seu zenzale [2]), sicut meruerit; ad completo

---

[1]) *tractorarium*, e voce *tratturo*, valet *semita* apud vulgum.

[2]) Castanearum genus.

ipso constitutum in ipsa tota terra bacua per iamdictas fines et mensuras haberent vinea facta et hoperata bona, et inpalata, et clusa; seu, si pomis, vel canne, aut salici ibi planctaberit, totum haberet illut hoperatum et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bonum paread factum et hoperatum: tantum, a quo vinum et insite inde exierit infra ipsi anni, vel si alia poma ibi facta fuerit, inclita tertiam partem inde nobis vel ad missum nostrum inde daret ipse insite secche, et due sortis inde sivi haberet, et donec ipsi castaneis fuerit quod insitare debuerit, tolleret sivi ipso frudium de ipsis castaneis, et omnis alia nostra castanieta de ipso locum extra illut per iamdictas mensuras illis annualiter usque ipso constitutum sivi colligeret et tolleret, et tote ille sivi haberet. Tantum pro censum exinde daret nobis per annum duo auri tari boni. Da completos ipsos duodecim annos ipsis castanietis nostris extra illut quod insitare debunt, redeant ad potestatem ipsius aecclesie et ad potestatem de nobis omnibus suprascripti vel de nostris heredibus, et ipsa terra cum vinea, et ipsa terra cum insitetum, per iamdictas fines et mensuras ille et suos heredes teneret natos nascentes omni tempore, et omnis sue hutilitatis ibidem facere iusta rationem, et ibidem resideret et avitaret, et tota vinea ipsa per iamdictas mensuras annualiter apto tempore lavoraret et studiaret de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiad et non disperead, tragendum ibi propagines, et vites planctandum et surgendum seu cultandum, et ipso insitetum studiet et salbum faciad; et per tempore de vindemie scire faciant pars ipsius ecclesie et nos omnes suprascripti consortes, vel nostris heredibus, ut ibi pergamus aut dirigamus missum nostrum, et ille vel suos heredes tota ipsa vinea suis temporibus vindemiaret, et ad palmentum ibique ipso vinum procuraret, et poma quas ibi fuerit, colligeret, et totum illut ibique nobiscum vel cum missum nostrum divideret: illis due sortis, et nos tertiam partem, inter nos et pars ipsius ecclesie illut dividendum, sicut supradiximus, ibi esse sortifices, et ipsa sortione nostra de ipso vinum illis reponant ibique in domo, ubi avitaberint, in organea nostra que ibique eis dederimus, qui per illis sit bona conciata per annum, et faciad nobis ipso vinum salbum, donec illut inde tulerimus, absque degeneratione et ignem. Et, dum pro ipsa vindemia ibi steterimus nos aut missos nostros, illis enutrire nos debead secundum illorum possivilitatem ; et si de ac terra salernitana exierit pro aliubi ad avitandum, aut si talem fecerit culpam unde legibus ad publicum cecidat, tunc inclita ipsa traditionem ad potestate ipsius ecclesie et de nos omnes suprascripti et de nostris heredibus eveniad. Et si infra tribus anni in ac terra ad avitandum redierit et voluerit illut recolligere in supradicto hordine, potestatem habeant. Tantum illo anno quod redierit, si rebus illa lavorata invenerit, non querad illo hanno de ipso frudium, et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea rebus ipsa,

hoc est ipsa terra cum vinea et ipsa terra cum insitetum per iamdictas mensuras tenere et lavorare noluerit, aut non potuerit, inclitum illut, sicut diximus, operatum et cultatum et studiatum remittad ad potestatem ipsius aecclesie et nobis omnibus suprascripti consortes, vel ad nostris heredibus; et si taliter omnia suprascripta nobis vel in pars ipsius ecclesie non adimpleberit et aliquit inde contradixerit, tunc per bona conbenientiam componere obligavit se ipse iohannes et suos heredes, natos nascentes, in pars ipsius ecclesie eiusque rectoribus et nobis biginti auri solidos costantinos. De qua, ut omnia suprascripta in pars ipsius aecclesie et nobis omnibus suprascripti, vel ad nostris heredibus, ipse iohannes et suos heredes adimplendum et aliquit inde non remobendum, per bona conbenientiam guadia nobis omnibus suprascripti consortes et mihi predicto eupraxi abbati dedit, et mediatorem nobis posuit semedipsum. Verumtamen hoc memoramus, ut quale tempore da ipsi duodecim anni in antea rebus ipsa tenere et lavorare noluerit, aut non potuerit, inclitum illut per ipsas mensuras cultatum, et hoperatum, et studiatum, sicut diximus, remittant ad potestatem de pars ipsius ecclesie et ad potestate nostra de y omnibus suprascripti consortes risus, rodericus, madelmus, et petrus et de nostris heredibus, faciendum per partes de sua sorte quod voluerit, et ipsum iohannes vel suos heredes licead inde exire cum omnia sua causa mobilia et pergad, ubi voluerit. Et hoc recolimus, ut de omnis vinum et frudium, quod nobis ab ipsum pastenatorem in sorte venerit, tollad illud pars ipsius ecclesie medietatem, et nos omnes supradicti consortes medietatem, et de ipsi tari quod ab eum pro ipse castanee per annum tollimus, unum inde tollad pars ipsius ecclesie, et unum nos toti consortes; et postquam ammissum fuerit nobis per illis per supradictum hordinem rebus ipsa, medietatem sit ipsius ecclesie, et medietatem de nos predicti consortes et de nostris heredibus, et supradicta tradictione, quam ei tradidimus, est in ipsum locum albole ex illa pars aqua de albole in parte falerzo. Quod scripsi ego myrandus notarius feliciter.

† Ego romoaldus castaldus.

† Ego romualt.

DCXCIII.

A. D. 1016.

Quum charta huius anni penitus esset erosa, summarium praebemus:

† « Anno vicesimo octavo principatus Guaimarii, et primo anno Ioannis filii eius, men-

« se Maio, decimaquarta Indictione. Siko filius Adoaldi terras cum vinea apud Nolam, a « Cennamo filio Romoaldi, Aurestace filio Mundi et a quibusdam filiis Delecati emit tare« nis aureis quatuor.

Minime intelligi possunt subscriptiones notarii et testium; una tantum intelligibilis adest.

« Ego Iohanne presbiter me recolo esse.

DCXCIV.

A. D. 1016.

† In nomine domini bicesimo octabo anno principatus domni nostri guaimari et secundo [1]) anno domni iohanni eius filio, gloriosi principibus, mense augusto, quartadecima indictione. Memoratorium a me leo presbiter filius iohanni presbiteri, qui sum rector ecclesiae sancti angeli que situm est in locum apus-monte, ubi dicitur ad lenzara, Eo quod ante bonorum hominibus et iohanni comes filius vone memorie idem iohanni comiti, qui est unum de domini ipsius ecclesie, et ibique ante eum astantibus et subscripti testes, per demandationem ipsius comiti ad tenendum et laborandum et pastenandum arbustum et abellanee, quod tradidit iohanni filio peperati de eodem locum apus monte due pecie de terre bacue cum aliquante castanee et quertie, quod pars ipsius ecclesie habet in ipso locum in loco apus monte in plaiu de montecellum, ubi proprio dicitur ad caprulu per hec finis et mensuriis: prima pecia in pede a pars orientis fine domnica, latitudo sunt passi quadraginta duo: a pars meridie fine bia, que pergit ad ipsum castellum et pertange in fine domnica, longitudo passi centum sexaginta duo: de super capite a pars occidentis fine ipsius sancti angeli, passi triginta quattuor: a pars septemtrionis fine similiter ipsius sancti angeli, longitudo passi centum viginti quattuor; secunda pecia est per mensurie: a pars occidentis fine ipsius ecclesie, longitudo passi septuaginta octo; et rebolbente per ipsa fine in pars septemtrionis similiter fine de ipsa bia, longitudo passi sexaginta; et rebolbente in pars orientis fine ipsius ecclesie, passi quinquaginta sex, et est latitudo ipsa prima pecia in medium per trabersum passi triginta quinque ad iusto passum homini mensuratu; hec bero predicte pecie de terra per iamdicte finis et mensurie totum et inclitum illut

---

[1]) Potius: *primo anno Ioannis.*

cum omnia intro se abentibus, et cum bice de bie sue, pro pars et vice ipsius ecclesie, ego qui supra leo presbiter ad pastenandum arbustum et abellanee ipsius iohanni tradidit; unde pro taliter per domandatione ipsius comiti guadia michi ipse iohanni dedit et mediatorem michi posuit miru filius lotti et iaquintu filius leoni de eodem locum arcupintum; et per eadem guadia obligabit se suosque eredes tali hordine ut amodo et usque duodecim (*anni*) completi liceat ille et suis heredibus tota supradicta tradictio sue potestatis eos tenere et dominare, et fobee et omnis sue hutilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et totu eos pastinarent arbustum, et abellanee, et ipsum arbustu de bono vitineo; et quantum vinum vel frugens, et quicquit annualiter amodo et usque duodecim anni completi ibidem fecerint, totum sue sint potestatis, faciendum inde omnia quod voluerint, et nullam sortionem inde michi vel ad pars ipsius ecclesie deant. Ad completi autem ipsi duodecim anni quantum vinum ibidem fecerint, tertiam parte inde nobis vel ad pars ipsius ecclesie dare, et relique due sortis illut sibi abere, et ipse abellanee quod ibidem pastinarent, deant inde michi vel ad pars ipsius ecclesie tertiam parte dare, et relique due sortis illut sibi abere, et ipse castanee que ibidem abuerit, deant inde michi nobis vel ad pars ipsius ecclesie sicce medietatem, et illut sibi reliqua medietate, et de ipse glandi recollicte medietatem nobis vel ad pars ipsius ecclesie dare, et ipse tollat reliqua medietate; ad completi autem ipsi anni ille autem et suis heredibus abeant in tota ipsa terra per ipse finis et mensurie arbustum factum, operatum, et cultatum, et operatum, et ipsu abellane flant operatum de super et de subter, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ut bene paread operatum et surtum; et iam in antea omni tempore, dum ille et suis heredibus illut per ipse finis et mensurie tenere et laborare voluerit, totum sue sint potestatis eos tenendum, et fobee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem faciant, et totum ipsu arbustum et abto tempore illut laborarent et cultarent de super et de supter, sicut locus ipse meruerit, quatenus proficiant et non dispereant; et per vindemie tempore faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et ille et suis heredibus totum ipso arbustum abto tempore bindemiarent, sicut meruerit, et totum ipso vinum ibique ad palmentum inter nos dividamus: ego vel pars ipsius ecclesie vel ipso missum nostrum tollamus ipso vinum tertiam parte, et ille et suis heredibus tollat relique due sortis, et ubi paratus fuerit in ipso locum repositum alio vinum nostrum, adsignemus ei organeum vonum da vinum et per vos flat vonum conciatum, et ibidem reponant ipsa sortionem nostra de ipso vinum, et, dum ibidem steterint ipso missum, ille et suis heredibus illut nutrire secundum suam possibilitatem et darent palmentateca, sicut meruerit, et ipse abellanee abto tempore collixerit, deant inde nobis vel pars ipsius ecclesie tertia parte, et ille et suis heredibus tollat reli-

que due sortis, et de ipse castanee deant inde nobis vel pars ipsius ecclesie sicce medietate, et ille et suis heredibus tollat reliqua medietate, et que amodo et semper ibidem seminaberint, deant inde nobis annualiter tertiam parte de ipso terraticum, et relique due sortis illut sibi abeant; et quale tempore da ipso constitutum in antea illut tenere et laborare non boluerit, ille et suos eredes inclita ipsa rebus laborata et cultata remittant ad nostra potestatem, vel ad pars ipsius ecclesie, et liceat ille et suis eredibus inde disturbare reditum, si ibidem factum abuerint, et omnis sua causa mobilia, et ire cum illut ubi voluerint, sine contrarietate nostra vel de pars ipsius ecclesie; et si de ac terra salernitana exierint illis et suis heredibus pro aliubi ad abitandum, inclita ipsa rebus redeant ad potestatem ipsius ecclesie; et si infra tres anni hic fuerint rebersi ad abitandum, inclita ipsa rebus tradictione redeat ad illorum potestatem, ad tenendum illut in suprascripta ratione; et si ipso annu quando redierint, ipsa rebus laborata inbenerint, liceat inde ipso annum ipso frudium tollere illis qui ipsa rebus laboraverint, et si infra ipso constitutum ic non redierint ad abitandum, faciant pars ipsius ecclesie omnia quod voluerint. Quod si taliter omnia suprascripta mihi vel ad pars ipsius ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia obligavit se ipse iohannes et suis heredibus ad componendum michi vel ad pars ipsius ecclesie viginti auri solidi constantini, et omnia, ut superius legitur, per imbitis nobis compliret. Et hunc brebem scripsi ego sellictus presbiter et notarius huius apus monte.

† Ego petrus presbiter et abbas

† Ego nanigo

† Ego ioannes.

DCXCV.

A. D. 1017.

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimarii et secundo anno principatus domni iohanni eius filio, gloriosis principibus, mense ianuarius, quartadecima indictione. Ideoque ego maraldus filius ydem maraldi calbarosi, qui sum abitator de locum monte salernitane finibus, clarefacio habere una pecia de terra mea bacua, quod abeo in locum qui bocatur dossa a super flubio tusciano, que est per hec finis et mensuriis: a pars septemtrione sunt passi octuaginta hocto, et inde rebolbente in pars

meridie passi quadtuordecim, et inde rebolbente per fine richardi filii sichelgardi passi quadraginta sex: a pars orientis fine iohanni filii rocci, sunt passi biginti sex: a pars meridie sicut limite discernit......... passi centum quinquaginta hocto: a pars occidentis similiter fine limite, sunt a per ipso limite passi quinquaginta; et per trabersum da ipso limite qui est in pars meridie, et usque termite qui fictum est in aira que tando ibi est, sunt passi triginta hocto; et da ipso limite usque ipsa rebolta que est a fine ipsius ricardi per trabersum, sunt passi biginti duo, et per tote iste finis termiti ficti sunt: totum mensuratum ad iusto passum omini per iste finis et mensuriis congruum est mihi illut benumdare iohanni filio quondam andree; interea ego superius dictus maraldus, sicut mihi congruum est, bona mea bolumtate ante presentia lamberti gratia dei et ante alii subscripti testes benumdedi, adque ad semper abendum confirmo tibi exdicto iohanni tota et inclita ipsa pecia de terra per iamdicte finis et mensuriis, unde nullam mihi vel cuiquam ominibus, vel in quabis partibus exinde restitit, aut dicimus remanere sortionem, set transactivo nomine et a funditus illut vobis benumdedi, cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, et cum omnis monimen inde continentem, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque eredibus illut abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum que tibi tuique eredibus placuerit, apsque omni nostra nostrorumque eredibus contrarietate vel requisitionem; et pro confirmandam et stabiliscendam anc mea bindictione, nunc a presentis recepi a te iamdictus iohannes emtorem meum statutum pretium, i sunt auri tari boni numerum triginta unum in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit; de qua per bona combenientia mea bona bolumtate guadia tibi iohanni dedi, et mediatores tibi posuit petrus filius quondam petri de mareliano [1]), et lando clericus filius landoni, et grimo filius grimi; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantinianorum.* Et tali ordine te radoaldus notarius scribere rogabimus in locum monte salernitane finibus.

† Ego qui supra lambertus comes.

DCXCVI.

A. D. 1017.

† In nomine domini anno bicesimo octabo principatus domni nostri guaimari, et secundo anno principatus domni iohanni eius filio, gloriosi principibus, mense ianuarius, quinta-

[1]) *Mariliano,* nunc *Marigliano,* apud Nolam in Campania.

decima indictione. Ideoque ego prandi filius quondam ursi terra vindica, sicut mihi congruum est, mea quidem vona bolumtate ante mirandus iudex et alii subscripti testes per anc cartulam benumdedit tivi ingnelfreda congnati meo filio iohanni quartam parte de terra cum casa fravita solarata, quod abeo intus firmitate nuceria ipsa casa que dicitur da falco liotardi per ec finis: da pars orientis fine andito: de super fine casa de eredes maraldi camaliolu, sicut muro communale discernit: a pars occidentis fine media strectola: de subter fine casa iohanni frecentese, sicut inde medio muro discernit, et coniungente se ad ipso anditum priore fines; de ec vero terra cum casa fravita solarata, qualiter modo conciata et edificata est per iamdicte finis, inclita quarta parte tivi nominati ingnelfrede cum omnia sua pertinentia, et cum vice de ipso andito, unde nullam mihi, nec quarta uxori mee, nec cuiqua hominibus, vel in quavis partibus, nichilt inde restitit, aut dicimus remanere sortionem; set, sicut diximus, inclita ipsa quartam parte de iamdicta casa tivi nominati benumdedit, ac securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque eredibus eos abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, aut cuiqua ominibus contrarietate vel requisitione. Et pro confirmandam et staviliscendam anc nostra vindictione a presentis recepit a te qui supra auri tari boni octo in omnis deliveratione, sicut inter nos comvenit; de qua ego supradictus prandi per vona comvenientia guadia tivi iamdicto ingnelfreda dedit, et mediatorem tivi posuit iohannes filius idem iohanni bassi; et per ipsa guadia obligo me et meis filiis et eredes amodo et semper omni tempore defensems tuivi tuique eredibus inclita supradicta nostra vindictio cum omni sua pertinentia, et cum vice de ipso andito, a pars uxori mee et da omnis omines omnique partibus. Quod si taliter, ut superius legitur, illut tivi tuique eredibus non defensaberimus, et aliquit inde remobere aut contrare quesierimus; pro quavis modis vel ingenium, tunc primum omnium questio et causatio nostra et de nostris eredibus adbersus vos sit exinde tacita et bacua, et componere obligo me et meis eredibus per ipsa guadia tivi tuique biginti auri solidos constantinianos, et, sicut superius legitur, illut vobis defensemus, et questio et causatio nostra exinde tacita et bacua. Et taliter scribere rogavimus te romoaldus notarius, actum uius nuceria.

† Ego qui supra mirandus iudex

† Ego iohannes clericus

† Ego ioannes.

DCXCVII.

A. D. 1017.

✝ In nomine domini domno basili dibina gratia imperator augusto, deo propitius, sexagesimo anno imperii eius, et cum eo regnante domno constantino frater eius, sanctissimis imperatoribus nostris, mense ianuario, quintadecima indictione. Ego mulier nomine alferada filia quondam landoni, qui sum commorantes intus cibitate luceria et uxor scilicet gutti filii iohanni, declaro enim me pertinentem michi abere a landenolfus verus germanus aliquanti ordines de vinee in excla illa pars flubio salsula, in vicum qui dicitur ad ipse vinee, que hisdicta vinea michi vindere congruum est, et michi exinde mea congruitate perficiendam. Set audientes nos ea que inferius lex langnobardorum de mulieribus continet, ut si qua mulier res suas venundare voluerit, non in absconso set in presentia iudici, seu duo vel tres parentes suos secum abeat, Ideo feci exinde notitiam predicto gutti viri mei quam et cotunei filio simeoni et petri filio iohanni clericus verus germanus meus, ut michi predicte mulieri iusta legem fieret consentientes; at illi michi consentientes fuerunt. Interea una cum ipsis et cum eodem vir meus, presentia magelfrit iudicis et aliis nobiliores hominibus qui hic subter conscripti sunt, ibimus, et hanc causam eis per hordinem intimabimus, atque prefato iudici obsecrabimus, ut michi predicte mulieri iusta eadem legem preberet licentiam vindendi. Predictus iudex, dum me vidit, diligenter me inquisibit, ne forte ab ipso viro meo, aut a quabis ominem, aliquam pateret violentiam. Ego vero vona mea indicabi esse volumptate absque ulla violentia. Predictus iudex, dum absque ulla violentia nos esse conspexisset et vona mea agnobisset volumptate, ideo michi firman vindendi tribuit licentiam. Post namque accepta licentiam ab eodem iudice et iusta legem michi consentientem ipse vir meus, quam et iamdictis parentibus atque consentientibus meis, qui una nobiscum manum imposuerunt, sic nobis congruum et abtum esse videtur, vona etenim nostra volumptate per hanc quoque videlicet cartulam vindedimus tibi radelpoti filio quondam guautii integram et funditus ipsa iamdicta vinea que abet fines. De prima pars, quod est a fine tuaque comparatori, inde sunt ad iustum mensuratum hominis mediocris persona, qualiter in ipsa porta uius predicte cibitatis consignatum est, numero passi quadraginta duo: De secunda namque pars, quod est a medio limite et fine tuaque comparatori, inde sunt passi viginti: De tertia vero pars, quod est a fine ipsa via puplica que vadit infra ipse vinee, inde sunt passi quinquaginta uno: De quarta autem pars, quod est a fine ipsa trasita de ipse vinee et ipso puteo et fine ipsa vinea iohanni filii io-

hanni, inde sunt usque in prioras fines passi quattuordecim. Inter iste namque finis et mensure, que superius cernitur de fine in finem, quantum infra claustrum est de ex eodem vinea, unde nec nobis, nec ad eredibus nostris, verum etiam neque ad nullum quempia hominem ibi aliqua portio reserbabimus requirendi; Set qualiter edificiata est ea vinea, una cum mediis limitibus, et cum viis et anditis suis, et cum legitima ingressa et regressa sua, et cum integra sorte de ipso puteo, et cum inferius et superiusque suis, et cum suis omnibus pertinentiis integra, velut prelegitur, ipsa iamdicta vinea venundedimus tibi cuiusdicto radelpoti emptori nostro possidendum. De quo pro constaviliscendam tibi atque confirmandam hanc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presentem recepimus a te predictum emptorem nostrum duo aurei solidi soterici voni per caput; finitum est enim, ea videlicet ratione, ut amodo et semper eadem nostra vinditionem integra, velut prelegitur, abere et possidere baleatis et faciatis exinde, quemammodum tibi, vel ad tuis eredibus placuerit, sine nostra et de nostris eredibus requisitionem. Unde guadia tibi dedimus et mediatorem tibi posuimus falco filius iaquinti, et obligamus nos et nostros eredes vobis cuiusdicto emptori nostro vestrisque obligamus eredibus, ut hanc nostram vinditionem integra, velut prelegitur, nos vobis ab omnibus hominibus ab omnibus partibus antistare et defendere debeamus ; quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quabis ingenium hanc nostra vinditione vobis retornare aut remobere quesierimus, primis omnium questio nostra inanis et tacita sint, et decem aurei solidi constantini nos et nostros eredes vobis cuiusdicto emptori nostro vestrisque eredibus componere obligamus, et in antea taciti et confusi maneamus per invitis per supradictam rationem, et per supradicta guadia et iamdictum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pignerandum omnia pignera sua legitima et inlegitima, tamdiu, donec per invitis adimpleamus vobis iusta uius textum cartule, et hanc cartulam nostre vinditionis aput vos omni tempore firmam et stabilem permaneat. Quem te deusdede diaconum et notarium hanc cartulam nostre vindictionis asscribere rogabimus, Actum in civitate luceria, Qui et interfui Mense et indictione superscripsi feliciter.

† Ego qui supra agelfrid iudes

† Ego poto teste

† Ego adelmanno teste sum.

DCXCVIII.

A. D. 1017.

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus domni nostri guaimari, et secundo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense februarius, quintadecima indictione. Die quadam, dum essem ego ragemprandus iudex in sacro salernitano palatio, quoram presentia suprascripte potestatis venit infantem infra etatem, nomine angelus filius disigi de corianu, et cepit ipse infans reclamare et dicere, ut a famis penuriis paterent et non aberent unde viverent, et querebant solutionem accipere, ut ubique de rebus sua vindere, ut tempus famis evaderent: ipse misericordissimus princeps, dum congnovit quod ipse infans penuriis famis paterent, dedit illi missum suum, ut secundum legem ipse infans de rebus sua vindere in tantum, ut tempus famis evadere, et michi nominati iudici precepit inter illis exendum, et dauferi notario cartula inde scribere precepit, ut absque damnationis legis securus inde manerent; et dixit ipse infans abere una peciola de terra in ipso locum correianu cum aliquanta pomifera et aliquantum cannietum; et est per mensuria: de pede fine via, inde passi decem: de super capite fine termiti et media sepe, inde passi septem et cubitum: de uno latere fine fugardi thio ipsius infantuli, sicut termiti ficti sunt, inde passi sidecim: de alio latere fine ipsius infantuli, inde passi quindecim ad iusto passum. ista pecia per ipsa mensuria querebat ipse infans cum genetrice sua nomine purpura venumdare pro ipsa penuriis famis, et ipsa mulier secum abentes duos parentes, i sunt ipse fugardus et iohannes germano suoque mulieri; sic itaque acta, nos iamdicti mater et filius ante ipsum iudex et subscribti testes per anc cartulam venumdedimus adque ad semper abendum confirmavimus tivi iaquinti filio petri, tamen ego iamdicta mulier per consensum et bolumtatem ipsorum parentibus et mundoalt meis, qui in ac cartula cum ipso iudex suis manibus posuerunt, ipsa pecia per ipse finis et mensurie, cum omnia infra se abentibus et suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, ad securiter et firmiter amodo et semper tu et tuos eredes illut abendum, dominandum, possidendum, omnia inde faciendum quod bolueritis. unde pro confirmandam et staviliscendam anc nostra vindictione a presentis recepimus a te exinde statutum pretium, i sunt auri tari undecim in omni deliberatione, sicut inter nos combenit; finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, nos iamdicti mater et filius guadia tivi nominati iaquinti dedimus, et mediatores tivi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostros eredes semper defensandum tivi tuique eredibus inclita suprascripta nostra vindictione da omnis

homines omnique partibus, et non illut vel exinde vobis tollere aut contrare queramus; et quando volueritis per vos ipsis inde exet auctores et defensores, vice nostra potestatem abeatis, qualiter bolueritis, cum omnis rationem quam inde abueritis; et si taliter, sicut dictum est, illut vobis non defensaverimus, et aliquit de omnia suprascripta removere aut contrare quesierimus, seu si quodcumque causationes inde vobis preposuerimus, componere obligavimus nos et nostros eredes vobis vestrisque eredibus decem auri solidos constantinos et, sicut superius legitur, vobis adimpleamus. Et taliter scribere rogavimus te superius dauferius notarius, actum salerno.

DCXCIX.

A. D. 1017.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et sesto anno principatus domni paldolfi filii eius, mense aprilis, quintadecima indictione. Ydeoque ego petrus filius quoddam petri, eo quod ante maraldus iudicem et aliis nobiliorum subscriptorum testium declaro me abere rebus in loco baneo et per alia singnula loca in finibus et pertinentiis de comitatum de abellino, et casa intus cibitatem de predicto abellino, pertinentem michi da risu filio roderisi et per monimen, et congruum michi est illut donare mari filio iohanni. Quapropter ego qui supra petrus, sicut michi congruum est, bona etenim mea boluntatem et per eadem cartulam dono tibi mari filio iohanni integram ipsam predictam rebus de loco baneo, quam et de aliis locis de comitato abellini, cum integram ipsa casa de intus eodem cibitate abellini, sicut michi pertinuit da supra nominato risu, cum integram ipsa monimina qui de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentem: tantum reservo ego qui supra petrus ad meam potestatem integram quartam partem, quod ego pertinentem abeo in ipsa curte de predicto loco baneo; et ipsa predicta curte est per hec finis: de duobus partibus fine rebus sancti benedicti: de alia parte fine quod est inter ec et rebus de eredes genci: de quarta vero parte fine rebus de eredes bassi et badit in via puplica, et qualiter vadit per eodem via puplica usque in rebus sancti benedicti prioras fines; infra iste supradicte finis ex ea curte reserbo michi qui supra petri in pars predicti sancti benedicti rebus idem monasterii integram quartam partem ad meam proprietatem; nam ipso alio totum adque integrum illut tibi donabit; insuper et dono tibi omnibus meis mobilibus, quod modo abeo et quod in antea diebus bite mee qualitercumque parare aut conquidere potuero, tam de mobilem quam et de stabilem, et

ipsis rebus quod tibi donabit, hec sunt: curtis, ortatis, bineis et binealis, castanieta, quertieta, cerreta, monti, plano, cultum adque incultum, et intrinsecus casis, omnia et in omnibus ubicumque de rebus et casis meis inbentum fuerit in abellino et in iamdicto loco baneo et per alia singula loca, in finibus et pertinentiis de comitato abellini, totum adque integrum illut tibi mari donabit una cum inferius et superiusque, cum viis et anditis suis, cum aquis, cum omnibusque suis pertinentiis, et cum ipsa moniminas, qui de ipsis rebus et casis sunt pertinentes adque continentem, ad semper abendum et possidendum tu et tuos heredes, et cui per vos datum vel alienatum esse paruerit et illorum heredibus, et faciendum exinde omnia, quomodo et qualiter bolueritis, sine contradictionem meam et de meis heredibus aliqua requisitione. Et pro anc mea donationem confirmandum adque constabiliscendum continuo recepit a te iuxta legem launegilt mantellum unum qui inter nobis combenit; finita est eadem meam donatio, et unde obligo me ego qui supra petrus et meis obligo eredibus tibi eidem mari et ad tuis heredibus obligamus nos. Quod si aliquando tempore eadem mea donationem, uti prelegitur, per quacumque inbenta rationem retornare aut remobere quesierimus, querendum vobis inde aliquid tollere, vel minuare, aut remobere quesierimus, aut de nostra subtraere proprietatem et dominationem, aut si illut tibi et ad tuis heredibus, et cui per te datum vel alienatum paruerit et ad illorum heredibus, ego et meos heredes non defensaberimus da me et da meos heredes, et cui a me datum aut obligatum paruerit, et da illorum heredibus non defensaberimus secundum langobardorum legem, Ideo ante omnia questio et causatio nostra exinde vacua et tacita sint, et quinquaginta solidi aurei constantini ego et meos eredes tibi et ad tuis heredibus componere obligamus, et in antea per inbitis semper tacitis et contentis permaneamus, adque per invitis illut vobis defensemus, sicut supra vobis obligati sumus, per supradicta obligata pena; de aliis vero hominibus vel partibus siatis inde per vos autore et defensores, cum ista cartula et cum ipsa monimina, que de ipsam rebus et de ipsa casa sunt continentem et pertinentem, ut liceat per vos inde autores et defensorem causare et contendere, et per vos defensores essere, sicut et nos facere debuissemus, et securiter possideatis; et omnem combenientiam vel diffinitionem quod inde feceritis, stabilem essent permaneant, sine contradictionem meam et de meis heredibus per supradicta obligata pena, et semper illut defensemus omni tempore da ipsa uxor meam, et qui pro parte eius inde causaberit per eadem obligata pena. Quod te gualfus subdiaconus et notarius scribere rogavit in abellino mense et indictione feliciter.

† ego qui supra maraldus

† Ego alamanno.

DCC.

A. D. 1017.

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni landolfi gloriosus princeps, et sexto anno principatus domni paldolfi filii eius, tertia die stantes mense aprelis, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me petrus filius eiusdem petri, qui sunt nativo de loco sirino [1]), eo quod ante presentia iaquinti iudicem et aliis noviliorum subscriptorum testium clarefacio, quoniam ante os dies causavit cum mauro filio vassi dicendum, ut malo hordinem et sine ratione introisset in ipsa rebus mea de loco vaneo, qui modo est pertinentem da risando filio roderissi, et per unum brebem dibisionis, sicut unum brebem meum ex ipso iudicio continet. Modo quidem ego supradictus petrus paratus fuit secundum legem cum evangelia ipsius prenominati mauri, ut persolberet michi ipsum sacramentum, sicut michi guadia datam abuit; set antequam ex oc inter nos per legem diffineremus, orta est inter nobis exinde vonam conbenientiam. statim manifestavit ego eidem una peciola de rebus de iamdicto loco baneo ubi ortale dicitur, ut inde eorum sortem non querere, nec cum ipsi, nec cum illorum heredibus exinde non causare; et continuo vona sua voluntatem ipse iamdictus mauro manifestavit se michi de totam et inclitam ipsam rebus meam de iamdicto loco vaneo et de omnes calunnias et cuntas questiones, sibe de antea aut de postea, unde me aut meos heredes querere potuerit; et ego ibique presens vona mea voluntatem donavit ei ipsum sacramentum, et recepit exinde ab eo iusta legem launegilt mantellum unum. Et talem obligationem michi fecit ipse iamdictus mauro, et obligavit se et filiis suis et suos heredes michi iamdicto petri quam et ad meis heredibus. Quod si aliquando temporem de integram ipsam rebus mea de iamdicto loco vaneo, sicut ipsum brebe dibisionis continet, causare aut contendere presupserit per quacumque inbentam rationem, volendum exinde nobis aliquit tollere, aut contrare, vel minuare, seum de nostra subtrahere propietatem et dominatione, Ideo ante omnia questio et causatio eorum vacua et tacita sint, et quinquaginta solidi aurei constantini ipse et suos heredes michi quam et ad meis heredibus, vel cui istum brebem pro parte nostra in manu paruerit, componere obligavit, et in antea per inbitis semper tacitis et contentis permaneat per

---

[1]) *Sirino*, hodie *Serino*, pagus intra fines Salerni et Abellini.

eadem obligata pena. Ego gualfus subdiaconus et notarius oc brebe scripsit et interfuit in abellino feliciter.

† Ego qui supra iaquintus

† Ego ademari.

DCCI.

A. D. 1016.

† In nomine domini vicesimo nono hanno principatus domni guaimarii, et secundo anno principatus domni iohanni eius filii, gloriosi principibus, mense magius, quintadecima indictione. memoratorium factum a nos amatus et petrus germani filii petri, eo quod ante subscripti testes per bona combenientia tradidimus nos risi filio domnandi inclite sortionis nostre de rebus nostra cum castanieta et silvis, quod comuniter abemus in montibus, ubi dicitur decemmari finibus salernitanis, pertinentes nobis per gradum successionis parentum nostrorum infra hec finis: a pars septemtrionis fine via que deducit ad foce de decemmari, sicut vadit usque in aqua da saranianu: de alia parte ab oriente fine de hominibus sararianisi: a meridie fine similiter de ipsi saranisi, sicut vadit per cilio de monte usque in fontana, et da ipsa fontana pergente per fine de coperclisi hominibus, qualiter vadit per cilio de monte usque toru rotundum: de super parte ab occidente fine nostra et de consortibus nostris, inde se coniungente ad ipsa foce de decemmari priore fine. De hec vero rebus infra nominate finis inclite sortionis nostre, quod est hoctabam partem, nos ipsius risi tradidimus. Unde pro taliter pro bona combenientia guadia nobis ipse riso dedit et mediatorem nobis posuit se ipsum; et per ipsa guadia obligavit se tali tinore, ut amodo usque decem anni completi ille et eius eredes sue potestatis eos tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iuxta rationem ibi facere, et ibidem roncare, et excampare, et seminare, quantum inde lavorare potuerit illis et hominibus, quod illis ibidem miserint, et omnis victualium seu linum quod ibidem fecerint, totum eos sibi abeant: preter tantummodo deant nobis nostrisque eredibus terraticum iuxta consuetudinem ipsius locis, et per tempore aree faciant nos scire, ut recipiamus ipso terraticum, et per omnis annum per ipse aree deant nobis nostrisque heredibus uno pario de pulli boni ; quod si taliter omnia suprascripta ipse riso eiusque heredes nobis nostrisque heredibus non adinpleverint, vel aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia obligavit se suosque heredes ad compo-

nendum nobis nostrisque heredibus decem auri solidi constantini et omnia suprascripta per invitis nobis compliret, et hunc brebem scripsi ego iohannes clericus et notarius qui interfui.

† ego petrus

† ego ademari.

DCCII.

A. D. 1017.

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimari, et tertio anno principatus domni iohanni eius filio, gloriosi principibus, mense nobember, prima indictione. Ideoque ego urso filius quondam andree, sicut michi congruum est, mea bona boluntate per anc cartulam ante subscripti nobilibus benumdedit, adque ad semper abendum confirmabi tibi ademmari filio quondam domni sergi, qui fuit dux et imperiali patricio cibitatis amelfitanorum una pecia de terra mea cum binea de locum felline finibus salernitane, et est per ec finis et mensurie: a partibus meridie fine limite, inde sunt passi sidecim: a pars occidentis fine sicut medio rofaneo discernit, inde passi quadraginta sex minus pedes duo: de super a parte septemtrionis fine sicut medio rofaneo discernit, inde sunt passi duodecim minus summisse uno: a parte orientis fine petri, sicut termiti ficti sunt, inde passi triginta nobem minus palmum unum, et quasi per medium per trabersum sunt passi quattuordecim, totum mensuratum ad iusto passum hominum. Ec bero terra cum binea per supradicte finis et mensurie inclitam illam tibi iamdicto ademmari, sicut dictum, benumdedit, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuisque eredibus inclita supradicta mea bindictione abendi, possidendi, dominandi, omnia exinde faciendi que bolueritis, asque omni mea vel de meis eredibus contrarietatem vel requisitione; unde pro confirmandam et stabiliscendam vobis anc mea bindictione nuc a presentis recepi a te iamdicto ademmari emtorem meum statutum pretium, i sunt auri tari boni numerum quadraginta in omnis deliberatione, sicut inter nos combenit. de qua per bona combenientia ego supradictus urso guadia tibi iamdicto ademmari dedit, et mediatorem tibi posuit me ipsum; et per ipsa guadia obligo me et meos eredes amodo et semper antistandum et defensandum tibi tuique eredibus inclita supradicta mea bindictione, cum bice de bia sua, a pars uxori mee et da omnis omine omnique partibus,et pro ad defensionem vos semper abendum dedimus tibi tres scriptionis con-

DE REBUS VERO ECCLESIARUM, que usque nunc per verbo domni regis homines secularem in beneficium habuerunt, ut in antea sic habeant nisi per verbo domni regis, Ad ipsas ecclésias fuerint revocatas, et si de usque nunc ad partem aecclesie nonas et decimas exivit, Et nunc in antea faciant, et insuper ad illam aecclesiam, de L catos solidum I reddat, de triginta medietatem solidorum, de XX trimisse I; et qui usque nunc alium censum dedit in antea, sicut prius fecit, ita faciat. Et unde usque nunc in illum censum exivit, et ipsis regis legibus aecclesiae sunt, censentur, et ubi non sunt, scribantur, et sint descriptio inter precaria, et de verbo dominico factas et inter eas quas episcopi, et abbates, et abbatisse eorum arbitrio, vel dispositio faciunt, ut liceat eis quandoquidem eis placuerit rex, quas beneficiaberint, ad partem ipsius aecclesiae recipere facientes, ut unusquisque homo ad causam dei In onore deo fideliter et firmiter deserviant [4]).

---

scritto nel Cod. Cav. in una sola continuazione, nel Muratori è diviso in tre leggi distinte LXXXIV, LXXXV, LXXXVI.

[1]) Il Muratori ha: **et si comes sine culpa per invidiam.**

[2]) Mur. LXXXVI.

[3]) Concorda col N. CLV del Muratori — *Additamenta ad capitularia Caroli Magni.* — Il nostro Codice però si avvicina in questo Capitolare più al Baluzio, che al Muratori, in cui non si legge il nome **Pipinus,** come nel nostro e nel Baluzio, neppure la voce **sinodos.** Ecco il testo Muratoriano. « **Ut quae bonae memoriae Genitor noster in sua Placita constituit, et sic nos conservare** « **volumus** ».

[4]) Questo capitolare in parte concorda col CLVI del Mur., ed in fine pare che trovi un riscontro nel Cod. della Città di Modena citato dallo stesso autore (ibid. pag. 113 Nota 104). La parola **catos** del nostro Codice non saprebbe spiegarsi. Ma forse il copista del Codice Cavense

Placuit nobis caroli gloriosissimi regis, ut vitia que nostris temporibus in sancta dei aecclesia emerserunt, eradicentur et evellantur.

Volumus igitur preordinante domino, aecclesias nostras secundum auctoritatem canonum ordinare, et ordines clericorum disponere.

Monasteria que iam pridie regulares fuerunt, tam virorum quam et puellarum, seveoquae sub nostro regimine dominios iste sunt, Volumus, Ut saecundum regulam disponantur et vivant, et si abbas vel abbatissa, sine regula vibere, seu inordinatis inventi, vel invente fuerint, si correpti, vel correpte emendare noluerint, aniciantur, et de ipsa congregatione, si digni inventi fuerint, Abbate, vel abbatissa eligantur. Si autem aliunde monasteriis regularibus similiter.

DE SINODOCHIIS.

De sinodochiis vero noviter institute pertinentibus, Ita censimus, ut presbiteros ordinate sunt, et nulla violentia, Aut superposita, ab episcopis suis, seu dominationis, de titulis patiatur, sed secundum canonica institutionem et antiqua consuetudine faciant.

Quando episcopus sua parrochia circa non plus hab eo exigat, vel capiat nisi secundum canones vel antiqua consuetudinem, et oppressionem ab aepiscopis eiusdem, quam hominibus ipsa ples non patiatur.

Ut tam episcopi quam et presbiteri, seu diaconi, vel abbates, et monachi, nulla venerationem ipse facere presumat, Aut ipse presente sunt, neque nulla locorum genera ante se fieri permittantur que contra canonum auctoritate eveniunt.

De stipendiis quoque clericorum volumus, ut tam de reditum, vel obligationem fidelium pleniter secundum canones ipsi clerici habeant.

Ut prepositi cardinalium aecclesiarum obedientes sint episcopis suis, et aepiscopi ei ad suis vel ab alii iniustis utilitatibus explere non presumant absque culpa, et iusta rationem, et nulla eius per violentia imponatur.

Propter ordinationes, vel consecrationes presbiterorum, ceterumque clericorum, nulla nos premia amodo accepturas promittimus, neque ab ipsis, neque a parentibus, vel amicis eorum, neque palam, neque occulte.

---

voleva scrivere **casatos** e scrisse **catos**. Il Muratori dà la seguente spiegazione della parola **casatos** nella citata Nota 104). « *Erant* **casati** *hominis servilis conditionis, et fortassis etiam aliqua* « *libertatis parte donati* ».

Exenio vero, que ecclesiis noviter imposite sunt, amputanda, et non maiora quam consuetudo fuerant, accipienda sensimus.

De decimis vero, quae a populo implebibus vel bastismalium aecclesiis offerunt, nulla exinde pars maioris aecclesiae vel episcopo inponatur.

Volumus primo, ut neque abbates, Aut presbiteri, neque diaconi, neque quislibet de cleros, de personis suis, ad publica, vel ad secularia iudicia traantur, vel distringantur, sed a suis episcopis, aut iudicati iustitiam faciant. Si autem de possessionibus aecclesiasticis seu propriis, super eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantes cum misso suo ad episcopo, ut faciat ei per abbocato iustitiam percipere. Si vero talis aliquam inter eos intentio [1]) horta fuerit que per se pacificam non vellit, Aut non possint, Tunc per abbacatus episcopi quale iusserit, ipsa causa ante comiti, vel iudice veniat, et ibi secundum iustitiam rationem finiatur ante eius posito persona clericorum, sicut supra dictum est [2]).

Ut de clericis, seu monachi vagantes, sive de ipsa parrochia, seu aliunde supervenientes, sine consensum episcopi ne suscipiantur.

Ut aecclesiis baptismalis ab his qui debent, restaurentur, Et singulis prout possibilitas fuerit restaurandi, non supra reputetur. Hec ideo dicimus quibus in quibusdam locis quosdam per pecuniam consentientibus magistri, Sed subtrahentibus magistri, subtrahentibus audivimus; Ideo homines ecclesiasticos per aecclesiae ministerio ordinare oportet.

Ut placita publica, vel secularia, neque comite, nec nullo ministros suos, vel iudices, nec in aecclesia circum iacentibus, vel coherentibus, nullatenus teneatur [3]).

Ut servi aldiones, libellarii antiqui vel illi noviliter facti [4]), qui non fraude, nec per alio inge-

---

[1]) « **Intentio,** *quae legitur in edictis, idem olim significabat atque* **contentio** ». (Murat. pag. 105 Nota 27).

[2]) Mur. XCIX.

[3]) Mur. CXX.

[4]) « **Aldii** *sive* **Aldiones** *tam masculi quam feminae distinguebantur a proprie appellatis servis.* « *Ad quasdam operas, rurales praesertim, praestandas se obbligabant, at minime ab arbitrio pleno* « *dominorum pendebant, quippe ab iis jam aliqua libertatis specie donati.* — (✝ Du Cange Gloss. « v. **Aldius.** — **Libellarii**, *servi per* **Libellum,** *seu per chartam manumissi. Libellarii antiqui, vel* « *noviter facti. . . .* ». (Id. ib. v. **Libellarii**).

nio de publico se subtrahentes, sed pro sola paupertate, et necessitate terra aecclesiae colunt, ut colenda suscipiunt, non ad comiti, vel a qualibet ministros illius ad ulla angaria, seu servitio publico, vel privato cogantur, vel compellantur; Sed quicquid hab eis in se agendum, a patrono vel domino suo ordinandum est. Si vero de crimine aliquo accusantur, episcopo primo compelletur, et ipse per advocatum suum secundum quod lex est, iusta condicionem singularum personarum iustitia faciant. Sin vero, sicut in alio capitulare nostro scriptum est, ita faciant ceteri vero liberis hominibus qui vel commendationem vel beneficium ecclesiasticum habent, ista faciant [1]).

Audivimus etiam, quod iuniores comitum [2]) vel aliquis ministri reipublice, sive etiam nonnullis fortiores bassi comitum, aliquas retributiones, vel collectiones, quidam per pastum, quidam etiam sine pastum, quas idem precandum exigere solent, similiter operas collectiores frugum arare, Sementare, Runcare, caricare [3]), vel cetera his similia, a populo vel per alia machinationes exigeret consueverunt; Non tantum ab aecclesiasticis sed etiam a reliquo populo, quae omnia nobis et ab omni populo iusta emendationem videntur, quia quibusdam locis in tantum inde populo oppressus est, ut multi ferre non valentes, per fuga ad domini vel a patronibus suis lapsi sunt, Et ipsa res in solitudine redacte, A potentioribus autem expontanea tantum voluntatem, vel mutua dilectionis volentibus solacia prestare invicem minime prohibemus [4]).

De pontificibus vero, vel reliquis similibusque aecclesiasticis per iusta et antiqua consuetudine, cum reliquo facere debent, Hoc precepimus, ut rector aecclesiae interpellent et ei secundum quis possibilitas fuerint, sua portio deputetur. Et per alia exactore ecclesiasticos honore non compellentur. Si vero comiti pro penam prepositum operis pignerare iusta

---

[1]) Mur. C.

[2]) « *Juniores appellantur in veteribus Tabulis magistratus ac officiales Comitum, vel Judices in-* « *ferioris ordinis, qui majoribus suberant* ». (Du Cange Gloss. V. **Juniores**).

[3]) Mur. non ha **caricare** ma **carrucare**. Nella Nota poi 54) pag. 108 scrive: **carrucare** *hoc est* « *quod nos appellamus* carreggiare , far di carreggi. *A carruca vehiculo, cujus nomen a currus,* « *sive* **carrus**: *quod et veteres dixere. Ex* **carrucare** *sive* **carricare** *descendit Italicum* **caricare,** « *quod primo dictum est de onerando currum* ».

[4]) Mur. CXXI.

estimationem, vel quantitatem, inperfecti operis quousque proficiantur; Comes autem si neglesserit, a rege vel ministri regis iudicandum est.

Decimis ut detur et dare nolentibus secundum quod annum preteritum denuntiatum est, a ministris reipublice exigatur. Idest, eligatur tres, vel octo, obtimi homines, vel pro opus fieri de singulis plevibus iusta quantitate testes existant, ubi date vel donate fuerint, hoc ideo nec ibi iuramento aliquis faciendi necessitas contingant. Ideo tamen tantos testes mittendo dicimus, ut ipsi semper in dandis decimis presentes esse pariter necesse sit, sed ut pluribus committimus, minus gravetur; in duabus autem si adfuerit, sufficere credimus; neglegentes, aud a presbiteris admoneatur aecclesiarum, usque ad tertiam vices, ut ipsa decima dent; quod si contempserint, ab introito aecclesiae probibeantur; et si tunc minime emendaverint, a ministri reipublice districti singuli per capud sex solidi aecclesiae componant, et insuper decimas dare cogantur. Nam si iterum contentiores estiterit, Tunc per publica auctoritatem domum, vel caseorum, guiffentur, quousque pro ipsa decimas, sicut supradictum est, satisfaciat; quod si de minores vellent, vel contradictores esset et supra guiffa [1]) sua auctoritate intrare presumpserint, Tunc a ministri reipublice in custodiam mittantur, usque ad iudicium publicum perducantur, et ibi saecundum legem a comiti, vel parte publica componantur. Reliqua autem vero, ut supra dictum est, decimis et sex solidos contra ecclesia satisfaciant, et interim, ut supra dictum est, inter cetera pia christiani opera servare contempnit, quousque in sequenti conventum mense obtubrio conditum est, nisi forte a rege aliter precipiantur aliquid melius adendum, mutandum, vel deo duces inveniatur.

XLIIII. Qui subdiacono hocciderit, CCC Solidos componat. Qui diacono, CCCC. Qui pbr, DC. Qui episcopum, DCCCC. Qui monachus, CCCCXLV. Si quis immunitate damnum aliquis fecerit, DC solidos componat [2]).

INCIPIT CAP. QUOD DOMNUS IMPERATOR INSTITUIT A QUIS PALATIO CAPUT I.

De illi hominibus qui propter eorum culpas ad morte fuerunt iudicati, et postea ei vita fuerit

---

[1]) « **Guiffa,** *signum possessioni appositum, unde* **Guiffare,** *signum apponere* ». (Du Cange Gloss. v. **Guifa, Guiffa**).

[2]) Questa legge corrisponde al principio dalla legge, o Capitolare, CI del Muratori; il quale ha: **qui Monachum**, **CCCC**, non **CCCCXLV**. Nel nostro Codice prima di questa legge si vede scritto in rosso il N. XLIIII.

concessa, si ipse iustitia ab aliis requisierint, Aut aliis hab eis iustitia querere voluerint, qualiter inter illos iudicium terminentur.

Placuit nobis de illis duobus causis, pro quibus iudicatum fuerit ad mortem, nulla facere potest repetitione, quia omnis rex suas, saecundum iudicium francorum, in publico fuerunt reputatas. Et si aliquis postmodum, postquam ei vita fuerunt concessa, cum iustitia acquirere potuerit, in sua libertate teneat et defendat, et testimonium non recipiatur. Nam inter sclavinos legem iudicandas locum non teneant, et siad sacramentum aliquid ei iudicatum fuerit quod iurare debeat, et si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere voluerit, cum arma contendat [1]).

Si aliquis post iudicium sclavinorum fuerint vita concessa, et ipse postmodum aliquam perpetraverit et iustitia reddere non voluerit, dicendo, quod mortuum sit, Et ideo iustitia facere non debeo, Statutum est, ut superiore iudicio sustineat, quod antea sustinere debeat; et si aliquid male fecerit, secundum aequitatis ordinem licentiam habeat sua iustitiam querere, de causis vero perpetratis postquam ad mortem iudicatus est, de preteritis maneat, sicut superius disiudicatus fuerit.

De latrone formannitum, si liber homo susceperit, XII solidos componat et servus CXX ictu persuissionibus.

Ut omnis qui latrones in forvanum bapulent miserint vicinis suis, alius comitibus notum faciant, eundem latronem adesse forbannitum, ut ille eum recipiant.

Ut nullus alii de liberis, alii de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogantur, aexceptis sclavinis et bassis comitum, nisi qui causam suam aut querere debet, aut respondere.

Ut testes ad testimonium dicendum premium non conducantur et nullum testimonium dicat, aut sacramentum iuret.

Ut abbates, qui monasteribus presumit, volumus adque iuvemus, ut secundum regulam vibat et doceant, et de subiectis de hoc quod illis, et carnaliter et spontaliter ministrare curent, et vigilantiam habeant.

Ut abbates qui canonica debent, norma illius similiter suis prevideant clerici, sicut ordo canonica docent, iusta vires decertent, qualiter ipse ordo ibidem servetur. Et ut officio devitum ipsum explere queant, et ordinem suum custodiant quam pre cetera delectamenta

---

[1]) « *Armis contendere, judicio duelli se purgare* ». (Du Cange Gloss. v. **Arma**).

voluntatum secularium vacare non desinant, ne sorte constringat eos in servitio domno imperatore, que esse occupatus, et hoc ad tempus erit, non semper.

Ut comes pleniter iustitiam diligant et iusta vires expleant, et iusta sancta dei aecclesiae vigilante cura instent, et orphanorum, viduorum, pauperum, et omnium qui in eorum ministerium commanent, de quacumque causa ad eos venerint, querellam plenissimam hac iustissimam deliberationem definire decertent, Et sicut rectius et iustius est, ita agatur, et ut primitus ad placita eorum orphanorum et viduorum, nec non et pauperum causa deliberent, Ne propter aliqua dilatationem eorum iustitiam ad iudicibus dilatentur [1].

Volumus, ut episcopi et comiti concordiam et dilectionem inter se habeant, ad dei et sancte aecclesiae pro testamentum peragendum [2], ut episcopo suo comiti, ubi ei necessitas poposcit, adiutor et exortator existant, qualiter suum ministerium explere possit. Similiter et comiti faciat contra suum episcopum, Ut in omnibus illis adiutor sit, qualiter in sua parrochia canonica possit adimplere ministerium [3].

Precepimus etiam comitibus, fidelibus domni imperatoris nostri [4], que utcumque de rebus ecclesie beneficium habent, pleniter nonas et decimas ad ipsam ecclesia donent absque ulla deminoratione, in quantum melius possint, et iusta possibilitatum, quando necessitas exigit de operas [5], ad ipsam aecclesiam restaurandam adiutorium faciant [6].

Et vos episcopi [7] qui omnium vos nonas et decimas accipitis, in vestra providentia sit, qualiter aecclesie et cappelle que in vestra parrochia sunt, emendentur et luminaria ei prevetis, Ut presbiter in eis vivere possit [8].

Ut nemo alterius clericus sine commendationis, aut immissoris licteris recipere audeant [9].

---

[1]) Mur. LVIII.

[2]) Invece di **pro testamentum peragendum** il Mur. ha: **pertractatum peragendum**.

[3]) Mur. LIX.

[4]) Mur. ha: **omnibus fidelibus nostris.**

[5]) « *Olim* **opera** *appellabatur, quae nunc* la Fabbrica *dicitur; atque idem* **opera** *nomen in Tus-* « *ciae urbibus perdurat.* (Mur. pag. 101 Nota 81).

[6]) Mur. LX.

[7]) Il Mur. ha: **ut nos Episcopi**; nella nota 82) ib. però dice: « *patet scribendum esse* **ut vos Epi-** « **scopi.** *Ambros. habet* **ut vos Episcopi.** »

[8]) Mur. LXI.

[9]) Mur. LXII.

Ut episcopi abbates per sinodochia [1]) in monasteria eorum ospitales, ubi antiquitus fuit, faciant, et summopere curent, ut nullatemus pretermittantur [2]).

Ut bassi et castaldi nostri in nostris ministeriis sicut decet honorem, et plena iustitiam, aut si presens esse non possunt, suos advocatos habeant, qui eorum res ante comiti defendere possint, et quicquid ei queritur, iustitiam faciant.

Volumus, ut advocati in presentia comiti eligantur, non habentem malam famam, set talis eligantur, qualis lex iubet eligere [3]).

Volumus etiam atque iubemus, Ammonemus, ut comites et eorum iudices non dimittant testes habentes, mala fama testimonium prohibere, set tales eligantur, qui testimonium bonum habeant inter suos, pagenses primum ipsum iudices inquirantur. Et sicut ab yssos [4]) iudice rectius inquirere potuerint, ita faciant. Non voluntas malorum hominum ad sensum preventes, ut et ipsi comes, vel eorum iudices quos noverunt causas de qua inter eos agitur, aperta esse sine blandimento ipsius qui causam habent, faciant ad eadem causam venire, et eorum inquisitionem siant definita; et iuvemus, ut testimonium ab invicem exeparentur, sicut lex iubet, quia si ita agatur, multi falsi testes possunt convinci, si non interrogates fuerint et condixiuncti [5]).

Sed hoc volumus, ut comiti pleniter iustitia de latronibus faciant [6]), per eorum ministeria, Et ut malefactores non patiatur quias residere sed semper eos, in quantum balent, inferrent [7]).

Ut ante vigarios nulla criminaria actione definiatur, Nisi tantum labores causas [8]), que fa-

---

[1]) « *Cod. Esten. per* **Senodochia.** *Nempe olim certabant cum Episcopi, tum Monachi, ut quisque* « *pauperum, ac peregrinorum Hospitale pone sua templa ac Monasteria haberent.* » (Mur. pag. 101 nota 83).

[2]) Mur. LXIII.

[3]) Mur. LXIV.

[4]) Il Mur. ha: **sicut ab illis judices recti inquirere potuerint.** Il Copista del codice Cavense scrisse **ab yssos** invece di **ab ipsos.**

[5]) Mur. LXVII.

[6]) Il Mur. ha: **et si hoc volumus, ut omnes de latronibus plenam justitiam faciant;** nella Nota 89) pag. 102. dice però: « *rectius in Cod. Esten.* **sed et hoc volumus, ut comites de latro-** « **nibus** etc. ».

[7]) Mur. LXVIII.

[8]) Invece di **Nisi tantum labores causas** il Mur. ha: **nisi tantum leviores causae.**

cile possint disiudicari, Et nullus in eorum iudicium aliquis in servitio hominem conquirat, sed per fidem remittantur usque presentia comitis, et ad ingenuos homines nulla placita faciant custodire, postquam illa tria placita custodiunt que instituta sunt, Nisi forte constringant, ut aliquis aliquem accuset, Excepto illos scavinos qui cum iudicibus residere debent [1]).

Volumus, ut sicut nos in nobis legem observaremus, Ita et nobis omnes legem conservare deficiant, et plena iustitia in eorum ministeriis quicquid ad nos pertinet, faciant [2]).

Iubemus, aut quibuslibet causis servi non mittatur in districtione, sed permisso nostro, vel domini eorum, aut eorum advocati, ipso servo reddat, Utrum culpaviles sint, An non. Ipsi vero domini distringant, et inquirat servos suos, sicut ipsos amant.

Ut nemo pedica [3]) in foresta domnica, nec in qualibet loco tendere presumat [4]). Et hoc si ingenuo perpetraverint, bannum domnicum solvat, Si servi domini eorum emendet, sicut lex est [5]).

Ut nemo presumat quis homine vendere, aut comparare nisi presentia comitum aut missorum illorum. Et ut nemo audeant in furto mancipia emere in aliam regionem occulte ducere, ubi vero repertum fuerit, legalem sententiam subiaceant [6]).

Ut nemo fur capiant *) de mancipiis, Aut de qualibet causa recipere presumat, sicut sepius domnus imperator commendavit [7]).

---

[1]) Mur. LXIX.

[2]) Mur. LXX. Trascriviamo dal Muratori la prima parte di questa legge, perchè si possa capire. **Volumus, ut sicut nos omnibus legem observamus, ita omnes Comites nostri nobis legem observare faciant.**

[3]) « **Pedicas** *hoc est retia ad capiendas aves et feris in silvis ad Regem spectantibus tendant.* « *Piedica occurrit quoque in vulgari Italicorum sermone. In fine Cod. Esten. bene addit:* **sicut** « **lex est; ut CXX ictus accipiat servus:** (Mur. pag. 102 Nota 91).

[4]) Nel margine interno si legge scritto con caratteri di color rosso: **Roth. cap. CCCX.**

[5]) Mur. LXXI.

[6]) Questa legge è la LXXIII del Mur., meno il principio — **Ut nemo.... illorum**: però secondo che scrive nella Nota 94) pare che si legga nel Cod. Ambrosiano come nel nostro.

[7]) Mur. LXXIV.

---

*) Qui forse voleva dirsi — FUREM CAMPHIUM. CAMPHIUS, CAMPIO *ex Germanico* KAMPFF, *certamen* ». (Cf. Du Cange Gloss. v. CAMPHIO).

Ut mancipia benditio effugativa nullum recipiat [1]).

De manire vero, nisi in genuitate [2]), aut hereditate, non sit oporte observandum, de ceteris vero inquisitionibus per districtione comitis ad mali veniant, et iuste examinentur ad iustitiam faciendam, comes vero non semper pauperes per placita opprimant [3]).

Si quis langombardus facientem casum humani fragilitatis, recogitans pro salute anime sue, de rebus suis voluerit iudicare vel cartula donationis cuilibet facere, non sicut actenus fieri solebat, ius si vivendi [4]), commutandi, et per aliam carta easdem rex alienandi, reserve potestatem, sed ad salutem [5]) faciant unusquisque de rebus suis quod veliter noverint, Sive ad nostra auctoritate plenitus predictus duos de easdem res facere donationes non habeant potestatem; Sed postquam de rebus suis tradictionem fecerit alias de ipsis rebus faciendi nullam habeant potestatem. Ita tamen ut usus fructuum si voluerit habere per precaria res tradità usque ad tempus diffinitum possidendum concessa facultas [6]).

Si quislibet contenta iussionem nostram ceteris in exercitam surgentibus domi residere presumpserit plenum arivannum saecundum legem francorum, idest sol. XL stimant se deberent componere. Similiter qui per contemptum singulorum capitulorum quae praesentem age actoritas bannum promulgavimus, Idest qui pacem aecclesiarum, viduarum, orfanorum, et pupillorum, hac minus potentium receperit, raptum vel infra patria fecerit, aut incendium aliene domus, vel collecta multitudo cuilibet intulerit, LX sol. pena multentur [7]).

---

[1]) Mur LXXV.

[2]) Invece di **De manire vero, nisi in genuitate** il Mur. ha: **De mannier vero, nisi de genuitate** etc.—Ib. poi nella nota 99) pag. 102 e 103 dice: « *Cod. Esten. habet:* **De manire vero, nisi** « **de ingenuitate.** *Atque ita recte.* **Mannire** *est vocare in jus. Videtur autem legis hujus sensus:* « *Excepta controversia de ingenuitate atque hereditate privato cuiquam non licet adversarium* « *suum* **mannire,** *sive provocare ad* **mallum,** *hoc est ad publicum solemnemque Populi et Judicum* « *conventum; sed quidem ei fas sit, causam deferre ad Judicem, et ad communia* **placita,** *C. l. V.* « *Johannes Georgius Eccardus in Notis ad legem Salicam contendit, scribendum esse* **manire** *non* « **mannire.** *Cum ipso facit. Cod. Esten.* ». E noi soggiungeremo anche il Cod. Cavense.

[3]) Mur. LXXVII.

[4]) Invece di — **jus si vivendi** — il Mur. ha: **jus sibi vendendi.**

[5]) Invece di — **sed ad salutem faciant** — il Mur. ha: **sed absolute faciat.**

[6]) Mur. LXXVIII.

[7]) Mur. LXXX.

Si quis alterum presumptive sponte castraverit, et ei ambas testiculas amputaverit, In integrum widrigild suum componat, Iustą condicione persone. Si virga absciderit, similiter. Si unum testiculum, persolvat medietas. Hoc de manibus, pedibus, vel de oculos, seo et de lingua sancimus, ut si unum horum abscisus fuerit, medietatem widrigid. Si ambo, integritas perfecti emendationem componatur [1]).

DE ALDIOS.

Aldiones vel aldianos ea legem vibant in italia in servitute dominorum suorum, quaris hoc oritur, vel lites vibunt in italia [2]).

Si quis furonem vel latrones comprehendiderit, et ad presentiam ducis, aut comiti, vel locis servatoris, qui misso comiti est [3]), non adduxerint, et de hoc facto sive de hac nequitias, post presentia iudicium convinctus fuerint, ipse damni estimatione, pro quo fur vel latro comprehensus est, componere cogatur [4]).

Ubicumque infra italiam, sive regius, sive aecclesiasticus, vel cuiuslibet alterius serbus fugitibus inventus fuerit a domino suo, sine ulla annorum prescriptione vindicetur, Et tamen rationem, si dominus francus, Sive alamannus, Aut alterius nationis sit. Si vero langobardus, aut romanus fuerit, ea legem servos suos adquirat, vel admittat que inter eos antiquitus est costitutos [5]).

De pravis iudicibus, avocati, bicedomini, Vicariis, Centenariis, vel reliquis actoribus malibolis, non agendi [6]), Ut aribannum [7]), Aut aliquis coniectum [8]) per exercitales causas comiti

---

[1]) Mur. LXXXII.

[2]) Questa legge corrisponde al N. LXXXIII del Mur., ma invece di **quaris hoc oritur, vel lites vibunt in italia**, che non si capisce, il Mur. ha: **qua fiscalini, vel Liti vivunt in Francia**. Per la voce **liti** Cf. Mur. pag. 104 Nota 11).

[3]) Invece di **qui misso comiti est** leggi: **qui missus Comitis est**; ciò che spiega che cosa si fossero i *loci servatores*, cioè, *missi comitum* o vicarii del Conte, siccome nota il Muratori.

[4]) Mur. LXXXVIII.

[5]) Mur. LXXXIX.

[6]) Questa legge corrisponde al N. XCVII del Mur.; mancano però le prime parole scritte nel nostro Codice in principio, prima di **Ut aribannum**.

[7]) « **Herebannum, Heribannum, Arribannum,** *submonitio ad exercitum; ex* **Heer**, *exercitus, et* **bannum,** *citatio, submonitio, indictio* ». (Cf. Du Cange Gloss. v. **Herebannum**).

[8]) Il Muratori ha **contectum** non **conjectum.** Nella Nota 24) pag. 105 scrive peraltro: « *Scri-*

de liberis hominibus recipere, aut requirere non presumant, Excepto de palatio nostro, aut filii nostri [1]) missi veniant, qui illum alibannum requirant.

Omnia debita que ad partem regis solvere debeant, per solidos XII denarios persolvantur, excepto frea que in lege salicha scriptum est, eumde solidi, quod ceteris compositionibus solvere debent, componantur [2]).

Si quis causa iudicata repetere in mallo presumpserit ibique a testibus coniunctum fuerit, Aut XV ictos [3]) a scavini, qui causa ipsa prius indicaverunt, accipiat [4]).

De his qui legem serbare contempserit, Ut per solidis ad presentiam regis deducantur [5]).

Ut illi qui aribannum solvere debent, coniuncta faciant ad aribannilorem [6]).

Si quis immunitate damnum aliquid fecerit, DC solidos componat; si autem homo furtum, aut homicidium, vel qualibet crimen foris committent et infra emunitate fugerent, mandet comiti per episcopi vel abbati tenuerit, reddat ei reum. Si illum contradixerit, et eum reddere noluerit in prima contradictione, solidos XV componere iudicetur. Si secunda inquisitione reddere noluerit, solidum I componere iudicetur. Si nec ad tertia inquisitione consentire noluerit, quicquid reus damni fecerit, totum qui eum infra emunitate retinet, nec reddere vel solvere cogatur, et ipse comes veniens licentiam habeant [7]) ipsum hominem infra enumitate querendi ubi eum invenerint. Si autem statim in prima inquisitione responsum fuerit, quod reus infra Aemunitatem fuisset, sed fuga lapsus est, statim iuret, quod ipse ad

---

« *bendum profecto* **conjectum**; *ita enim olim quae nunc* **contributio,** *Give,* spesa del viaggio « *dicitur appellari consuevit.* **Collectum** *praefert Editio Boherii. Sed praestat lectio, quam innui* ».

[1]) Cioè Pipino, allora Re d'Italia, che reggeva, vivente il padre. (Mur. ib. pag. 105 Nota 25).

[2]) Mur. XCI.

[3]) Invece di **aut XV ictos a scavini, qui** il Mur. ha: **aut XII solidos componat, aut XII ictus a scabinis, qui** etc.

[4]) Mur. XCII.

[5]) Mur. XCIII.

[6]) Mur. XCVIII; il quale ha: **coniectum faciant,** non già **coniuncta faciant,** come nel nostro Codice. Paghino, cioè, le spese del viaggio a quel Ministro, cui fu commesso di raccogliere l'Eribanno.

[7]) Il Mur. ha: **Et ipse comes unicus habeat licentiam**; ma nella Nota 34) p. c. scrive: « *Corrige ex Mutin. Mstis. et Ambros. in queis legitur:* **Et ipse comes veniens licentiam habeat** ».

iustitiam cuilibet diffacienda fugire non fecisset, Et sic ei in oc satisfactum. Si autem intraverit ad ipsa emunitate comiti collecta manus quislibet resistere temptaverit comitis hoc agere, vel principe deferat, ubique iudicetur, ut sicut ille qui immunitate damnum fecerit, DC solidos componat, devet itaque comiti, manum resistere presumpserit, DC solidos componere iudicentur [1]).

Si quis in aecclesia confugium fecerit intra ipsius ecclesiae atrio, pacem habeant, nec sit si necesse, qui in aecclesia ingredi [2]), nullus eum per vim abstraere presumat, sed liceat ei confiteri quod fecit, et inde per manum [3]) bonorum hominum in discutione in publico perducantur [4]).

Si quis hominum in iudicium iniuste contra alium altercantem per malum ingenium presumpserit adiubare, atque indecora iudicibus, et comiti increpatus fuerit, et negare non potuerit, solidos XV componere iudicetur [5]).

Si quis de libertate sua fuerit interpellatus, et timet, ne in servitium cadat, alique de propinquis suis per quem in servitium casurus timens hocciderit, Idem patrem, Aut matrem, patruelem, aut abunculum, vel quolibet huiusmodi, propinquitatis persone, Ipse qui hoc penetraverit, moriatur, Ac natio eius et consanguinibus in servitutem cadat [6]); et si negaverit ipsum occidisset, ad novem moveries ignitus [7]) ad iudicium dei examinatum accedat [8]).

Qui res suas pro anima sua ad causandi [9]) tradidere voluerit, domini traditione faciat, coram testibus legitimis, que hactenus in hoste facte sunt tradictione, de quibus nulla est que-

---

[1]) Mur. CII.

[2]) Nel margine interno si legge scritto in rosso : **Roth. cap. XIII et in cap. CLXXII.**

[3]) Nello stesso foglio anche nel margine interno si legge altra chiosa scritta in rosso: **Li. cap. CLIII.**

[4]) Mur. CIII.

[5]) Mur. CIV.

[6]) I due Codici Modenesi hanno: **agnatio ejus, et consanguinitas in servitutem cadant,** che molto si avvicina ad — **ac natio eius, et consanguinibus in servitutem cadat** del Cod. Cav.; il Mur. però ha: **cognatio ejus, et consanguinitas in servitium cadat.**

[7]) Invece di **ad novem moveries ignitus** il Mur. ha: **ad novem vomeres ignitos.**

[8]) Mur. CV.

[9]) Invece di **ad causandi** il Mur. ha: **ad casam Dei.**

stio, *stabilem permaneat. Si vero aliquis alii res* suas tradiderit, et in hostem porrectus fuerit, *adibiti ipsi testibus, coram quibus* traditio facta est, res suas recipiant. Si autem mortus *fuerit, heredes eius legitimi* rem tradita recipiat [1]).

Si quis per cartula *ingenuitatis* a domino suo legitima libertate est consecutus, liber permaneat. Si vero aliquis eum iuste inservire temptaverit, et ille cartam inienuitatis sue ostenderit, et adversarium iniuste inservire velle comprobaverit, Ille qui eum inservire temptaverit, multa que in carta scripta est, solvere cogatur. Si autem carta non potuerit, sed iam ab illo qui inservire voluerit, diffacta est, widrigild ei componat, duos parte illi, qui inservire voluerit, tertia regis; Et ille iterum per preceptum regis libertatem suam adquirat [2]).

Liber homo qui se in alterius potestatem commiserit, ut damnum aliquid cuilibet fecerit qui eum in loco vult suscepit, et qui damnum fecit, dimissus iusta qualitatis legem cogatur emendare. Si vero libera femina habuerit, usque dum in pignus absteterit, et filios habuerit, liber permaneant [3]).

De his qui legem servare contempserint, Ut per fideiussorem ad presentiam regis deducantur.

De peregrinis hac fugitibis, Ut distringatur [4]) ut scire possimus, quid sciant, aut unde venerunt.

De mensuriis, ut saecundum iussionem nostram equales fiant [5]).

Ut non mittantur testimonia super vestitura domini pipini regis.

Ut nullus presumat hominem ad iudicium mittere, nisi iudicatum siant [6]).

---

[1]) Mur. CVI.

)[2] Mur. CVII.

[3]) Questa legge corrisponde in gran parte alla legge CVIII del Mur.

[4]) « *Haec tantummodo habet Codex Esten.* **De fugitivis ac peregrinis, ut distringantur.** » (Mur. pag. 107 Nota *). Il testo Muratoriano CX ha: **De fugitivis et ancillis fugacibus, advenis ac peregrinis, ut distringantur; ut scire possimus, qui sint et unde veniant.**

[5]) Mur. CXI.

[6]) Mur. CXII. « *In codice Estens. legitur:* **nisi judicatum fiat. Iudicatum** *pro chàrta Iudicii vul-* « *gare est in antiquorum monumentis.* (Id. ib. Nota 44).

Ut liberi homines qui monasterio regulares commande posuerit, et res suas ibidem deligaverit promissione facta, secundum regula firmiter teneant.

Ut nullus ebrius sua causa possit conquirere, nec testimonium dicere, nec comitis placitum habeat nisi ieiunus [1]).

Ut ministerii distringantur [2]) vel ceteris hominibus propter utilitatem nostram, Iter agentibus nullus mansione contradicere presumat.

Ut nullus ad placitum banniatur, [3]) nisi qui causam suam quaerit, aut si ab alteri quaerere debeat. Exceptis scavini septe, qui in omni placita esse debeant [4]).

Ut nullus presumat per vita regis, vel filiorum eius iurare [5]).

De liberis hominibus qui uxore fiscalinas regias, et feminas liberas similiter, qui homines fiscalinos regios accipiunt, Ut de hereditate parentorum vel causa querenda, nec testimonia probare abiciantur. Sed tales etiam nobis causa ordo serventur, qualis et antecessoribus nostris servatum esse cognovimus, Ut causa que duc (*quae adhuc?*) coram comiti non fuit, Et his qui reclamat propter sua violentia, Aut contumacia comiti inde appellare noluerint, Iterum comiti commendaretur [6]).

Quicumque beneficium occasione proprii [7]) desertum habuerit intra annum, postquam ei a comiti, vel a misso nostro, Notum factum fuerit, et illum emendatum non habuerit, ipsum beneficium admittat [8]).

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI, Karolus divino a deo coronatus, ROMANUM REGES

---

[1]) Mur. CXIV.

[2]) Invece di **ut ministerii distringantur** il Mur. nella legge CXV ha: **Ut Missis nostris discurrentibus.**

[3]) **banniatur, hoc est advocetur.** (Mur. pag. 108 Nota 47).

[4]) Mur. CXVI.

[5]) Mur. CXVII.

[6]) Questa legge nelle ultime parole soltanto, cioè, da — **Ut causa......commendaretur** concorda colla legge CXVIII del Mur.

[7]) « *Cod. Estens.* **Quicumque habuerit beneficium occasione proprii desertum**: *hoc est eo quod « totum suum studium impendat in Allodiis propriis excolendis, abjecta omni cura Beneficii, quod « a Rege recipit. Hinc vox* **proprietas, proprio jure possidere, habere ad proprium, de proprio « donare.** (Mur. pag. 108 Nota 50).

[8]) Mur. CXIX.

IMPERIUM, Serenissimus, augustus, Omnibus iudicibus [1]), Comitibus, Castaldeis, Seo reipublicis provincie italie a nostra mansuetudine, prepositis, ANNO AB INCARNATIONE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI DCCCI, Indictione nona, ANNO VERO REGNI NOSTRI IN FRANCIA Triginta tres, IN ITALIA viginti septe [2]), Consolatus autem nostri primum, cum italia propter utilitatem sancte dei aecclesiae ad provinciarum disponendarum venissemus, Et multa atque diversa urbem singulas, ante conspectu nostro, questiones, tam de ecclesiasticis, quam publicum, hac pribatis rebus obscuterentur, pleraque statim pre recitata romana [3]), seu langobarda legem, Componendi sententiam, a sententia terminata sunt, quedam vero in nostris examini arbitrium, ad tempus dilatata, quorum iudicialis a sententia legislatoribus, aut penitus obmissa est, aut posteris oblivionis tradita, quocirca nos considerantes utilitatem nostram, Et populo deo nobis commissa eaque ab antecessoribus nostris regibus italie [4]), in edicto legis langobardice ab ipsis edicte pretermisserunt, iusta rerum et temporum considerationem addere curavimus. Scilicet ut necessaria queque legi deferant, supplerentur [5]) et ni rebus dubiis non coramlibet iudicium arbitrium, et nostre regie auctoritatis santio prevalere [6]).

AMMONITIONEM DOMNI CAROLI IMPERATORI [7]).

---

[1]) Invece di **Iudicibus** il Mur. ha: **Ducibus.**

[2]) Invece di **In Italia viginti septe** il Mur. ha: **In Italia XXVIII.**

[3]) Invece di questo incomprensibile **statim pre recitata romana** il Mur. ha: **statuta recitata ex Romana.**

[4]) Nel Mur. manca la parola **Italiae** del Cod. Cav. e si legge soltanto **nostris regibus.**

[5]) Invece di **legi deferant supplerentur** il Mur. ha: **soliciti ut necessaria, quae legi defuerant supplerentur.**

[6]) Il nostro Codice concorda perfettamente col N. CLVII del Mur. **Additamenta etc.**, il quale nella Nota 105) pag. 113, dice non esser questa veramente una legge, ma si piuttosto un' Epistola di Carlo Magno, che può tener luogo di Prefazione alle leggi da Lui aggiunte al corpo delle Leggi Longobarde. « *Desideratur inter Langobardicas Leges editas haec Epistola Caroli M.—Eam* « *mihi suppeditavit Codex Cathedr. Mutin. jamque evulgaverat Baluzius* (Tom. I pag. 345). *Non* « *est quidem lex, sed Praefationis locum implere potest ad Leges per Carolum M. additas Langobardicarum corpori* ».

[7]) La seguente prolissa Ammonizione, così come si legge nel nostro Codice, per quanto mi fossi adoperato, non mi fu possibile di rinvenirla nelle Edizioni dei Capitolari dei Re Carolingi.

Audistis fratres dilectissimi, pro salute nostra hunc missi sumus, Ut admoneamus nos, quomodo secundum domini iuste et bene vibatis, et secundum hoc seculum cum iustitia et cum misericordia convertimini. Ammoneo vos in primis, ut credatis in unum dominum omnipotentem patrem et filium et spiritum sanctum, hic est unum dominum et verus, perfecta trinitas, deus creator omnium visibilium et invisibilium, in quo est salus nostra, et auctor omnium bonorum nostrorum, credite filium dei pro salute mundi hominem factum de spiritu sancto ex virgine maria. Credite, quod pro salute nostra mortem passus est et tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit in celos et sedet ad dexteram dei. Credite ad iudicandum vivos et mortuos, et tunc reddet unicuique saecundum opera sua. Credite unam ecclesiam, idest congregationem bonorum hominum per totum orbem terre, Et scitote, quia illi soli salvi esse poterunt, et illi soli ad regnum dei pertinent, qui initium aecclesiae fidem et communionem et caritatem perseverent usque in finem; qui vero pro suis excomunicantur ab ista ecclesiam, et non convertantur ad ea per penitentiam, non possunt ab saeculo (?) aliquid deo acceptavilem facere. dite [1]) quod in baptismum omnium peccatorum remissianem suscepisti. Sperati dei misericordia, quod cotidiana peccata nostra per confessionem et penitentiam redimantur. Credite resurrectionem omnium mortuorum vitam eternam, Impiorum ad supplicium eternum. Haec est ergo fides nostras per quam salvi eritis, si eam firmiter tenetis et bonis operibus adimpletis, quia fides sine operibus mortua est, et opera sine fidem etiam si bona sunt, deo placere non possunt. Primum ergo diligite deum omnipotentem ex toto corde et ex omnibus viribus vestris, et quicquid potestis scire quod deo placet, illum semper agite quantum potestis, per dei adiutorium, qui vero deo contrarii sunt, fugite, qui enim dicit deum diligere, et mandata eius non servat, mendax est. Diligite proximos vestros sicut vos ipsos, et aelemosina facite pauperibus saecundum vires vestras. Peregrinos suscipite in domos vestras, infirmos visitate. In is qui in carceribus sunt, misericordiam prevete, nulli malum quantum hac vere potestis, faciatis, ne his qui faciunt, ut consentiatis; non solum enim qui faciunt, rei sunt, sed qui consentiunt faciendi. Dimittite vobis invicem debita vestra sicut vultis, quod vobis deus dimittat vestra peccata. Redimite captivos, Adiuvate iniuste oppressis, defendite viduas, et orphanos, iuste iudicate, iniqua non consentitis, Ira longa non te-

---

[1]) *dite*, pro *credite*.

neatis, ebrietates et commessationes superfluas fugite. Humiles et benignus estote inter vos, domini nostri fideliter serviatis. Furta et periuria ne faciatis, nec consentiatis facientibus, hodia et invidia vilingue separant a regno dei. Reconciliate citius ad pacem inter vos, quia humanum est peccare, Angelicum est emendare, diabolicum est perseverare in peccato. Ecclesiam dei defendite, et causa eorum adiuvate, Ut fieri possint pro vobis orare sacerdotes dei, quod deo promisistis in baptismo. Recordamini abrenuntiastis diabolo per operibus eius, nolite ad eam reverti quibus abrenuntiastis, sed permane in dei voluntate, sicut promisisti, et eum diligite qui vos creavit, et quo omnia bona habuistis, unusquisque in eo ordine deo serviat fideliter, in quo ille est. Mulier sint subiecti viri sui, in omni bonitate et pudicitia. Custodiant se a fornicatione, et beneficiis, et abaritiis, quoniam qui hec facit, deo repugnant. Nutriant filios suos, in dei timore, et faciant aelemosinas ex tantum quantum habet, hilarem mentem et bona voluntatem. Viri diligant uxorem suam, et honesta verba non dicant ei, guberne domos suos, in bonitate conveniant ad aecclesia frequentius. Reddant hominibus que debent sine murmurationem, et deo que dei sunt cum bona voluntate. Filii diligant parentes suos, et honorent illos. Non sint illi inobedientes, caveant se a furtis, et homicidiis, et fornicationibus, quando ad legitima etate veniunt, legitimam ducant uxorem. Nisi forte illi plus placeant, in dei servitio intraret. Clerici, canonici Episcoporum suorum diligenter obediant mandata sua, gira non sint de loco ad locum. Negotiis secularibus se non implicent, In castitate permaneant, lectio sanctorum, scripturarum frequenter ammonet dei, intendant aecclesiastica diligenter exerceant. Monachi quod deo promiserunt, custodiant, nichil extra abbatis sui preceptum faciat, turpi lucrum non faciant. Regula memoriter teneat et firmiter custodiat, scientes preceptum, quod multo melius est non votum vobere, quam post votum non reddere. Duces, comites et iudices, iustitiam faciat propulos. Misericordia in pauperes, pro pecunia non mutes, aequitates per odia, non damnent innocentes. Illa apostolica semper in corde teneant, qui ait: Omnes nos stare oportet ante tribunal christi, Ut recipiant unusquisque prout gessit, sive bonum sive malum, quod dominus ipse ait: In quo iudicio iudicabitis, iudicabitur de vobis. Idest, misericorditer agite, Ut misericordia recipiatis a deo. Nichil occultum quod non sciatur, neque apertum quod non reveletur. Et pro omni otioso verbo reddimus rationem in dei iudicii. Quanto magis faciamus omnes cum adiutorio, Ut cum deo placere possit in omnibus operibus nostris, Et post hac vita presentem gaudere mereamur cum sanctis dei in eternum. Brebis est ista vita, et incertum est tempus mortis quid aliut agendum est, Nisi ut semper parati sumus cogitemus, quam terribilis est in-

cidere in manum dei, cum confessione et penitentia, et elemosinis, misericors est dominus et clemens, si videris nos ex toto corde ad se convertere, statim miserebitur nostris, ut possent nobis misericordiam suam, et concede nobis ista vita prospera et futura cum sanctis suis in eternum. Deus vos conservet dilectissimi fratres.

CAPUT QUE NOS ADDERE PLACUIT.

Si quis adeo contumax aut superbus extiterit, et dimisso exercito absque iussio, vel licentiam regis, domum revertitur, et quod nos teudiscam linguam dicitur erislig, fuerit ipse reus nativitatis [1]), vite periculum incurrat, et res eius fisco nostro socientur [2]).

Si quis latronem mortem sibi ad occidendum traditum serbaverit, et vivit indigno, concesserit medietatem damni propter quod traditus est pro latrone, si fur suum in latrocinio fuerit comprehensum, quod prius debuerat capituli sententia, vita exsolvat [3]).

De singulis capitulis, qualiter manum tua ad placitum generalem tu nobis fecimus.

De iustitiis aecclesiarum dei, viduorum, orfanorum, minus potentium, Volumus atque omnimodis precepimus, ut omnes episcopi, Abbates et comiti, saecundum legem pleniter iustitia faciat et recipiant.

Haec statuimus, Ut unusquisque clamator tertia vice ad comiti suo se proclamet et inde idoneos homines habeant qui hoc veraciter sciant, quod proclamassent, et nulla iustitia habere potuisset; et si quis aliter fecerit, et antea se ad placitum proclamaverit, legem suam componat.

